FRANCKESCHE STIFTUNGEN

# Alte Drucke

# CONFESSIO FI=||DEI CATHOLICAE CHRISTIANA AV=||thoritate Synodi prouincialis quæ habita est Petr=||couiæ Anno M. D. LI. Mense Iunio ædita: || ...

## Hosius, Stanislaus

## Cracoviae, 1553

**Nutzungsbedingungen**
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

**Terms of use**
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downladed and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

**urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150329**

Visual Library

2

# CONFESSIO FI- DEI CATHOLICAE, CHRISTIANA AV- thoritate Synodi prouincialis quæ habita eſt Petr= couiæ Anno M. D. L I. Menſe Iunio ædita: Præſidēte Reuerendiſsimo in Chriſto patre Domino dño Nicolao Dei gratia Ar= chiepiſcopo Gneſneñ Legato nato & regni primate.



Cum Gratia & Priuilegio S. R. M.

CRACOVIAE.
Anno. M. D. LIII.

Ex libris Nicolai Bochmayer Lubecen: et Vratislaviensis Eccles. Can: Anno 1596.



# SERENISSIMO AC

CHRISTIANISSIMO PRINCIPI ET DO-
mino dño SIGISMVNDO AVGVSTO Dei gratia Regi Po=
loniæ, magno Duci Lithuaniæ, Ruſsiæ, Pruſsiæ, Maſo=
uiæ, Samogitiæ &c. Domino & hæredi: Domino ſuo
clementiſsimo, Nicolaus Dziergovvski Archi=
epiſcopus Gneſnenſis, Legatus natus & pri=
mas, Orationes & obſequia ſua reue=
renter commendat.

SI QVA GENS ALIA, noſtra præ 1. Cor. 15
cæteris habere videtur, quod in domino glo=
riari, de quo Deo, cuius hoc ſolius eſt benefi= Gal. 1.
cium, merito gratias agere poſsit ac debeat:
quod cum aliæ pleræq; poſt agnitam veritatem, & rece= 1. Io. 2. Heb. 13.
ptum ſemel Chriſti Euangelium, transferri ſe in aliud cu=
iuſuis potius, quàm Chriſti Euangelium paſsæ ſint, no=
ſtra hæc (quod illi perpetuum, cuius hoc inſpiratione fa=
ctum eſt Deus eſſe velit) quod audiuit ab initio in eo per=
manſit, neq; cõmiſit vt doctrinis varijs & peregrinis ab= 1. Timo. 6
duceretur. Verum quod ſuum Thimotheum, ac verum
veri Dei cultorem vnumquenq; Paulus admonet, depoſi=
tum fideliter cuſtodiuit, deuitans profanas vocum noui=
tates, & oppoſitiones falſi nominis ſcientiæ, quas quidam
promittentes, circa fidem exciderunt. Sed hanc illi tantã
conſtantiæ laudem, eripere conatur, totius humani gene=
ris hoſtis ille capitalis, quo nihil eſt ad noſtram perniciẽ 1. Pet. 5.

 inſtru=

inſtructius neq; vigilantius: circumit enim ſemper tanq̃
leo rugiens quęrens quem deuoret. Neq; vero non repe-
rit, quod quærere nunquam intermittit. Magnam (proh
dolor) orbis Chriſtiani partem, ſuis inſidijs à Chriſti cor-
pore, quæ eſt Eccleſia, ſegregatam, immanis illa beſtia iã
deuorauit, ac quod malum nó pro noſtris meritis, ſed pro
ſua gratuita bonitate & miſericordia, procul à noſtris fini-
bus Deus velit, ad nos quoq; deglutiẽdos, animum adie-
cit. Neq; vero nũc alijs artibus vtitur ſathanas iſte, quàm
& ab initio ſemper, & noſtro etiam hoc infœlici æuo, in fi-
nitimis nobis populis irretiendis vſus eſt. Facile perſpicit,
vt eſt nó minus callidus quàm truculentus, aperto Marte
ſi cógredi velit, nihil ſe proficere poſſe. Quamobrem lon-
ge alia ſe forma exhibet, quàm ea quæ eſt ipſius propria,
quam ſi cernere liceret, auerterentur eueſtio mẽtes omni-
2. Cor. 10. um, ac ſimul vt vidiſſent, monſtrum horrendũ ingens, nó
Mat. 4. modo vocem nó audirent, ſed nec aſpectũ eius ferre poſ-
ſent. Verum transfigurat ſe in angelum lucis: quibus ar-
mis olim caput noſtrũ, dominum noſtrum Ieſum Chri-
Ambro. in ca. ſtum, in deſerto cum eſſet, agreſſus eſt, ijſdem mẽbra nũc
3. ad Titum. quoq; illius appetit, ſub vmbraculis diuinæ legis decipere
conatur incautos, ac ſuæ fraudi ſacrę ſcripturæ prætendit
authoritatem, quodq; à ſanctiſsimo quodã doctiſsimoq;
viro ſcriptum eſt: Per verba legis legem impugnat: Nam
proprium ſenſum verbis aſtruit legis, vt ſuæ mentis pra-
uitatem, legis authoritate commendet. Sciens enim impi-
etas multum authoritatem valere, fallaciam ſub eius no-
mine componit, vt quia res mala ꝑ ſemetipſam accepta-
bilis

bilis eſſe non poteſt, bono nominis commendetur. Hac arte nimioplus in hac quoq; gente noſtra iam profecit ac ſub ſpecioſo verbi Dei titulo plurimos decepit, periculū vt ſit, niſi Deus oculis miſericordiæ ſuæ nos aſpexerit, ac ab inſidijs illius protexerit, ne deteriore ſint loco res apud nos, quàm apud finitimos hactenus fuiſſe videntur. Qui cum iam bona ex parte, ad mentem ſaniorem reuerſi ſint ad nos lues hæc ſerpere cœpit: ac videre licet pleroſq; tā cæca mente præditos, vt cum nō ignorent, qui fuerit aliorū exitus, qui ſub obtentu Euangelij, ſacra profanis, imaq; ſummis miſcere conati ſunt, haud aliter tamen, quàm ſi ne tenui quidem auditione, quicquam ea de re percepiſſent, obfirmato animo in eo pertendunt, quod ſemel prauum in animum induxerunt. Tum autē vident eos qui à Chriſti corpore diuulſi, de Chriſti Euāgelio, deq; puritate verbi ſe iactāt, in tot ſectas miſerè diſſectos, ipſos inter ſe digladiari, ipſos inuicem ſibi hæreticos eſſe, neq; tamen vel hoc eorum diſſidio adduci poſſunt, vt in viam redeant, vnde aberraſſe videntur. Quin eo iam res redijt, quæ res vna omniū maximæ eſt deploranda, quod ſui quiſq; capitis ſomnia, Dei verbum vocari, & fidem catholicam haberi vult, ac quāto quiſq; indoctior eſt, tanto ſibi plus arrogat, tātoq; maiore audacia, de rebus nō intellectis temere affirmat. Ante triginta ānos hos, vna tantum fuit in orbe Chriſtiano fides, quæ nec dici poteſt fides, niſi vna ſit, nunc iſti fidium ex ea ludum fecerunt: ex quo fit, vt quibus in rebus agitur ſalus noſtra, in ijs iā ludat, neq; ſolidi fere quicq̄ à multis credatur, dum quouis doctrinæ vento Ephe. 4.

circumlatæ, paulo momento huc illuc mentes eorum impelluntur. Quoniam vero noſtrum Epiſcoporum officiũ, hac in re nonnulli requirebant, qui nos vel hac ex cauſa, non eſſe immunes à culpa dicerent, quod nullam certam paſtoribus dicendi formã præſcriberemus, in qua acquieſcere poſſent, quãuis ea pridem à ſanctis patribus præſcripta eſt, nec eſt quod quiſquam à nobis aliquid noui expectet, cum vitare nouitates Paulus iuſſerit: Ne tamẽ videri cuiquam poſſemus nolle gregis noſtri ſaluti ꝓſpicere, conuocauimus ea de re Synodũ, in qua cum eſſet de cõſtituenda religione deliberatio ſuſcepta, in eam ſententiam itum eſt ab omnibus, vt certi quidam articuli ſcriberentur, de quibus ſinguli Epiſcopi ſuo quiſquæ loco ſententiam rogati dicerent, iuriſiurandi etiam religione interpoſita, quod non ſecus dicat quiſqꝫ quam ſentiat. Eo enim iam audaciæ atqꝫ amentiæ progreſſos pleroſqꝫ cernimus ex ijs q̄bus recepta fides eccleſię nõ probat̃, vt catholicos etiam viros inſimulare audeãt, quaſi eiuſdem ſint cum illis ſententię. Deinde ſi quem vident catholicum recta ſencientem, qui doctrinæ alicuius opinionem habeat, non dubitent illi vnum omnium maximę horrendum crimẽ impingere, quaſi aliud in lingua promptum, aliud in pectore clauſum habeat, ac quod hæreticos aliquãdo, nunquã autẽ catholicos feciſſe legimus, temporis cauſa ita ſentire ſe fingat: Sic illi ex ſua improbitate, probos etiam viros metiuntur. Hos itaqꝫ articulos vno ore ab Epiſcopis prouincię meæ omnibus iuratis, qui tum pręſentes aderant, ab eorum vero qui legitimis de cauſis abfuerunt, legatis

comprobatos

comprobatos, & manu ſingulorum ſubſcriptos, in ordinē poſtea digeſtos, ac nonnihil expolitos, atq; in iuſtum volumen redactos: viſum eſt tuo, Chriſtianiſsime rex, nomini dedicare. Cui enim dicarem rectius, quàm ortodoxæ fidei noſtræ propugnatori? quem ſancta maiorum veſtigia perſequētem, diuinitus datum eſſe nobis videmus, cuius authoritate conatus iſtorum impĳ ſedari poſsint, qui ad religionem Chriſtianam euertendam conſpiraſſe videntur. Quos cum Dei metus in officio continere non poſsit, continet tamen in officio Maieſtas tua, pro ea quę tibi à Deo conceſſa eſt ad Eccleſiā ipſius defendendam poteſtate. Quod vt perpetuo facias, vtq; diu te nobis incolumem & fœlicem conſeruet idem ille, qui tibi tam pias iſtas cogitationes inſpirauit Dominus noſter Ieſus Chriſtus, vna cum clero vniuerſo tocius prouinciæ meæ, ſupplex præcari nunquam intermitto.

# PROOEMIVM

QVAE propria ſemper hominis exiſtimata ſunt, non defuere, qui cum cæteris animantibus ea nobis eſſe communia putarent: Nam ſiue ſermone maxime differimus ab ĳs quæ bruta vocantur, præterquã quod aues humana verba ſonantes audire licet, quando ſuas voces cætera viuentia proprĳs inter ſe notis diſcernunt atq; dinoſcunt, nonne mutuos inter ſe miſcere ſermones videntur, ſiue quis ridere ſic homini proprium eſſe dicat, vt & omni homini, & ſoli & ſemper inſit: an non apparet in quadrupedibus nonnullis ridendi quædam ratio quando demulſis auribus, contractoq; rictu, & oculis in laſciuiam reſolutis, aut homini alludunt, aut ſuis quiſq; proprĳs fœtibus. Iam & prouidentia non carent bruta, quando ſibi proſpiciunt in futurum, ac cibos olim ſumendos reponunt. Qua in re adeo non ſunt, quibuſdam etiam hominibus inferiora, vt pigriorem quendam ad formicam ire ſapiens iuſſerit, vt ~~cuius~~ vias conſideraret, ac ſapientiam diſceret, quæ cum non habeat ducem non præceptorem, non principem, parat æſtate ſibi cibum & in meſſe congregat, quod hyeme comedat. Rationis vero qua ſola maximæ nos à reliquis animantibus differre perſuaſum habemus, nonne ſigna in multis depręhẽduntur? Nam quando vtilia ſibi appetunt, cauent ab ĳs quæ ſunt noxia, quando pericula fugiunt, quando latibula ſibi parant

Lactan. lib. 3. Cap. 10.

Pro. 6.

eius

rant

rant, in plures exitus diſparentia, intelligere certe aliquid videntur. Poterit autem aliquis rationem illis ineſſe negare, cum ipſum etiam hominem ſępe deludant? poterit eos eſſe ratione deſtitutos affirmare? à quibus vt ſapienciam diſcamus, quorum vt prudenciam imitemur, non mortalium aliquis, verum ipſe nos Deus admonet immortalis, cuius enim niſi Dei vox eſt, vt diſcamus à formica ſapienciam? cuius niſi Dei vox eſt: Eſtote prudentes ſicut ſerpentes? Deum itaq; ſequutus authorem fecit ſanctus pater Baſilius, cũ quintæ diei opera in ijs libris, quos Exagimerõ inſcripſit enarraret, vt ad quorundam aquatilium, volatilium, & quadrupedum imitationem oratione ſua mentes hominum inflammaret: Quod modo non totidem verbis, poſtea factum eſt ab Ambroſio, cũ idem argumenti genus pertractaret. Non omnino vana vt eorũ opinio fuiſſe uideatur, qui quæ nos bruta vocamus animantia rationis expertia prorſus eſſe negauerũt. Grauis apud Græcos author Plutarchus librum etiam ea de re conſcripſit, in quo quendam è ſocijs Vliſsis, Circes veneficijs in ſuem conuerſum illi perſuadere conantem inducit, quod cum ratione tum pleriſq; moralibus etiam virtutibus, non exequænt homines modo ea quæ à nobis bruta dicuntur, verum etiam longo poſt ſe interuallo relinquant. Ex ijs videre licet, quod quęcunq; tandem ea ſunt, quibus placet ſibi genus hominum, ac reliqs animantibus anteponi, ſeq; diſcerni ab illis vult, ea nõ minima ex parte, cum illis habet communia. Quid igitur eſſe dicemus, quo maxime diſcerni poſsint homines à pecoribus

*Mat. 10.*

*Lib. 5. Exagimeron.*

*Congreßione 7. 8, & 9.*

ribus? Non ratio, non oratio, non prudentia, non alia quęcunq; ſed ſola eſt religio quæ nos ab illis diſcernit. Hoc adeo ipſa etiam figura & ſtatus hominis indicat, qui cum cætera animalia prona terram ſpectent, ſolus ex omnibus eſt vultu in cœlum erecto, vt vel ex hoc admoneatur homo, quo vultum, eo & mentem ſpectare debere: non vt, quod Anaxagoræ viſum fuit aliquando, ſolem & lunam, verum vt à quo ſol & luna, à quo etiam ipſe homo, à quo cuncta quæ vel ſub aſpectum hominis cadunt, vel ſolo intellectu comprehendi poſſunt, condita ſunt & creata, eum vt contempletur, eum vt cognoſcere, cognitũ amore, & eo qui diuinitati proprie debetur cultu proſequi ſtudeat. Hoc eſt igitur in homine eximium, hoc eſt quo vel ſolo vel certe maxime difert humanum gænus à cæteris viuẽtibus. Ex quorum tot generibus quemadmodum à M. Tullio ſcriptum legimus, nullum eſt animal pręter hominem, quod habeat noticiam aliquam Dei. Quamobrem apud Plutarchum etiam Vliſſes non habuit quo Grilli reffelleret argumenta, quibus ille rationem ineſſe brutis probare contendebat, pręter vnum hoc, quod graue diceret eſſe rationem ijs concedere, quibus Dei cognitio non ſit ingenita. Quæ cum ita ſe res habeat, quid eſt aliud in quo magis elaborare mortales omnes oporteat, quàm vt ad agnitionem Dei peruenire liceat: ad quem contemplandum nati eſſe videmur, vt niſi fecerit quis id cuius cauſa productus in hanc lucem eſſe videtur, recte de illo dici queat: Homo cum in honore eſſet non intellexit, comparatus eſt iumẽtis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis.

*Pſal. 49.*

Neq;

Neq; enim iã fere quicq̃ eſt in homine quo dinoſci poſsit à iumentis,ſi ſit agnitione Dei deſtitutus. Deinde vero affluat aliquis omnibus ijs quæ bona vocantur & ſunt ,ſit iuſtitiæ,ſit continentiæ laudibus inſignis,ſit omni virtutũ genere præpoſitus,ſit Ariſtide,ſit Catone,ſit Phocione ſanctior,niſi veri Dei veram agnitionem habuerit,ſuperuacanea illi fuerint hæc omnia,fruſtra in illis aſſequendis laborauerint. Omnis eius iuſticia, ſicut à Lactancio præclare ſcriptum eſt,ſimilis erit humano corpori caput non habẽti,in quo tametſi membra omnia,& locis ſuis conſtent,& figura,& habitudine, tamen quoniã deeſt id,quod eſt omniũ principale,& vita & ſenſu caret.Itaq; mẽbra illa,formã tantũmodo mẽbroꝝ habẽt,vſum non habent,tã ſcilicet quàm caput ſine corpore. Cuius gerit ſimilitudinem, qui cum Deum non ignoret, viuit iniuſte, id enim ſolum habet quod eſt ſummum, ſed fruſtra:quoniam virtutibus tanq̃ membris caret. Itaq; vt ſit viuum & ſenſibile corpus, & agnitio Dei neceſſaria eſt, quaſi caput, & omnes virtutes quaſi corpus, ita fiet homo perfectus ac viuus. Summa tamen omnis in capite eſt, quod quamuis conſtare non poſsit ſine membris omnibus, ſine quibuſdã tamen poteſt. Et erit quidem animal vitioſum ac debile, ſed viuet tamen, ſicut & is qui Deum nouit, & in aliqua re peccat, dat enim veniam peccatis Deus. Quamobrem ſine membris aliquibus viui poteſt, ſine capite nullo modo. Hæc res efficit vt etiãſi natura boni ſint philoſophi, nihil tamen ſciant, nihil ſapiant. Omnis doctrina & virtus eorum ſine capite eſt, quia Deum neſciunt, qui virtu=

*lib.7. cap. 9.*

tis & doctrinæ caput eſt, quem qui non cognoſcit, licet vi-
deat cœcus eſt, licet audiat ſurdus, licet loquatur elinguis
eſt. Cum vero conditorem parentemq́ rerum cognoue-
rit, tunc & videbit, & audiet, & loquetur: Habere enim ca-
put cœpit in quo ſunt ſenſus omnes collocati, hoc eſt ocu-
li aures & lingua. Caput igitur teneamus, Deum cogno-
ſcere ſtudeamus, etiam atq́ etiam omni ope connitamur
omnes, vt quo vultus noſtros conuerſos eſſe videmus, eo
mentes etiam noſtras erectas habere queamus, atq́ in il-
lius per quem conditi ſumus & redempti contemplatione
verſemur, ne ſimus corpus ſine capite, ne ſimus ij, in quos
recte quadrare poſſet, quod in pſalmis ſcriptum legimus:
Os habent & non loquentur, oculos habent & non vide-
Pſalmo. 113 bunt, aures habent & non audient. Ad hanc agnitionẽ
contemplationemq́ Dei optimi Maximi pios omnes vt
inuitaremus, hæc ſcribendi labor à nobis eſt ſuſceptus,
quæ quidem vno verbo religio ſiue pietas dici poteſt. Re-
ligio quidem quod ea tanquam vinculo quodam obſtri-
cti Deo ſumus & religati: Pietas autem quod non aliter
pijs eſſe licet, quàm Deo rite colendo. Hac itaq́ de re di-
cere nobis nunc eſt propoſitum, quæ ſit pie colendi De-
um ratio, de quà non leues hoc infœlici æuo noſtro con-
trouerſias excitatas eſſe videmus. Supplices eum præca-
mur, quem noſſe vita eſt æterna, Dominum noſtrum Ie-
Can. 17 ſum Chriſtũ, vt qui via nobis factus eſt, pro bonitate ſua
Ioan. 14 nobis concedat, ſic vt de eo quod nobis inſtitutum eſt diſ-
Deut. 28 ſeramus, vt non declinemus neq́ ad dextram, neq́ ad ſi-
Eſa. 20 niſtram, ſed via regia incedentes, nihil proferamus, quod
non

non ad ipſius gloriam, quam alteri non dat, proprie pertinere videatur: cui ſoli ſtudere ipſo inſpirante, quam ſolam pro eo vt vires nobis fuerit ſuppeditare dignatus, propagare deliberatum habemus. Quoniam itaq; ſpiritus Deus eſt, indubitatũ illud erit, quod in ſpiritu adorari, ſpiritu coli, ſpiritalibus exercitijs venerari maxime vult, cuius generis ſunt, fides non ficta, ſpes firma, & charitas de corde puro profecta: tribus ijs qui proprie debetur Deo cultus abſoluitur. Ac ſi non conſtaret homo niſi ſpiritu ſolo, nihil ab eo præter ea requireretur, ad pure Deum colendum. Quoniam vero corporis mole quoq; premitur, æquum eſſe videtur, vt non hæc modo quæ iam commemorauimus interiora, verumetiam externa quæq; ad colendum Deum adferat. Colat Dominum humana mens, fide, ſpe, & charitate, colat Dominum corpus hominis externis & corporeis rebus, quibus tanquam ſignis quibuſdam, ſuam erga Deum fidem, ſpem & charitatẽ oſtendat, vt ſic totus homo dicere poſſit cum propheta: Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum: ac quemadmodum corpus ordinatur ad Deum per animam, ſic exterior cultus ad interiorem referatur, ſine quo fruſtra Deus quibuſcunq; tandem externis ritibus colitur: cum omne quod non eſt ex fide peccatum ſit. Priore itaq; loco de interno: poſteriore de externo Dei cultu verba faciemus, nihil in mediũ allaturi, niſi quod verbo Dei conſentaneum eſt futurum.

Ioan. 4.

Pſal. 83.

Rom. 14.

QVONIAM nihil tam accurate tantaq; diligentia agi poteſt in quo non aliquando offendatur, dabit nobis lector hanc veniam, quod in quibusdam huius libri locis erratum eſt, quædam etiam per imprudentiam omiſſa, quæ tamen omnia in extremo opere ſunt adnotata, quod vt beneuolus lector boni conſulat etiam atq; etiam petimus.

# QVOD FIDES FVNDAMENTVM ſit religionis Chriſtianæ.

Chriſoſtom9. Tomo 4. homil. de fide ſpe & charitate.

Ciril. li. 4. ſuper Ioan. ca. ix.

CAP. I.

QVI fidẽ ſanctiſſimæ religionis, doctrineq;
Chriſtianæ fundamentũ, ſimul ianuam &
viam in vitam, ac recurſum quendam atq;
reductionẽ, à corruptione ad incorruptio-
nem immortalitatemq; eſſe dixerũt, ij verè,
vim eius expreſſiſſe videntur. Nam per hãc acceſſum ha
bemus ad patrem, qui vitæ nobis & immortalitatis ~~auctor~~ Rom. 5
eſt. Credere enim oportet accedentem ad Deum. Ac- Hebr. 11.
cedit ad Deum, qui inuocat eum. Quomodo aũt inuoca-
bunt dicit Apoſtolus, in quẽ non crediderũt? Fides itaq; Roma. 10.
cumprimis eſt neceſſaria, ſine qua impoſſibile eſt placere Heb. 11.
Deo, Quam qui non habet, fruſtra accedit ad Deũ, fru-
ſtra loquitur, fruſtra inuocat Deum. Intellexit hoc Pro-
pheta cũ dixit. Credidi ꝓpter quod locutus ſum. Quin Pſal. 115.
& Apoſtolus: & nos inquit, credimus, ꝓpter quod & lo- 2. Cor. 4.
quimur. Prima ergo vox eius, qui ſe chriſtianũ profitet̃,
eſt Credo. Hinc eſt, quòd non Zophi, non Philozophi,
ſed fideles appella mur. Verũ quid tandẽ illud eſt, quod
credere nos oportet? nihil aliud quã Ieſum Chriſtum, &
hunc crucifixũ. Hęc eſt fidei noſtrę ſumma: vt credamus
nos, qui primorũ parentũ noſtrorũ culpa, facti eramus filij Epheſ. 2.
iræ, filij gehennæ, rei mortis æternæ, nõ potuiſſe, neq; poſſe,
à morte liberari, niſi per vnũ mediatorẽ Dei & hominum,
hominẽ Chriſtũ Ieſum, qui dedit ſemetipſum redẽptionẽ 1 Timo. 2.

1 Ioan. 2. pro omnibus, qui factus eſt propiciatio, pro peccatis nr̄is,
Apoca. 1. nō pro noſtris aūt tm̄, verū & totius mūdi, qui lauit nos à
Rom. 5 peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Qui cū inimici fuiſſemus,
reconciliauit nos Deo patri. Quomō aūt reconciliauit?
Rom. 5. Vt ſicut per inobedientiā vnius hominis peccatores cōſti-
tuti fuimus multi, ſic per vnius obedientiā iuſti conſtitue-
Philip. 2. remur multi. Factus eſt em̄ obediens patri, vſq; ad mor-
tem, mortē aūt crucis, quò ſic lueret inobedientiæ pecca-
tum, per primos parentes noſtros admiſſum, & nos ex im-
pijs iuſtos factos, per obediētiā ſuā, quā in perferēda mor-
te crucis oſtendit, cū patre ſuo cœleſti in grām reduceret.
Rom. 10. Hoc qui corde credit, ſufficit illi ad iuſticiā, qui verò confi-
tetur inſuper ore, conſequitur ſalutem. Hoc ſolū ſcire ſe
1 Cor. 2. Paulus gloriabat', ſcribens ad Corinthios. Cum veniſſem
inquit, ad vos frēs, veni non in ſublimitate ſermōis aut ſa-
pientiæ, anunciās vobis teſtimoniū Chriſti. Non em̄ iudi-
caui me ſcire aliquid inter vos, niſi Ieſum Chriſtū, & hunc
crucifixū. Non veni inquit, ſyllogiſmorū captiones, non
ſophiſmata, non aliud quidpiā huiuſmōi vobis adferens:
verū ſic me vobis exhibui, quaſi nihil aliud ſcirē, præter cru
Gal. 6. cem Chriſti. In hac ſola gloriabat' Paulus, hanc ſolam ſe
noſſe ꝓfitebat' & preſeferebat. Ab ijs vero vehemēter ani-
mus eius abhorrebat, & eorū cōſuetudine interdicebat, q
1 Thim. 6 ſuperbi, nihil ſcientes, lāguebāt circa queſtiones & pugnas
verborū: ex quibus oriunt' inuidiæ, contētiones, blaſphe-
2 Thim. 2 miæ, ſuſpitiōes malæ: cum ſeruū Dn̄i non oporteat
litigare, ſed eſſe manſuetum ad omnes,
docibilem, patientem.

Quòd fides

# QVOD FIDES MEDIATORIS, POST LAPSVM PRIMI HOMINIS, FVERIT, ET EST, *omnibus ad ſalutem neceſſaria, neq; potuerit, aut poßit quiſq; abſq; illa ſaluari.* CAP. II.

Hæc eſt igit̃ fides noſtra, in cuius ſimplicitate Regnũ eſt Dei, nõ in contentiõe ſermonis: vt credamus, & confiteamur, quòd non eſt aliud nomẽ ſub cœlo datũ hominibus, in quo ſaluũ quenq̃ factum, aut fieri oporteret, præter nomen illius, qui ꝓpterea vocari voluit IESVS, quòd ſaluũ eſſet facturus populũ ſuũ à peccatis eorũ. Ac fides quidem hæc, añ lapſum primi hominis, minimè fuit neceſſaria. Neq; eñ alia cauſa fuit, quamobrẽ veniret in mundũ Ieſus Chriſtus, quàm vt peccatores ſaluos faceret. Non illũ de cœlo ad terram merita noſtra bona, ſed peccata traxerũt. Tolle morbos, tolle vulnera dicit Auguſtinus, & nulla eſt cauſa medicinæ. Sufficiebat igit̃ primis parentibus noſtris, priuſq̃ prolapſi fuiſſent, credere, quòd Deus eſt, & quòd inquirẽtibus ſe remunerator eſt. Poſt admiſſum verò per illos peccatũ, iam illud credere nequaq̃ ſufficiebat, neceſſaria fuit præterea fides mediatoris, quẽ cũ ipſi, tũ liberi eorũ & poſteri, ſancti Patriarchæ & Prophetæ magno deſyderio venturũ expectabãt, certa ſpe, & fiducia futurũ, vt per eũ Deo patri reconciliarentur, & de Diaboli poteſtate eriperentur. Quis aũt futurus eſſet mediator ille, Dei ne filius, an angelus? an alius quiſpiam? de eo certi aliquid perſuaſum habere non fuit omnibus neceſſe: ſatis erat ad ſalutẽ, in genere credere, quod rationẽ Deus eſſet initurus, & viã aliquã

*1. Cor. 4. & Ambr. li. 1. ca. 3. de fide*
*Act: 4,*
*Math. 1.*
*1 Thim. 1.*
*Sermone 8 & 9. de verbis apoſtoli.*
*Heb. 11*

humanæ redemptionis inuenturus. Ad explicatius verò & diſtinctius de mediatore ſingula credenda, tenebant̃ ij ſoli, quibus hoc fuit à Deo reuelatũ, qui maiores vocantur, ſancti Patriarchæ, & Prophetæ, ſimul ſacerdotes, & Pontifices, quibus populi docendi munus incũbebat; qui & ante legẽ obſcurius, & poſt datã à Moſe legẽ apertius, quibusdã ſacrificijs & cæremonijs, venturũ Chriſtũ mediatorẽ adũbrabant. Quorũ ſignificatiõm, intelligebant ipſi quidem
Eſa. 7. apertius maiores, quibus reuelatũ erat, futurũ vt virgo cõciperet, & pareret filiũ, qui paſſione, cruce, & morte ſua, ꝑ peccatis hominũ ſatisfaceret, qui tertia die à mortuis reſurgeret, deinde verò in cœlos aſcenderet, inde venturus iudicaret viuos & mortuos. In maiorũ aũt fide ſaluabant̃ minores, qui ſub velamine quodam obſcurius cognoſcebant, ac fide apprehendebãt, venturũ mediatorẽ, per quẽ eſſent à morte liberandi, cuius vẽturi fides illuſtrior fuit ſub lege,
2 Cor. 6 quàm ante legẽ. Poſteaq̃ verò venit tẽpus illud acceptabi-
Thit. 2 le, venerũt dies ſalutis: poſteaq̃ apparuit gratia ſaluatoris noſtri omnibus hominibus, qui dedit ſemetipſum ꝑ nobis, vt nos redimeret, ab omni iniquitate, & mundaret ſibi populũ acceptabilẽ, ſectatorẽ bonorũ operũ, tũ verò fides
Col. 1. mediatoris Chriſti, qui pacificauit per ſanguinẽ crucis ſuæ, ſiue quæ in terris, ſiuè quæ in cœlis ſunt, ſicut clarior & apertior, ita magis eſſe cœpit neceſſaria, vt iã non adumbratè ſicut ſub lege, vel añ legẽ, neq; ſub velamine (quãdoquidem
Luc. 23. Chriſto mortuo velũ tẽpli ſciſſum eſt) ſed clarè, dilucidè, atq; aperte crederẽt, & confiterent̃ omnes, quòd venerit iã
Rom. 10. is, qui finis eſt legis Chrũs ad iuſticiã omni credenti. Cui

testimo-

teſtimoniũ perhibent omnes Prophetæ, remiſſionẽ pecca= Act. 10.
torũ accipere per nomẽ eius, omnes qui credũt in eũ. Cu= Ioan. 8.
ius diẽ Abrahã videre geſtiebat, ac vidit atteſtãte ipſo Chri
ſto, & gauiſus eſt: vidit aũt nõ carnis, verũ fidei oculis, qui=
bus multò certius videt̃. Pro quo mittẽdo Moſes orauit
dicẽs. Obſecro Dñe mitte, quẽ miſſurus es. Orauit Dauid Exo. 4.
cũ alijs in locis, tũ ter in vno Pſalmo repetẽs, Oſtẽde faciẽ Pſal. 79.
tuã, & ſalui erimus. Orauit Eſaias, cũ deſyderio clamans.
Emitte Dñe agnũ dominatorẽ terræ. Vtinã dirũperes cœ= Eſa. 16.
los & deſcenderes. Orauit in cãticis Eccleſia dicẽs. Oſcu= Eſa. 64.
letur me oſculo oris ſui: ſonet vox tua in auribus meis. Can. 1.
Quid em̃ aliud ijs verbis à ſponſo ſuo Chriſto petit? quàm
vt qui loqueretur iã in patribus, & Prophetis, idẽ ore pro=
prio tandẽ aliquãdo loquat̃ in carne aſſumpta. Neq; ve=
rò ſatis eſt credere, quòd venerit in hũc mundũ, ſed & illud
fideles omnes tenere memoria neceſſe eſt, quòd conceptus
eſt de Spũ ſancto, quòd natus eſt ex Maria virgine, quòd
traditus eſt, ꝓpter delicta noſtra, & reſurrexit ꝓpter iuſti= Rom. 4.
ficationẽ nr̃am, quòd aſcẽdit ad cœlos, ſedet ad dexteram
patris, inde venturus iudicare viuos & mortuos. Quoniã
verò qui virginis filius, idẽ eſt & Dei filius, in patrẽ quoq;
omnipotentẽ credere neceſſe eſt, creatorẽ cœli & terræ: ſi=
mul & in Spũm ſanctũ, ex quò cõceptus eſt. Vt in tribus
perſonis credatur vnus Deus. Diſtinctionẽ verò perſona=
rũ, & vnitatẽ ſubſtantiæ, ſi qui ſunt rudiores, q̃ vt compre=
hendere poſſint, nõ eſt adeò neceſſariũ ad ſalutẽ, omnibus
explicatè credere; vt ſi quis minus hæc fuerit aſſe=
quutus, de eius ſalute dubitandum ſit.

## QVOD ECCLESIA, OMNIA QVAE AD FIDEM MEDIATORIS PERTINENT,

*non modo ſcriptis & ſermonibus, verum & certorum dierum obſeruationibus, & ſignis & imaginibus, & habitu, & geſtu, & varijs ceremonijs, mentibus fidelium imprimere conata eſt. Ac primũ de Anno in certa tempora diſtributo, deq; beneficio Chriſti incarnationis.*

### CAP. III.

VErum videre licet admirabilē quandā curam,
& ſolicitudinē ſanctæ mr̄is Eccleſiæ, quæ non
contenta vel ſcripto, vel verbo ſingula tradi-
diſſe, quæ neceſſario credenda ſunt ad ſalutē,
diligenter vias, & rationes omnes perſecuta eſt, quibus ea
quàm maximè clara, & manifeſta redderet om̄ibus. Itaq;
totũ anni tēpus ita diſtribuit, certos vt dies inſtitueret, qui-
bus eorũ, quę credere nos oportet, ſi mō ſalui eſſe volumus,
ita admoneremur, nũq̄ vt elabi è memoria noſtra poſſent.
Quoniā verò primũ inter ea locũ obtinet incarnatio Chri-
ſti, non vtcũq; ad celebrādā huius tāti bn̄ficij memoriam,
accedere liberos ſuos voluit, verũ tribus, & amplius etiam
hebdomadis, vt ſe præpararēt inſtituit, ad mediatorē redē-
ptorēq; ſuũ, eo, quo par eſt honore excipiendũ. Quod qui-
dē tēpus, vocauit Aduentũ: in quo ſanctorũ patrũ deſy-
deriũ nobis repręſentat, qui ſedentes in tenebris, & in vm-
*Lu. 1.* bra mortis, incredibili quodā animorũ ardore, venturũ in
carne iuſticiæ ſolē, dominũ nr̄um IESVM Chriſtum,
expectantes, cōtinuis & flebilibus modis clamabāt dicen-
*Eſa. 45.* tes. Rorate cœli deſuper, & nubes pluāt iuſtũ, aperiatur
terra, & germinet ſaluatorem. Quæ verba & in primis ve-
ſperis primæ Dn̄icę, & per totũ Aduentũ, ſingulis diebus in

Miſſa Beatæ Virginis cantāť. Ad quā diluculo ſurgūt homines, tāq̄ vigilantes, atq; ſui ſaluatoris aduentū expectātes. Qui verò maiore ferunť erga Chriſtū charitate, carnē etiā ſuam per omne id tēpus ieiunio macerāt, quò domitis illius cupiditatibus, tantò magis expediti eſſe queāt, ad illū venientē excipiendū, debitoq; honore ꝓſequendū, quē tanto ſtudio præſtolati fuerūt. Cuius poſteaq̄ diu multumq; expectatus ille dies incarnationis, & natiuitatis aduenit, quanta eſt, per Deū immortalē, omniū lætitia? quā profuſum gaudiū? quā incredibilis exultatio? quòd venerit tādē ille tātopere deſyderatus, qui diſſolueret iugū noſtrę captiuitatis, & nos à graui ſeruitute, quà Diabolo mancipati fueramus, in libertatem aſſereret. Surgitur nocte media, qua natū nobis puerū hūc admirabilem, ex hiſtoria didicimus Euāgelica. Curriť ab omnibus ad videndū, ad amplexandū, ad exoſculandū nr̄æ ſalutis autorē. Illuceſcēte verò ſole, poſteaq̄ ſolēni cū gaudio, perfecta ſunt in tēplo omnia, quæ ad diē hūc tam feſtū, iuſta celebritate peragēdū pertinere videnť, nequaq̄ ijs finibus gaudiū & exultatio piorū contineť: verū in priuatis etiā cuiuſq; ædibus, nō ab adultis modo, verū & à pueris, ac tm̄ non ab ipſis lactētibus atq; infantibus, natus nobis puerulus, datus nobis filius decantať. Curſitatur per vicos & plateas, in ſingulis ædibus, anunciať cū iubilo gaudiū illud magnū, quòd natus eſt nobis hodie ſaluator, qui eſt CHRISTVS dn̄s. Quoniā verò ſumma tū apparuit liberalitas Dei patris, q cū ſit diues in miſericordia ꝓpter nimiā charitatē ſuā, quà dilexit nos, miſit filium ſuū factū ex muliere, qui mortē noſtrā moriendo deſtrueret, & vitā reſurgendo repararet, inuitanť

Lu. 2.
Eſa. 9
Lu. 2. annu
Ephe. 2.
Gal. 4.

uitant’ à tenuioribus locupletiores, vt & ipſi qua poſſint
cõmunis omniũ tã benigni patroni, vel patris potius libe-
ralitatẽ imitent’, atq; è ſuis copijs egentiũ ſubleuẽt inopiã.
Hac ratione mater Eccleſia, quæ in ſymbolo primo loco
de Chriſto nato continent’, in pectoribus liberorũ ſuorum
defigenda curauit: vt ne facilè excidere poſſent. Addidit
ijs etiã ea, quæ nõ continent’ in ſymbolo. Nã octauo die,
poſt circũciſi: quatuor deinde diebus interiectis à Magis
adorati, quadrageſimo die poſt natalẽ in templo
oblati pueri IESV memoriam recolit.

## DE BENEFICIO REDEMPTIONIS PER CRVCEM ET MORTEM CHRISTI FACTAE. *Cap.* IIII.

PRiuſq̃ verò ad ea veniat, quæ deinceps habẽ-
tur in Symbolo, de eo, quomõ paſſus eſt, ſub
Pontio Pilato, crucifixus mortuus, & ſepultus
deſcendit ad inferos, tercia die reſurrexit, quo-
niam inter omnia Chriſti beneficia, Crucis hoc & mortis
eius vnũ omniũ præ cęteris eſt inſigne maximè. Neq; eñ
naſcendo, ſed moriẽdo pro nobis, nos à morte redemit: nõ
in cunis iacendo, ſed in cruce ſpũm exhalãdo, pro peccatis
nr̃is ſatisfaciẽs, nos cœleſti patri ſuo recõciliauit, cruci pec-
*Col. 2.* catorũ noſtrorũ chyrographũ affigens, tulit ipſum de me-
dio, ac prorſus de rerũ natura ſuſtulit. Quoniã itaq; ſalus
hæc eſt, & redẽptio noſtra, qm̃ gloria nr̃a crux Chriſti eſt,
triũphus noſter crux Chriſti eſt, ſpes omnis, & fiducia nr̃a
ſola crux eſt, Dñi noſtri IESV Chriſti, ad tm̃ hoc crucis
& mortis

& mortis beneficium cõmemorandũ, ſancta mater Eccleſia, nõ vtcũq;, verũ diligenter præparatis fidelibus ſuis, accedẽdum eſſe putauit. Atq; illud inprimis æquũ eſſe duxit, vt ſocij Chriſti paſsionũ eſſe conaremur, ſi volumus eſſe ſocij cõſolationis, quẽ cum illo reſurgentes, & in cœlum aſcẽdentes accepturi ſumus. Nã niſi cõmortui fuerimus, nõ cõ 2. Timothei. 2
uiuemus, niſi ſuſtinuerimus, nõ conregnabimus. Compati Romano. 8.
neceſſe eſt, ſi quis glorificari vult. Nam & Chriſtum pati Luce. 24.
prius oportuit, atq; ita ĩtrare in gloriam ſuam. Ac rectè qui 1. Petri. 4.
dem cõmunicare Chriſti paſsiõibus intelligitur. qui ꝓ nomine illius quaſuis cõtumelias, quoſuis cruciatus, deniquè mortẽ ipſam perferre ſi res ita poſtulet, animo prõpto ſemper eſt & parato. Rectè præterea cõpati, & cõmori ille dicit, qui deſijt à peccatis: vt iã non deſyderijs hominum, ſed volũtate Dei, quod reliquum eſt in carne viuat tẽporis. Cęterum ad hęc perficiẽda, impedimẽto plerunq; caro ẽ maximè quæ ſpiritui aduerſat, vt nõ quæ volumus illa facia- Galat. 5
mus. Hæc itaq; domãda eſt abſtinẽtia, quò facilius crucifigi poſsit cum ſuis vicijs, & cõcupiſcentijs. Nã ſicut equis ferociẽtibus, & ſeſſori minus iam obtẽperãtibus pabulum ſubducitur, & pro auena, fœnum dat, ita carni nr̃e, ob ſucci & ſpirituum abundãtiã ſpiritui rebellãti, ſubduci alimoniã, & eiuſmõi ſuppeditari ciborum genus expedit, vñ quã minimum, animo ſeſſori ſuo recalcitret, vt caſtigato corpe, 1. Corinthi. 9
& in ſeruitutem redacto, vegetior, ac liberior animus diuinis laudibus inſiſtat, diuinæq; voluntati ſe tãtò facilius attemperet. Cum enim qui foris eſt noſter homo corrumpit
tum is q intus eſt renouat, de die in diẽ: quãtò plus cõficit 2. Corinthi. 4

quotidianis laboribus,& ieiunijs,exterior noſtri pars cor=
pus,tantò interior nr̄i pars,& ea potior,animus deficiente
corpore graui ſuo aduerſario vegetior,ac valētior, & apti=
or efficitur,ad hoc vt Deo vacare,& illius voluntati obſe=
quundare queat.His itaq; cauſis adducta mater Eccleſia
quò quæ nobis in mora plerūq; ſunt,carnis deſyderijs va=
cui vacare melius tanti bn̄ficij contemplationi poſsimus
quadragita dierum ieiunium inſtituit. Neq; id ſine exēplo
*Matthei. 4.* ſeruatoris noſtri Chriſti,qui & ipſe quadraginta dies in de
ſerto ieiunaſſe legit̃, vt obiter etiā illud in memoriā nobis
reuocet,quó ille,cuius bn̄ficio nobis cōtigit, vt explere fa=
mē,vt ſaturi eſſe queamus,nr̄a cauſa eſurire dignatus eſt.
Poſteaq̃ verò ventū eſt ad finē quadrageſimæ, ab hebdo=
madā illā,quā iure merito ſanctā vocamus, quòd in ea re=
preſentat̃ nobis Chriſti paſsionis myſteriū, per quā abluti
ſanctificati,iuſtificati ſumus,tū verò maiore ſtudio, in eas
res omnes incumbi voluit,quas ad frenāda deſyderia,atq;
ad auertendum animū,ab om̄i rerum terrenarum cura pti
nere putauit.Hinc ille mos quondā à plurimis, nunc vero
à paucis quorum ardentior eſt pietas obſeruatus, quē etiā
ſua ætate ſcribit obſeruatū Epiphanius,quòd humi cuba=
*Li.3. Hæreſi 75.* bat̃,quòd afflictiones tolerabant̃,ꝙ ſicca duntaxat edebā
pre = tur,quòd ~~præ~~catióes,vigiliæ,ieiunia ſeruabant̃,atq; omnes
animarū ſalutes,ꝑ ſctās afflictióes exquirebant̃. Vacabat̃
ab omnibus ſeculi negocijs,neq; alia in re per totā illā heb
domadā,quàm in cōtemplatióe ſummi illius bn̄ficij,quod
nobis in ara crucisDn̄s nr̄ IESVS Chriſtus,idem & ſacer
dos, & ſacrificium conferre dignatus eſt, mentes & co=
gitatio=

gitationes hominum defixæ fuerunt; quo ſingulari & inæſtimabili beneficio, qm̃ peccatorum remiſſionẽ, fuſo ꝓ nobis Chriſti ſanguine cõſequuti ſumus, tum vero ſedulo facere omnes omnia iuſſit eccleſia, quo tãti bñficij fructum cõſequi poſſit, quẽ qm̃ adipiſci non licet, niſi ijs, qui peccata ſua, quæ tãtis Chriſti cruciatibus cauſam dederũt, in amaritudinæ mẽtis ſuę, recogitãt, qui deteſtati ea, odium eorũ cõcipiunt, ac iuſto ꝓpterea dolore affecti, ꝓfuſis lachrymis, ea ſacerdoti Dei miniſtro, cui ligãdi ſoluẽdiq; poteſtas à Deo data eſt, enumerãdo recenſent, eiuſq; miniſterio, virtute vero ac merito paſsionis ac mortis Chriſti, ab illis abſolui, ac Deo patri, quẽ tocies tã grauiter offenderunt recõciliari, ea quà par eſt animorum ſubmiſsiõe petunt. Vt hoc quoq; ſub id tẽpus à fidelibus fieret inſtituit, quo cõmonefaceret illos, nõniſi paſsiõis, & mortis Chriſti merito peccata remitti. Hoc nõ contẽta, ſimul ſtatuit, vt huius peccatorum remiſsiõis, & cum Deo patre recõciliatiõis pignus acciperent, quo tãto magis certi de ea reddi poſſẽt, ad viuũ & viuificum Chriſti corpus & ſãguinẽ ſumẽdum, poſteaq̃ peccata ſua cõfeſſi, atq; ab eorum nexu ſoluti eſſent, accederẽt; quo ſicut ipſe vna caro nobiſcum, ita nos viciſsi nõ mõ caro vna, verum & ſpũs vnus, cum ipſo efficimur, atq; illius corpori cõiungimr̃. Quoniã vero & in ſacramẽto hoc & quoties memoria dñicę paſsionis recolit̃, ſicut ſæpe iam antea cõmemorauimus, recõciliatiõis illius admonemur in cruce peractæ, qua nos, qui inimici eramus p mortẽ ſuã Deo pr̃i Chriſtus recõciliauit; fas non eſſe putauit mater Eccleſia, q recõciliatiõis huius memoriã agerẽt, vt ij ſimul

Mathei. 26. Eſaie. 38. Matthei. 18. Roma. 5.

B ij tates

tates aliquas gererent,ac odijs inter ſe mutuis flagrarent.
Quamobrẽ & illud inſtituit:vt in hac precipuè ſancta heb
domada, priusq̃ ad ſummẽdũ ſalutarẽ illum cibum fide=
les accederẽt, qui ſacramentũ eſt pietatis,miſterium pacis
Iacobi. 5 ſignum Vnitatis, Vinculum charitis, cõfiterent̃ alterutrum
peccata ſua,ſimul Veniã peterentq; darẽtq; Viciſſim.Quod
qui ſecus facerẽt, quiq; ĩplacabile odiũ erga ꝓximum reti=
nerent,ĳ grauius etiã,quàm ipſi Iudei flagicium deſigna=
Hebre. 6 rent,rurſus crucifigentes ſibimetipſis filium Dei,& oſtẽtui
habẽtes;vt meritò à ſacris arcendi,quin etiã è piorum cœtu
homines impĳ,neq; digni,qui chriſtianorum appellatiõe
gaudeant exterminandi ſint.Et quoniã duplex eſt pœni=
tentia,priuata vna,publica altera,ſicut ſuo loco fuſius di=
cetur,illã quidẽ quocũq; die fieri permittit Eccleſia, hanc
autẽ alteram ſolennẽ,non exiſtimauit,niſi feria quinta ſan=
ctæ hebdomadæ peragi oportere.Eſt quidẽ ita,quod om̃i
tempore fungi debent Epiſcopi legatione, ad reconcilian=
2 Corin. 5 dos peccatores,de qua loquẽs Apoſtolus,cum dixiſſet,De
us erat in Chriſto mundum recõciliãs ſibi, nõ reputãs illis
delicta ipſorum,& poſuit in nobis verbum reconciliatiõis,
ꝓtinus adiunxit,pro Chriſto ergo legatione fũgimur,tanq̃
Deo exhortante per nos,obſecramus pro Chriſto,reconci=
liemini Deo.Viſum eſt tñ,vt iſto potiſsimum die, legatiõis
hoc munere fungerent̃,quo ſummus Põtifex noſter, Ieſus
Chriſtus aſtitit vultui Dei pro nobis.in multitudine miſe=
Hebreo. 9 ricordiæ ſuæ.& ſemel ſacerdotĳ ſecundum ordinẽ Melchi
ſedech officio perfunctus,cũ ſacrificium incruentum cor=
poris & ſanguinis ſui ſub panis & vini ſpeciebus in vltima
Matthei. 26. illa cœna Deo patri obtuliſſet,ac eiuſdem corporis & ſan=

guinis ſacramentum ſubijſdem ſpeciebus poſt factam ob=
lationẽ ſuis diſcipulis tradidiſſet, paulo poſt iterum ſacer=
dos ipſe ſecundum ordinem Aaron, vt huic ſacerdotio finẽ
ĩponeret, poſteaquàm nouum illud inſtituerat, ſacrificium
pro nobis cruentum factus eſt, ſemetipſum tradens obla= *Epheſum.* 5
tionem & hoſtiam DEO, in odorem ſuauitatis, capi ſe, li=
gari, conſpui, flagellari, varijs probris affici, ac poſt mul=
tos grauiſsimos cruciatus ſibi illatos, tandem ſe in crucẽ
agi paſſus, atq; ibi pro nobis iuſtus pro iniuſtis mori dig= 1 *Petri.* 3
natus eſt: Quàm autem ob cauſam ligata eſt miſericordia
niſi vt miſeros peccatores à nexu peccatorum ſuorum ſol
ueret pœnitentes. Quàm ob cauſam vita mori pro impijs,
& mortis eternæ reis dignata eſt: niſi vt, ſicut iam toties di
ctum eſt, propitium nobis & placatum patrem ſuum red
deret: apud quem propiciator nobis factus eſt Chriſtus *Roma.* 3.
in ſanguine ſuo. Quamuis igit̃ à diuicijs bonitatis Dei nul=
lum tempus vacat, hoc tamen tempus ad reconciliandos
grauioribus flagicijs obrutos viſum eſt maximè accomo
dum, quò ſemotis alijs curis omnibus, ac poſtpoſitis qui=
buſcunq; ſæculi cogitationibus. ſoli propiciationis ꝑ chri=
ſtum in cruce factæ contemplationi vacat̃, quò remiſsio=
nis peccatorum nobis per mortis illius meritum obtentæ
memoria refricatur, nulli vt iam quamlibet grauibus preſ
ſo criminibus dubitare fas ſit, quĩ qui proprio filio ſuo nõ *Roman.* 8
pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum, is nunquã
ſit cõmiſſurus, quĩ ſimul cũ illo ſit nobis dõaturus omnia,
ſit conceſſurus veniam & indulgentiam peccatorum no=
ſtrorum omnium: cum præſertim ob hoc ipſum eum tra=
diderit, Quandoquidem per Prophetam teſtat̃, quod non

Eſaie. 53. ob aliam cauſam,niſi propter ſcelus populi ſui percuſſerit
eum.Hinc perſpicuum cuiuis eſſe poteſt,quod nõ ſatis ha
buit Eccleſia commonefeciſſe nos paſsi, crucifixi, mortui
Chriſti,ſed ſimul indicare voluit,quem eſſemus fructũ ex
hac illius paſsione & morte cõſequuti, nimirum peccato-
rum remiſsionem,& cum Deo patre cœleſti reconciliati-
onem,

## QVOD IN DIE PARASCEVES RECtè deploratur Chriſti paſsio.

### CAPVT. V.

QVA qdẽ ex re,&ſi gaudere nos æquũ eſt & e-
xultare,qđ in cruce ſalutẽ noſtrã operatus eſt
Chriſtus,nõ ſine cauſa tñ gaudiũ iſtđ in aliud
tps differendum,ſanctã verò hebdomadam hãc omnem,
precipuè vero diem Paraſceues in mœrore, luctu, lachry-
Galla. 6. mis conſumendam eſſe cenſuit Eccleſia , gloriari quidem
nos oportet in cruce domini noſtri IESV Chriſti, atq; in
gentem ex eo conſolationem actipere,quod nos dignos iu
1 Petri, 1. dicauerit,q̃s non corruptibilibus auro & argento, ſed pre-
cioſo ſanguine ſuo redimeret. Verum ſunt quæ nos impe-
diunt quominus pro die redemptionis hoc noſtræ myſte-
riũ celebramus,gaudere & exultare queamus. Vetat enim
hoc noſtræ culpæ conſcientia. Nos enim ſumus,qui paſsiõi
qui cruci,qui morti eius cauſam dedimus, nos illius plaga
Pſalmo. 68, doloris,nos illius culpa ſumus occiſionis: Nam ille quę nõ
Roma. 4. rapuit exoluit; Traditus eſt propter delicta noſtra: vulne-
Eſaie. 53.

ratus

ratus eſt propter iniquitates noſtras: Attritus eſt ꝓpter ſce
lera noſtra: Non ille ſua quæ nulla habuit, ſed noſtra pec= 1. Petri. 2.
cata pertulit in corpore ſuo ſuper lignum. Meritò itaq; ge=
mitus ædimus, meritò lachrymas fundimus, propter pec=
cata noſtra, quæ tam grauia fuerunt, vt niſi morte Chriſti,
expiari non potuerint: Tum autē ipſe Chriſtus noluiſſe vi=
detur eo die nos gaudere, quo cruciatus hos noſtra cauſa
pertulit. Sic enim dixit. Amen amen dico vobis, quia plora
bitis & flebitis vos, mundus autem gaudebit: Vos autē cō=
triſtabimini: ſed triſticia veſtra vertetur in gaudium. Quin
etiam exemplo probabili confirmat, huic tantæ rei triſticiā Ioannis. 17.
conuenire. Mulier inquit cum parit triſticiam habet, quia
venit hora eius: cum autem pepererit puerum, iam non
meminit preſſuræ, propter gaudium, quia natus eſt homo
in mundum, mulieri comparat Eccleſiam ſuam, quæ quia
Chriſtum diligit, quem ex Deo patre genitum in noſtram
naturam ſuſcepit, rectè hoc die Paraſceues moriente illo,
& per mortem quaſi per partum in vitam æternam & in
immortalitatis gloriam exeunte, triſticiam habet & dolet,
vt in vtero habens, & clamat parturiens. Quoniam verò 1. Theſalo. 5.
poſtquàm reſurrexit æterno ſuo regno natus, gauiſi ſunt di Apocalip. 12.
ſcipuli viſo domino, ſicut ipſe dixerat: Iterum autem vide= Ioannis. 20.
bo vos, & gaudebit cor veſtrum. & gaudium veſtrum ne= Ioannis. 15.
mo tollet à vobis. Perpulchrè pfecta eſt mulieris, quæ præ= pro= mulieris
miſſa fuerat ſimilitudo, quæ poſtquàm peperit, iam nō me
minit præſſuræ propter gaudium, quia natus eſt homo in
mundum. Quarè non ſunt audiendi, qui Chriſti mortem
lugubrem eſſe nolunt, & eam deplorari vetant: Nam & ſi
præcio=

precioſam illam & glorioſam eſſe libenter confitemur, vt
*1 Corit.* 15 quæ mortem, & mortis deſtruxit authorem, non continuo
*Hebreo.* 2 non eſt ipſa lugubris & fidelibus deflenda, pro quorum ſa
lute ſpontè Chriſtus illam exhibuit: alioqui periculum eſt
ne de nobis quoq; per Prophetam ſuum Chriſtus conque-
*Pſalmo.* 68 ri videatur, ~~ſuſtinui~~ qui ſimul contriſtaretur, & non fuit, &
qui conſolaretur, & non inueni. Cum præſertim per Za-
*Zacha.* 12 chariam prædictum ſit, quòd dolebũt ſuper eum, ſicut do-
leri ſolet in morte primogeniti. Non gaudeamus itaq; tũ,
quando mundus gaudebat, quandò Chriſtum Iudei cru-
cifigentes exultabant, & morienti inſultabant: non vocife-
*Lucæ.* 23 remur cum inſanis illis & odio furẽtibus, crucifige, crucifi-
*Lucæ* 2 ge illum: ſed cum Maria matre IESV cuius tum animam
doloris gladius pertrãſiuit, cumq; ſanctis Apoſtolis, quo-
rum ingens luctus mentes occupauerat, diem quò Chriſti
crucifixi ſit memoria, in fletu & planctu tranſigamus: gau-
dium verò noſtrum in id vſq; tempus differamus quó ip-
*Ioannis* 20 ſi quoq; gauiſi ſunt diſcipuli viſo domino: Differamus le-
*Roman.* 4 ticiam noſtram in perendinum diem, quò Chtiſtus deui-
cta morte reſurrexit propter iuſtificationem noſtram. Tẽ-
*Eccleſi.* 3 pus flendi, dicit ſapiens, & tempus ridendi; tempus plan-
gendi, & tempus ſaltãdi; prius flẽdum eſt, vt exultare poſt
ea liceat. Euntes ibant & flebant, dicit propheta, mittentes
*Pſamo.* 125 ſemina ſua: venientes antem venient cum exultatione, por
*Matthei.* 5 tãtes manipulos ſuos. Beati flentes, ait Chriſtus, quoniã ip
*Lucæ.* 7 ſi ridebunt, Quando cantantur nobis lugubria, plãgamus
*Roman.* 12 vt cum tibijs cantatum fuerit, exultemus. Fleamus cum flẽ
tibus Apoſtolis, & cum ijſdem gaudentibus gaudeamus.

Neq;

Neq; cum perfidis iudeis cõmune quicq̃ habeamus, Chri/
ſto paſſo exultantibus, atq; illi acerbè inſultantibus. Hũc
morem iam indè ab ipſis Apoſtolorum temporibus ſemp
obſeruauit ſancta mater Eccleſia, ſimul docens fideles ſu=
os, quòd per luctum peruenitur ad gaudium, quòd ꝑ mul
tas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. Actuũ 14.

## DE GAVDIO DOMINICE RESV= rectionis. Cap. VI.

QVAMOBREM ad ineundam illam re=
ſurrectionis Chriſti ſolẽnitatem, prius nos
peruenire noluit, quàm eſſemus cõuerſi ad Ioelis. 2.
Dominum in toto corde noſtro, in ieiunio,
& fletu, & planctu. Etiam carnalibus hac
in parte prouiſum eſſe cupiebat, qui cum non facilè poſsit
mentis oculos ad ea videnda, quæ ſunt Spiritus, attol=
lere, niſi vi maiore corporaliter accidentium cau=
ſarum excitentur, cauſas quibus id perfici poſſet per=
ueſtigauit. Quarè ieiunium quadraginta dierum quòd ꝓ
decimis anni totius offertur DEO, ſic diſpoſuit, vt ante
ſacratiſsimam Paſchatis noctem, nullo modo rumperetur
à pijs. Ita fit, dum per abſtinentiam corpus atteritur, nec a=
liunde laxatio niſi ab hac Paſchali nocte ſperatur, vt hæc
beata nox, etiam à carnalibus tantò maiore cum expecta=
tione & gaudio excipiat̃, & anteq̃ veniat, ſic omnes qua=
drageſimæ dies, qui ſunt interiecti, tanquam diurna viato=
ris itinera, magno cũ deſyderio ad conſtitutum locum ꝓ=
perantis, quotidiè penè diligenter computetur, Hac ratiõe

dulcis omnibus hæc ſolennitas,chara omnibus, deſydera-
bilis cunctis efficitur,ſicut lux in tenebris ambulantibus:
ſicut fons de petra ſalientis aquæ ſitientibus,ſicut quòd fi-
xit Deus tabernaculum peregrinantibus,Hic igit̃ tempus
iam eſt leticiæ,hic exultamus omnes gaudio,memoria no-
biſcum repetentes,quantum pro nobis Chriſtus precium
perſoluerit,per quod peccatorum noſtrorum remiſsionẽ
conſequuti,& à duriſsima captiuitate redẽpti ſumus. Quo
magis autem abſolutum ſit gaudium noſtrum,paſsioni et
morti Chriſti reſurrectionẽ quoq; ſemp adiungamus, quæ
Romano. 4. noſtræ cauſa eſt iuſtificationis.Nã ſicut traditus eſt Chri-
ſtus propter delicta noſtra,ita reſurexit propter iuſtificati
onem noſtram. Vnde colligere licet,quòd qui iuſtificatio-
nem nihil aliud eſſe volunt,quã peccatorum remiſsionem
& cum Deo patre reconciliationem,ĩj toto(quod aiũt)cœ
lo errant.Neq; enim in hac ſola re cõſiſtit iuſtificatio, ſi ve
tus homo noſter exuatur , neceſſe eſt inſuper indui nouũ,
Epheſ. 4. qui ſecundum Deum creatus eſt in ſanctitate & iuſticia ve
ritatis.Non ſatis eſt veterem adam eieciſſe, nouum etiam
Adam præterea Chriſtum complecti neceſſe eſt. Nõ tan-
Romano. 6 tum peccato moriendum,ſed viuendum eſt etiam Deo in
Chriſto IESV, Non ſufficit à peccato liberari,ſeruos e-
tiam oportet fieri iuſtitiæ,non commori ſaltem,hoc eſt de-
fungi peccatis,verum & reſurgere cum Chriſto opus eſt.
illud itaq; merito Chriſti paſſionis nobis obtigit,quòd ſu-
mus mortui peccatis,quòd vetus noſter homo crucifixus
Romano. 6. eſt,vt deſtruatur corpus peccati, vt vltra non ſeruiamus
peccato, Verum hoc ſatis non eſt,neceſſe eſt præterea vt

quomodo

quomodo Chriſtus ſurrexit à mortuis per gloriam patris, ita & nos fide accenſi, ſimul cum eo reſurgentes, in nouitate vitæ ambulemus, parati omnia & facere & pati pro ea fide, quam ipſe tradidit, quam in ſymbolo poſtea comprehenderunt Apoſtoli. Quòd certi ſimus, tametſi propter eã fidem corpus noſtrum occiſum fuerit, nihilominus facturũ Deum, vt ſuis promiſsis maneat, vtq; excitet nos, ſicut excitauit Chriſtum in vitam æternam. Atq; hoc eſt, quod vocat Paulus iuſtificari, poſt adeptam peccatorum remiſſionẽ in eiuſmodi vitę nouitate ambulare. Crucifixus itaq; Chriſtus eſt, vt in cruce veteris hominis occaſum oſtenderet. Reſurrexit autem vt in vita ſua vitæ noſtræ nouitatem demonſtraret. Duplicatur itaq; gaudium hoc die noſtrum quod non ſolum abolita ſunt peccata noſtra per mortem Chriſti, verumetiam illius reſurrectio documento nobis ẽ & exemplo, quomodo mortui per illum priſtinis culpis, mox vnà cum illo & per illum in nouam vitam reſuſcitati, deinceps iuſticiæ viuamus, quam illius beneficio cõſequuti ſumus. Hæc itaq; duo ſancta mater Eccleſia præ cæteris inculcanda ſuis fidelibus, nec ferè ab inuicem ſeparanda eſſe duxit, tãquam ad ſalutem apprimè neceſſaria. Nam cũ & illud credere neceſſarium ſit ad ſalutem, Chriſtum & verum hominem, & verum Deum fuiſſe, verum hominem declarat paſsio & mors: neq; enim potuit pati & mori niſi homo, verũ Deũ declarat reſurectio, neq; eñ potuit ſua ipſius virtute à mortuis reſurgere, niſi Deus. Quãobrẽ nõ ſatis habuit in die Paraſceues mortis, in die Paſchæ reſurrectionis Chriſti memoriam celebraſſe, quin per totum annum

vertentem vtriuſq; nobis memoriam ſingulis hebdoma-
dis renouet. Nam quòd à Chriſtianis feria quarta & ſexta
*Ad Caſulanū* ieiunatur, illam rationem reddi ſcribit Auguſtinus, quòd
*Epiſtola. 86.* conſyderato Euangelio, ipſa quarta Sabbati quam vulgò
quartam feriam vocant, conſilium reperiuntur ad octiden-
dum Dominum feciſſe Iudei, die autem vno interiecto, cu-
*Matthei 26.* ius veſpere dominus Paſcha cum diſcipulis manducauit,
qui finis fuit eius diei, quam vocamus quintam ſabbati, de-
inde traditus eſt ea nocte, quæ iam ad ſextam ſabbati, fe-
riam ſextam vulgo vocant, qui dies paſsionis eius manife-
ſtus eſt, pertinebat. Tertius aūt dies poſt reſurectioni dica-
tus eſt, qui propterea dominicus etiā vocatur, quòd in eo
Dominus à mortuis reſurgens, verè ſe Deum & dominum
eſſe declarauit. Quare non ſolo die Paſchatis, verum ſingu-
lis dominicis diebus proceſsionem pagi videmus, qua re-
*Matthei. 28* preſentatur Apoſtolorum proceſsio, qui iuxta Chriſti præ-
ceptum iuerunt in Galileam, vt ibi viderent Dominum à
mortuis reſurgentem, & Ieroſolymam inde poſtea redie-
runt. Sic ergo duos articulos hos docuit nos Eccleſia, vnū
de paſſo, crucifixo, mortuo & ſepulto Chriſto, alterum de
eo, quomodo tertia die reſurexit, qui quo magis infigeren-
tur memoriæ noſtræ ſingulis hebdomadis eorum comme-
moratiōnē ſextis ferijs, & diebus domĩicis renouari voluit.

## DE ASCENSIONE CHRISTI DE-q; extremo iudicio. Caput VII

SICVT autem quadraginta dies ante do-
minicam Reſurrectionis in omni abſtinentiæ
continentiæq; genere traducendos, ita dein-
ceps

ceps iam quinquaginta diebus ieiunia cenſuit eſſe relaxan
da, vt ad feſtũ vſq; Pentecoſtes non ieiunaretur à cibis, qđ
eſt mœrentium, ſed in Domino gauderetur. Illud etiã ſub=
iecit quaſi ſub oculos noſtros, quomodo quadraginta di=
es cum ſuis diſcipulis verſatus eſt, quibuſcum etiam cibũ
interdum capere viſus eſt, interdum Dominus noſter IE=
SVS Chriſtus, quò magis fidem faceret ſuæ reſurectio=
nis, poſteà videntibus illis eleuatus, & in cœlum aſſump= Actu. I.
tus eſt. Poterat quidem celerius in cœlum aſcendere, ſed q̊
niam non quæ ſua, ſed quæ noſtra ſunt querere venerat: de
ſcenderat enim propter nos homines, & propter noſtram
ſalutem, quo magis claram teſtatamq; cunctis reſurrectio
nem ſuam redderet, atq; omnem ex omnium animis de ca
dubitationem tolleret, tantiſper in terris commorari, aſcen
ſioniſq; ſuæ gloriam in quadrageſimum diem differre dig
natus eſt. Nulla autem res æque ſpem noſtram erigit, atq;
glorioſa hæc Chriſti aſcenſio. Nam paſsio illius charitatẽ
in nobis actendit, quam cum ille ſummam erga nos decla
rauerit. (nam dilectionem hac maiorem habere poteſt ne Ioannis. 15.
mo, quã ut animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis, qua
tamen maiorem habuit ille, qui poſuit pro inimicis) fieri
non poteſt, quin mutuo illius amore inflammemur, qui pri
or nos tantopere dilexit. Reſurrectio vero Chriſti non mo
dò de diuinitate ipſius, verum & de noſtræ carnis reſurre=
ctione fidem noſtram confirmat & roborat, ſi enim credi
mus, quod IESVS mortuus eſt & reſurexit, ita & De= 1. Theſalo. 4.
us eos, qui dormierunt per IESVM adducet cum eo.
Aſcenſio porro ſpem letificat, quam firmam habemus &

indubitatam,quo caput noſtrum proceſsit,eò nos,qui ſu-
mus ipſius membra,ſequuturos: Cum preſertim promiſ-
Io. 12. ſum eius habeamus,qui fallere neſcit,vbi fuerit ipſe,ibi fu-
turum & miniſtrum.Sed ita nos erigit in ſpem aſcenſio,ne
prorſus tamẽ ſecuros & oſcitãtes eſſe permittat.Nam eo-
dem ipſo die nobis in memoriam reuocatur, quomodo q̃
aſcendit ad cœlos,& ſedet ad dexteram patris,indè ventu-
rus ſit iudicare viuos & mortuos, cantatur enim in miſſæ
Actuum. 1. introitu:Viri galilei quid admiramini aſpicientes in cœlũ
hic IESVS, qui aſſumptus eſt à vobis in cœlum,ita ve-
niet,quemadmodum vidiſtis eum euntem in cœlum. Vn-
de docemur,venturum eum in eadem forma hominis, in
corpore glorificato,quod in cœlum ſecum detulit, iudica-
re viuos & mortuos.Cantatur & illud ex pſalmo. Aſcen-
Pſalmo. 46. dit Deus in iubilo,& Dominus in voce tube.Atqui in eiuſ-
1.Corinti.15. dem voce tube nouiſsimæ reſurgent omnes,incorrupti ſen
tentiam iudicis audituri:qui quos à ſiniſtris collocauerit,
Matthei. 25. eos ad ſupplicium ignis æterni condemnabit, quos autem
à dextris poſuerit,eos ire iubebit in regnum ſuum cœleſte.
Propterea & in proſa canitur illud:Iudex cum veneris iu-
dicare ſeculum,da nobis ; queſumus ſẽpiternam requiem
in ſanctorum gloria.Sic ergo gaudio,quod ex Aſcenſione
Chriſti capimus,quæ nos in ſpem erigit,futurum vt ipſi q̃-
Hebreo. 10. q; ſimus vbi caput noſtrum ẽ,miſcere voluit Eccleſia ſol-
licitudinem,quam ſimul nobis adfert expectatio terribilis
illius iudicij,quo & hunc articulũ qui extremus ẽ de Chri-
ſto ne ignorare poſſemus: Cuius etiam cõmonefacit nos
ſecunda dominica Aduentus.Nam cũ in prima nos ama-
bilis

bilis illius admonuiſſet,quo venit manſuetus,non vt per= Lucę. 9
deret animas hominũ,ſed vt ſaluaret,non vt iudicaret mũ Zachariæ.9.
dum,ſed vt mundus per ipſum ſaluus fieret:In ſecunda do Io. 3.
minica meminit illius aduentus horrendi,quo qui diuitias Romano. 2.
bonitatis eius contempſerunt,quem recipere redemptorẽ
noluerunt,eum ſeuerum & in exorabilem iudicem experi=
entur.Atq; ita nõ tam ſcribendo aut predicando,quam o=
culis quaſi rem ſubijciendo per certorum dierum obſerua
tiones,abſoluit omnia mater Eccleſia,quæ de Chriſto cre=
dere neceſſarium eſt ad ſalutem.

## DE SPIRITV SANCTO DEQVE Trinitate. Cap. VIII.

SED nec eum articulum prætereundum pu=
tauit,quò nos in ſpiritum quoq; ſanctum cre=
dere profitemur. Nã & is quẽadmodũ dudũ
promiſſus Apoſtolis,tandem ſit miſſus,quĩquageſimo die
poſtquam Chriſtus reſurrexit,feſtiua ſolẽnitate, magnaq;
cunctorum hilaritate repræſentat. Tunc iudicãs illud im=
pletum eſſe,quòd à Propheta dictum eſt de Chriſto.Aſcẽ= Pſalmo. 67.
dens in altum,captiuam duxit captiuitatẽ,dedit dona ho= Ephe. 4.
minibus.Quoniam verò & illud credere neceſſariũ eſt ei,
qui ſaluus eſſe velit,tres perſonas vnum eſſe Deũ.ſanctiſsi
mę quoq; Trinitati feſtum diem dicauit:quo nõ ſolũ admo
neri populus eius rei,verumetiã è ſuperiori loco doceri poſ
ſet,Rectè aũt octauo die poſt, quàm ſpiritus ſanctus eſſe

miſſus recolitur,feſtum hoc inſtituit.Nam antequàm da-
tus eſſet ſpiritus ſanctus,confeſsio trinitatis celebrata non
eſt,quod ſine dono ſancti ſpiritus fides illius haberi nõ po
teſt.Quamuis ſanctos Patriarchas & Prophetas ſpiritu ſã
cto afflatos,non omnino latuiſſe myſterium hoc Trinita-
tis,è multis ſcripturæ locis manifeſtum eſt.Quò magis aũt
illud imprimeretur mentibus hominum,ita vt elabi facilè
nõ poſsit,inſtituit fideles Eccleſia iam inde à pueris, ſimul
vt eſſent ſomno expergefacti,vt ſurgentes è lecto, ſe cruce
ſignarent,ac verba hæc proferrent:In nomine patris,& filij
& ſpiritus ſancti,quod ipſum ſimiliter facerent cubitũ eun
tes.Cum dicerent in nomine,non aũt in nominibus, admo
nerentur vnius Dei,qui quamuis trinus in perſõis,vnus tñ
eſt in ſubſtantia:ſimul & eius rei commonefierent,quòd ſa
lutem noſtram,quæ crucis beneficio nobis obtigit,tota tri-
*Ioannis.* 18. nitas eſt operata.Nam inſeparabilia ſunt opera trinitatis,
pater filio ſicut ipſe filius teſtatur,calicem paſsionis dedit
*Ioannis.* 10. & ipſe filius animæ ſuæ in poteſtate ſua propinauit, ſicut
*Eſaiæ.* 53. ipſe ait:poteſtatem habeo ponendi animam meam, obla-
tus eſt enim,quia ipſe voluit:Et ſpiritus ſanctus illi propi-
*Hebreo.* 9. nari fecit.Apoſtolo teſte, q̃ dicit quòd Chriſtus per ſpiri-
tũ ſanctũ ſemetipſũ obtulit immaculatũ Deo: Hæc eſt fi-
des catholica,quam vt paulo ante diximus non ſcribendo
neq; predicando modo,verumetiam annũ vertentem ita
diſtribuendo,dies vt certi conſtituerentur,quibus quaſi or
dine ſinguli articuli eorum præcipue,quæ de Chriſto co-
gnoſcẽda ſunt,non tam auribus,quam oculis fidelium ex-
ponerentur.Sitiens noſtræ ſalutis mater Eccleſia, nos fide

liter

liter docere ſemper eſt conata, quòd in eo ſalutē noſtram agi ſciret.

## QVOD DICTVM APOSTOLI, DIES obſeruatis & Menſes, nihil aduerſatur obſeruationi dierum, quæ fit in Eccleſia. Caput. IX.

NE q̄ꝫ verò defuerunt, qui ſanctæ matris noſtrę ſanctum hoc inſtitutū reprehenderēt, quòd iudaicas quaſdam obſeruationes āplexos eſſe fideles dicerent. Obiectum eſt etiā ante mille ducentos annos, quod nūc ab ĳs, qui pridem ſopitas hęreſes ſuſcitauerunt, obĳci nobis audimus, dies obſeruatis & menſes, & tēpora, & annos. Sed ĳs iam pridē ꝑ ætatem, & ab Epiphanio gręco, & ab Hieronymo latino ita reſponſum eſt, ſatis vt eſſe confutati videantur. Neq̄ꝫ enim exiſtimādum eſt, ignoraſſe matrem Eccleſiam, vel nunc etiam ignorare, q̄d omnes dies æquales ſint, quodq̄ꝫ non die Paraſcęues crucifigitur, neq̄ꝫ die dominico reſurrgit Chriſtus, quodq̄ꝫ nullus dies atq̄ꝫ adeo nulla ſit hora, qua non recte paſsionis illius & reſurrectionis, ac aliorum quorumcumq̄ꝫ beneficiorum fiat recordatio. Quamobrem receptus Eccleſię mos, quod ſingulis Chriſti beneficĳs recolendis certos dies inſtituit, nihil habet cum iudeorum ſuperſtitione communi: Nam illis non eſt fas quouis tempore ieiunare, agnum imolare, Pentecoſten agere, tabernacula figere: nobis verò quotidie

*Galla. 4*
*Li. 3. contra Aerium hereſi 75.*

ieiunare,quottidiè agnum immaculatũ & offerre Deo
patri,& oblatum manducare, quotidiè licet ſimul omnia
Chriſti beneficia repreſentare.Quoniam verò ſęculi curis
nimio plus pleriq; omnes immerſi ſumus,neq; aut oratio-
nibus.aut gratiarum actionibus,Deiq; beneficijs recolen-
dis perindè vt oporteret vacamus,quid faceret ſitiens no-
ſtræ ſalutis mater Eccleſia? permitteret nè tantorũ Chriſti
beneficiorum interire memoriam? quæ quamuis prædicẽt
Matt. 13 è ſuperiore ſæpe loco,tamen verbi Dei ſemen, à ſpinis non
raro ſuffocatur:Non potuerunt hoc ferre plena charitatis
illius erga nos viſcera,cum præſertim ſalutem in eo noſtrã
agi videret.Cum itaq; cerneret,adduci nõ poſſe liberos ſu
os,vt quotidiè ieiunarent,quotidiè orarent, quotidiè Chri-
ſti corporis & ſanguinis communionem perciperent, ac in
iugi beneficiorum eius meditatiõe verſarẽt,fecit illa Deo
& piorum omniũ conſenſu approbãte, fecit autem ſancti
ſpiritus docta magiſterio,certos vt dies inſtitueret,qui prę
cæteris tantorum commemoratione beneficiorum eſſent
inſignes,quibus ad officium fideles reuocarentur,ac mune
re ſuo curis alijs vacui diligentius fungerentur: non aliud
ſpectans hac dierum præſcriptione, quàm vt & admonerẽ
tur eorum,quæ Deus pro ſua ineffabili bonitate, tam ple-
na manu conferre dignatus eſt,& ſepoſitum tamen tẽpus
aliquod haberent,quo diligentius eorum contemplationi
1.Corinti. 9. vacare liceret.Sic illa,à Paulo edocta,omnibus omnia fa-
cta eſt,vt omnes lucrifaceret,& qui non poſſent adhuc ſo-
Hebreo. 5. lidum cibum capere,quòd is perfectorum eſt, eos minimè
1.Corintio. 3 negligendos,verum tanquam paruulis lac potum dandũ
eſſe

eſſe putauit. Quò manifeſtius autem fiat omnibus, quòd Eccleſia nullum nouit dierum diſcrimen, vel ex tremendo ſacrificio, quam miſſam vocamus, cuiuis id colligere lice=bit, in qua natiuitatis, paſſionis, mortis, reſurrectionis, in cælum aſcenſionis, & ſpũsſancti miſsionis beneficia, nullo nõ die ſimul omnia celebrantur, per totum terrarum orbem, quàm late patet chriſtiana religio, nulla prorſus varietate. Etſi enim verba mutari videmus, idq; in ĳs tãtum, quibus ad ſacrificium hoc mentes præparantur, cuius generis ſũt Introitus, Collectæ, Epiſtola, Graduale, Euangelium, Of=ferenda, Communio, ſignificationes tamen manent eædẽ: Quæ verò liturgiæ potiſsima pars eſt, & in quò vis tota cõſiſtit, Canon, idem perpetuo legitur: vbi ad eundem ſemp modum præcipuorum Chriſti beneficiorum ſimul omniũ ſit commemoratio, nihil vt ab Euangelio miſſa differre videatur, quin ipſum potius Euangelium & breuis quædam credendorum omnium non tam explicatio, quam quaſi ſub oculos ſubiectio, ac fidelium ad recolendum præcipuè paſsionis illud immenſum beneficium ſit excitatio. Quòd ita repręſentatur in hoc ſacro, vt rectè à Cypriano dictum ſit, paſsionem eſſe Domini, ſacrificium quòd offerimus. Ex ĳs itaq;, quæ peraguntur in hoc ſacro, facile cuiuis perſpicuum eſſe poteſt, quod quotidię Chriſti natalẽ, quotidię Pa=raſceuen, quotidię Paſcha, quotidie in cœlum aſcenſionẽ, quotidiè Pentecoſten celebrat Eccleſia. Sed quoniam hæc non ita attenduntur ab omnibus, rudioribus præſertim, q minores etiam vocantur, ad eorum quoq; captum, cõmu=nis noſtra mater Eccleſia demittere ſe dignata eſt, certis di

Lib. 2. Epi. 3

ebus inſtituendis, quibus eorum attentionē excitaret, Quare nihil eſt, quod nobis Iudaiſmum quiſquam obijciat, qui nō aliud hac dierū obſeruatiōe, quā Chriſti beneficiorū cōſeruare memoriam, & ea rudibus etiam inculcare conamr nemo vt ſit, qui ignorantiā prætendere queat.

## QVOMODO PRECIPVE CHRISTI paſsionis beneficia varijs modis Eccleſia rudibus inculcare conata eſt, ac primum de ſigno Crucis. Caput. X.

NEq; verò finibus ijs circumſcripta fuit anxiæ de ſalute noſtra matris Eccleſiæ cura et ſollicitudo non contenta fuit ſcriptis conſignaſſe, verbis prædicaſſe, certis diebus inſtituendis inculcaſſe, quæ de Chriſto credenda ſunt, maxime verò quæ ſumma credendorum eſt omnium, ineffabile Chriſti paſsionis myſteriū, etiam ſignis id repreſentare velint oculis fidelium, vt nemo tam eſſet rudis, quin illud cognoſcere poſſet. Hinc eſt ille cruce ſignandi mos, qui ab ipſis etiam apoſtolorum tēporibus inicium ſumpſiſſe videtur, quibus qui fuit magis vicinus Tertulianus ad omnē, inquit progreſſum atq; promotum, ad omnem aditum & exitum, ad veſtitum & calceatum, ad lauacra, ad mēſas, ad lumina, ad cubilia, ad ſedilia, quecunq; nos conuerſatio exercet, frontem crucis ſignaculo terimus. Quoties terror aliquis aut periculum imminet, toties hoc ſigno vtimur, neq; nobis alio confugiendum

*Tertulianus de corona militis.*

dum eſſe putamus, quam ad crucem domini noſtri IESV Chriſti, per quam ille cum deuicerit huius mundi principē ac tenebrarum harū, in ea certiſsimum eſſe nobis præſidi=um conſtitutum firmiter credimus: ipſa enim vt eſt apud Chryſoſtomum, diaboli plaga, demonum frenum, & cha=mus eſt contrariarum virtutum. Itaq; fugiunt hoc ſignum demones, timentes baculum, quo plagam acceperunt: qđ ſuo q̃q; periculo didicit aliqñ, quãuis à Chriſtiana fide iam defeciſſet. Iuliauus imperator poſteaq̃ ſpecu quendam in greſſus ad hoc ſignum confugerat. Per hoc ſignum perfici untur omnia, quæ pertinent ad ſalutem noſtram, cum re=generamur, Chriſti crux adeſt, cum ſacratiſsimo cibo refi=cimur, cum ſacros ordines ſuſcipimus, in omnibus deniq; ſacramentis maximus eſt crucis vſus. Hoc ſigno benedici tur & ſanctificatur omnis creatura, indicium vt ſit, quòd non aliunde, quàm à cruce domini noſtri IESV Chriſti ſanctificatio ſit: qui per eam factus ipſe pro nobis maledi=ctum, nos à legis maledicto redemit. Compendium autē fidei noſtræ totius, in ipſa nos cruce ſignandi ratione vide re licet. Signum crucis tribus digitis exprimendum eſſe do cet Innocentius, ad ſignificandum trinitatis myſteriū. Qđ etiam non tacuiſſe videtur propheta cum dixit: Quis ap=pendit tribus digitis molem terræ? Ducitur autem primū à vertice capitis ſiue frontis vſq; ad vmbilicum, vt indicet de ſummo cœlo egreſſum in viſcera matris deſcendiſſe, at=q; ex puriſsimis illius ſanguinibus carnem noſtram ſuſce=piſſe: Deindè à ſiniſtro brachio ad dextrū; vbi cauſa ſimul incarnationis exprimitur. Nam propterea deſcendit de cę

*In libro ad=uerſus genti=les quod Chri ſtus eſt Deus.*

*Chriſo. Homi lia 55. in Ma theum.*

*Vide Grego=rium Nazã. in priore con tra Iulianum apoſtatam o=ratione.*

*Gala. 3.*

*Li. 2. Ca. 44. de altaris Sa cramento.*

*Eſaie. 40.*

 lo in

Hiere. 12. lo in terram, propterea reliquit domum ſuam, dimiſit hæ-
reditatem ſuam, dedit dilectam animam ſuam in manus i-
nimicorum ſuorum, vt nos qui eramus à ſiniſtris inter hæ-
dos collocandi, transferret ad dexteram inter oues ſuas
Mathe. 25. vbi vocem illam deſyderatam audire nobis liceret, venite
benedicti patris mei, poſsidete paratum vobis regnum à
conſtitutione mundi. Ecce quanta fidei noſtrę myſteria, v-
nica ſignandi nos cruce forma, nos mater Eccleſia docuit,
vt ſi nihil præterea ſciret rudis homo, qui ſatis aſſequi cæte
ra non poſsit, vel hoc propemodum ad ſalutem illi ſuffice
cere queat. Hic incarnatio, hic paſsio Chriſti, hic cauſa paſ
ſionis, hic ſimul extremum illud iudicium, vnica ſignatio-
ne crucis exprimitur.

## DE CRVCIFIXI SIMVLACHRO. Caput. XI.

AD hunc ſignandi nos cruce morem adiecta
pręterea ſũt Chriſti crucifixi ſimulachra, quæ
præferuntur quoties fiunt ſupplicationes,
quas proceſsiones vulgo vocant, vna cum vexillis, quę ſũt
Chriſti triumphantis, & in cœlum ſcandentis inſignia, in
quibus & ipſis Chriſtus ferè depingitur ſiue ſculpitur cru-
ci affixus. Præferuntur aũt hæc ideo, vt indicetur nobis at-
q; ante oculos noſtros ponatur, in quo gloriari, in quo ſpẽ
noſtram habere nos defixam oportet. Per crucis enim ve-
xillũ fortior armatus dominus noſter Ieſus Chriſtus mor-
te mortem ſuperauit, & effractis inferorum portis aditum
in cœlos pijs omnibus patefecit. Abſit igitur nobis gloria-

ri ni-

ri niſi in cruce domini noſtri IESV Chriſti:abſit in alio Galat. 6.
quoquam fiduciam noſtram collocare,quàm in hac, quæ
ſalus eſt & redemptio noſtra.Nam quæ poteſt maior eſſe
nobis gloriandi materia?quàm quod rex ille regum & do Apoca. 19.
minus dominantium,cui donatum eſt nomen,quod eſt ſu Philip. 2.
per omne nomen,vt in nomine IESV omne genu flecta
tur,cœleſtium,terreſtrium,& infernorum,quod ille Dei fi-
lius Deus ipſe,relicto excelſo ſolio regni ſui cœleſtis,digna
tus eſt,in hanc lachrymarum vallem deſcēdere, & eouſq;
ſe deijcere,vt ſerui ſpeciem in ſe ſuſciperet, & quidem ſerui
nocentis,cum ipſa eſſet innocentia,dignatus eſt ceu facino
roſus aliquis,capi,alligari,flagris cedi,conſpui,probris in-
numeris affici,dignatus eſt,quod vnum omnium & pro-
broſiſsimū fuit & atrociſsimū ſupplicij genus, morte cru-
cis ad extremum condemnari:dignatus autē eſt hæc om-
nia tam dura perferre propter nos, qui ſerui, qui peccato- Roma. 5.
res,qui inimici,qui impij eramus,oblitus ſuę dignitatis,ne-
q; noſtræ memor indignitatis,dignatus eſt adeò nos dili-
gere,vt ſemetipſū traderet pro nobis.Nunquid hæc non ē Ephe. 5.
iuſtiſsima gloriandi cauſa?Serui cum ab heris laudantur,
qui tamen eiuſdem naturæ, ex eodem luto confícti, iiſdē
ſunt fortūe caſibus obnoxij,placēt ſibi tñ vehementer hoc
nomie nos nē multo magis nobis placebimus:non multo
magis de eo gloriabimur, qđ ille dominus,qui ſolus ē ve
rus Deus,quem laudant angeli,adorant dominatiōes,tre-
munt poteſtates,non eſt dedignatus noſtra cauſa noſtrā
carnē indutus,horrendos in ea ſuſtinere cruciatus: Ad ex-
tremum verò,morte turpiſsima condēnatus,p crucis cru-
dele

dele ſupplicium vitam pro nobis profundere? Quis hoc a=
micus amici cauſa faceret? quis pater propter vnigenitum
filiũ tanta pateretur? quanta dñs pro ſeruis pati dignatus
eſt. Quam autem aliam ob cauſam? niſi vt è ſeruis liberos,
ex inimicis Dei, filios Dei redderet, filios quidem Dei
*Romano.* 8 patris, fratres autem ſuos, hæredes Dei patris cohæredes
autem ſuos: Nulla poteſt eſſe mundi tanta gloria, quæ
cum hac vel minima in parte cõparari queat. Eſt ergò qđ
gloriemur in cruce domini noſtri IESV Chriſti: ẽ quòd
firmã præterea ſpẽ & fiduciã collocemus. Quid enĩ nõ cer=
tò nobis de tã benefici tãq; indulgentis, non dñi, ſed plusq̃
patris miſericordia polliceri poſſumus & debemus, quid il
le non dabit petentibus, qui ſemet tradidit in mortẽ? Quid
eſt quod negare queat rogatus, qui tot & tanta beneficia
contullit vltro, non modo non rogatus verũ etiã grauiſſi=
mis iniurijs multũ prouocatus? Hæc eſt itaq; cauſa, quã=
obrem in ſupplicationibus ſiue proceſſionibus crux præ=
fertur, vt in illa gloriari nos, in illa ſpem noſtrã omnẽ defi=
xam habere, illius fiducia nihil non à Deo petentes impe=
trare poſſe palã eſſe omnibus faciamus. Neq; vero præfer
ri tantũ crucem inſtituit Eccleſia, verũ & in medio tẽpli cu
iuſq;, in eminentiori loco, vt ab omnibus conſpici poſſit,
Chriſti crucifixi ſtatuã erexit, quo ſicut in ſerpentem æneũ,
*Numer.* 21 quem in deſerto Moyſes exaltauerat, qui morſi à ſerpenti=
bus intuebantur ſanabãtur, ſic qui vellent à morſibus pec=
catorum ſanari, quos intulit ſerpens diabolus, in eum intu
erentur, qui pro nobis in cruce pendens mori dignatus eſt,
certa cũ ſpe, remiſſionis peccatorum illius merito conſe=

quendę

quendæ.Ac non in templis modo verum in vijs etiam &
compitis Chriſti crucifixi ſignũ iſtud erigendum putauit.
Fuit hoc priſcis illis temporibus apud nonnullos in more
poſitũ,priuſquã ad agnitionem veri Dei perueniſſent, vt
Mercurij ſtatuas in vijs collocarent,quòd hunc deum iti=
neribus præeſſe perſuaſum haberent.Poſteaquam verò de
pulſis errorũ tenebris,Euangelij noua lux affulſit,deiectæ
ſunt ſtatuæ Mercuriales,quæ viarum iudices fuerant,& e=
arum in locum erectæ ſunt ſtatue Chriſti crucifixi, vt ne
viatores quidem aliud agentes,tanti beneficij poſſent ob=
liuiſci: Qui ſimuletiã obiter admonebãtur, quandoquidẽ
aduenę ſumus omnes et peregrini,neq; manentẽ hic habe= *I. Petri. 2.*
mus ciuitatem,ſed futuram inquirimus,cœleſtem illã Hie *Hebreo. 13.*
ruſalem,quàm ingredi viam oporteret ad eam anhelanti= *Ioannis. 14.*
bus.Via enim noſtra Chriſtus eſt,is qui dixit:Ego ſum via
veritas, & vita.Huius veſtigijs icedamus neceſſe eſt, ſi vo
lumus ad cæleſtẽ patriã peruenire,ad quã niſi per crucem *Mathe. 10*
aditus non patet,ipſo etiam IESV Chriſto atteſtante,qui
dixit:Qui nõ actipit crucẽ ſuã & ſeqt̃ me,nõ eſt me dignus.
Sic igitur & ingredientũ & egrediẽtiũ templũ,& in viam
ſe dantiũ oculis Chriſti crucifixi ſimulachrũ obiectũ ſęp
eſſe voluit Eccleſia,multòmaxime verò eorũ qui ex huius
vitæ diuerſorio æternam illã in domũ migraturi præcæte/
ris conſolationis plurimum indigent,quo ſuæ redemptio=
nis preciũ agnoſcerẽt,ac tanto ęquiore animo corpus mor
tis huius relinquerent,indubitata ſpe,ſe cœleſtis patris he=
redes futuros,cui per Chriſtum cruci affixum abundè ꝓ
peccatis omnibus eſt ſatisfactum.Quod in ijs maiore etiã

cura obſeruari voluit,qui propter ſcelus aliquod patratū
ad extremum ſuplicium ducerentur:Quorum quo magis
perterritas eſſe conſcientias oportet,hoc maiore ſtudio ſol
licita de ſalute eorum mater Eccleſia,ſuccurrendum eis eſ
ſe duxit,ne magnitudine flagitiorum deterriti,conſequen=
dæ veniæ ſpem abijcerent.Eius itaq; factum eſt inſtitutiõe
vt cum ad ſuplicij locum ſontes ducerentur, ſacerdos eos
comitaretur,Chriſti crucifixi ſignum præferret, plectẽdo=
rum oculis illud ingereret,atq; in cruce domini noſtri IE=
SV Chriſti ſpem ſuam omnem eos collocare iuberet, de
qua cantat Eccleſia:O crux aue ſpes vnica.Crux enim eſt
meritum noſtrum,crux eſt refugiū noſtrum, crux eſt vita,
ſalus,& reſurrectio noſtra. Quamobrem hortat᷑ ſacerdos
ad mortis ſupplicium condemnatos,quandoquidem ſua
non poſſunt,vt Chriſti crucifixi merita ad Deum patrem
allegent.Quid eſt enim omne meritum cuiuſcunq; homi=
nis,niſi miſeratio domini?Quamobrem ne ſe crederent in=
opes eſſe meritorum, quãdiu miſerationum ille dominus
non defuerit,cuius ſi multæ ſunt miſericordiæ, multa etiã
2. Regum 24. eſſe merita ſua confiderent,quæ non aliunde,quàm ex ſola
Dei pendent miſericordia.Illius ergo ſatisfactioni innite=
rentur,illius paſſionem,crucem,& mortem,Deo Patri an=
te oculos proponerent,cuius vel vna gutta ſanguinis ad
abluẽda totius orbis peccata cumulato ſatisfecit.Propter=
ea damnatus eſt ille,vt liberaret damnatos:propterea do
*Eſaiæ.* 53. luit,vt ſanaret infirmos,propterea timuit, vt ſecuros face=
*Matt.* 27. ret,propterea deputatus eſt inter latrones, quorum alter
*Lucæ.* 23. aſſumptus,alter eſt reprobatus,vt exemplum & forma da

retur

daretur indiſſolubilis manens in poſteros, quia nec in vlti-
mis Dei clementia pœnitentes excludit, nec vlla hora ſera
eſt, cui compunctio diſtricta occurrit, nec eos, qui vitæ ſuæ Naum. I.
quocunq; temporis articulo veri ſunt iudices, iterum iudi
cari, Neq; enim bis in idipſum Deus iudicat, cum & Pau- I.Corint. II
lus dicat: Quòd ſi nos ipſos iudiceremus, non vtiq; iudica
remur. Impœnitentes itaq; Deus iudicat & damnat, pœni
tentes vero quia ſuſcipit, à ſeipſis iudicatos abſoluit. Neq;
iudicio, quod humanæ pœnitentiæ ſeueritas protulit, aliqd
iuſtitia cœleſtis apponit. Iudicati ſunt Aegiptij, cum rede- Exodi. 14.
untibus ſuper ſe maris fluctibus inuoluerentur: Iudicati ſo Gene. 19.
domitæ, cum ſubuerſis vrbibus eorum ſulfureis flāmis cre
marentur: Sed ſi in eiſdem ſubuerſionibus gemerēt pœni-
tentes, temporali pœne non ſuccederet ęterna, ſed eſſet illis
ꝓ remedio ſupplicium, & pro abſolutione tormentū, neq;
corde contritos æternum contereret & aggrauaret iudiciū
Sic in cruce latro cōfitens nō tantū indulgentiā meruit, ſed
etiam Chriſti familiaris effectus, præmiſſus eſt in paradi-
ſum & regni factus eſt particeps. Ad hunc modū etiā eos,
quorum omnis vita in omni flagitiorum genere volu-
tata ē, noluit mater eccleſia de peccatis ſuis deſperare, ſed
concepto de illis iuſto dolore, ad Chriſti crucis remedi-
um confugere, atq; indè ſalutem expectare iuſſit, nullū vt
genus hominum iuerit, cui non maxime cum alia omnia,
tum hoc præſertim crucis & mortis Chriſti beneficium ſit
manifeſtare conata.

## QVOMODO SACERDOTES ET EPIS copos ad contemplandum perpetuo crucis & mortis

## Chriſti beneficium excitare mater Eccleſia conata eſt, Cap. XII.

QVod quoniam populo frequenter īculcare ꝓ
prium,ſacerdotum eſt munus,hos vero non
alia in re dies noctesqȝ,quam in eius aſsidua
meditatione verſari voluit, ex eo natę ſunt preces,quas vo
Pſal. 118. cant horas canonicas,vt ſepties in die laudem Deo dice-
1.Theſalo. 5. rent ſacerdotes,quo ſic implerent illud quod ab Apoſto-
lo ſcriptum eſt,ſine intermiſsione orate,ſimul illius immẽſi
Chriſti beneficij recordarentur per vulgo notos omnibus
rithmos:Patris ſapiẽtia veritas diuina:Quid matutina:qd
prima:quid tercia,quid ſexta,quid nona,quid veſpertina:
quid hora completorij de Chriſto factum ſit, per ſingula
ſuppliciorum genera,cum grati animi ſignificatione reco-
lentes,omnæ vt vitæ ſuæ tempus in hac vna cogitatiõe tra
ducere ſacerdotes voluerit,Porrò quoties miſſæ peragunt
ſanctum ſacrificium,tũ vero ſicut antea mentio facta eſt,
quicquid eſt in Euangelio,quod ſcire omnium intereſt ad
ſalutem,id non verbis explicant modo, verum & habitu,
& geſtu,& ſignis,& ceremonijs ſub aſpectum populi ſubij
ciunt: illud præ cæteris inenarrabile paſsi, crucifixi, mor-
tui Chriſti beneficium,non auribus magis,quàm oculis ho
minum inculcantes. Inde ſigna crucis tam crebra,cum ſin
gulæ cruces ſingula tormentorum genera deſignant, quæ
propter nos nocentes,innocens agnus ille, cuius ſanguine
redempti ſumus perferre dignatus eſt. Iam ad quorum of
Hebre. 5. ficium pertinet non modo ſacrificium offerre pro populo,
verumetiam

verumetiam ſacrificantibus præeſſe,& eos gubernare,atq;
vniuerſo gregi attendere,cuius generis ſunt Epiſcopi, ne-
quaq̃ ſatis illis eſſe iudicauit,vel cum ſacris operarẽtur,vel
cum precum ſuarum penſum abſoluerent, Chriſti crucis
meminiſſe,quin punctum temporis nullum propè preter-
mitti voluit,precipuè quoties domo prodeũdum eis foret,
quo crucis beneficium non recolerẽt:Hinc ille mos,quòd
pendentem de collo crucem geſtant Epiſcopi,nõ ob id mo
do,ne parum aliquando ſint memores beneficij per crucẽ
acłepti,verumetiam vt admonerentur,quò crucifixi veſti
gijs incedant,vt ſicut ille vere bonus paſtor poſuit animã Ioannis. 10.
ſuam pro ouibus ſuis,ita & ipſi à bono paſtore paſtores o-
uium eius conſtituti,ne dubitarent,ſi res ita ferret, exẽplo I. Ioannis. 3.
domini ſui ponere animas ſuas pro ouibus ſuis,& quamli-
bet acerba ſupplicia,in ipſius præſidio fiducia collocata ſu
ſtinere.Hoc enim eſt quod à ſuis exigit Chriſtus, cum tol- Matthei. 16.
lere crucem ſuam iubet,qui ſequi ſe vult. Quinetiam quò
ſe cunctis crucis eſſe miniſtros declarent,cum alias,tũ præ
cipue quoties primum in ſuæ dioceſeos ciuitates ingrediã-
tur,cruce ſignant obuios quoſq;,maioreq; ſolennitate qua
dam,idq; magis cum ſacris operantur,ſigno crucis benedi
cunt hominibus,ſimul illud in memoriam eis reuocantes,
quòd per crucem peccatorum remiſsio nobis obtẽta, neq;
fructus huius tanti beneficij niſi per crucis memòriam,pq;
fiduciam in illa collocatam ad nos redundare queat.Cęte
rum Archiepiſcopo vltra crucem de collo pendẽtem,prę-
fertur etiam crux,quoties in publicum prodit, quo nunq̃
non ante oculos ipſius verſetur, vt quemadmodum prin-
 ceps eſt

ceps eſt Epiſcoporum, ita ſe principem eſſe debere meminerit ad queuis adeũda pericula pro fide & Eccleſia Chriſti, proq; ſalute concrediti ſibi gregis conſeruanda. Quin et ad mortẽ ipſam, ſi qua id neceſsitas poſtulet, oppetendã. Potuit ne amplius aliquid facere mater Eccleſia, quã qđ fecit, ad mediatoris fidem illuſtrandam, & quãmaxime ꝓpagandam, atq; ad redemptionis noſtræ myſterium non auribus modo, verum & oculis fidelium ingerendũ: Quòd tantò ſtudio feciſſe videtur, vt ſi qui ratione aut memoria comprehendere non poſsent, vel oculis aſpicere, ac modo non manibus eis contrectare liceret. Adeò ſe demiſit ad captum omnium, vt ne quem laterent ea, ſine quorum fide ſaluus eſſe nemo poteſt: Non illa ſcriptis modo, non viua voce tantum è ſuperiore templi loco, verum & certis diebus inſtituendis, & ſignis & imaginibus, & habitu, & geſtu & varijs ceremonijs, & quaſcunq; vias & rationes ad eam rem accommodatas diuini numinis afflatu excogitare potuit, omnibus ijs in mentibus fidelium imprimere conata ẽ cum alia omnia quæ in ſymbolo continentur, quæ breuis ẽ credendorum collectio, tũ præcipue mediatorẽ Dei & hominum IESVM Chriſtum, & hunc crucifixum: vt ex illo penderent omnes. in illo proram, quod aiunt, & puppim ſuæ ſalutis collocarent.

## QVOD FALSO QVIDAM HOC AEVO noſtro calumniantur Eccleſiam de obſcuratis Chriſti beneficijs, cum per ipſos potius obſcurentur, & omnis eorum memoria extinguatur.

cap.

## Caput. XIII.

ET ſunt interea filij deſertores, qui ab omni Eſaiæ. 30.
pietate alieni, ab omni veritate remoti, perfri
cta, quod dicunt, fronte, omni pudore prorſus abſterſo, matrem ſuam audent inſimulare, quod parum in ijs, quæ ad ſalutem noſtram pertinent, docendis, officio ſuo functa fuerit: Comminiſcuntur homines audaces & impudentes, quod iam inde à quadringentis & amplius annis, ignotus orbi Chriſtiano Dei & hominũ mediator Chriſtus, quòd eius beneficia obſcurata, qđ Euangelium abſconſum, quòd quiduis aliud potius, quã Chriſtus in Eccleſia fuerit annunciatus. Verum ijs tandẽ triginta annis per ipſos mentibus hominum Euangelij noua lux affulſerit. Quæ eſt, ſi non hæc eſt ſumma impudentia, atq; vna omniũ grauiſsima minimeq; ferenda calumnia? Legantur theologorum libri, qui ſunt his quadringentis annis conſcripti, reperire licebit, quod non aliam plæriq; theologiæ materiam eſſe voluerint, quam reparationẽ hominis lapſi per Chriſtum ſeruatorem. Notũ eſt aũt illud, quòd à Petro lombardo diligenter tractatur axioma, Li. 3. ſenten. diſtincti. 25.
quòd ſine fide mediatoris Chriſti nullus mortalium vel ãte legem, vel ſub lege, vel ſub tempore gratiæ ſaluus factus ſit, aut ſaluus aliquando fieri poſsit: In quo explicando ita verſantur ſancti doctores omnes, vt non aliunde ſalutem noſtram pendere doceant, quam ex cruce & morte Chriſti, quam niſi quis expreſſe crediderit, maximè poſt peractum iã in cruce redẽptionis noſtræ myſterium, niſi ſpẽ omnem

nem in ea defixam habuerit, eum ad vitam æternam peruenire non poſſe, cum tamen implicita mediatoris huius fides āte Chriſtum natū ad ſalutē ſuffecerit. Neq; vero ſcripta magis doctorū ætatis illius, impudens hoc eorū cōmētū refellunt, quàm ea, quæ in Eccleſia per id omne tēpus geſta eſſe, queq; geri adhuc videmus, quæ non ſemel iā cōmemorata, iterū atq; iterū repetenda ſunt, quo magis planū omnibus fieri poſsit, quàm falſo hæc à filijs deſertoribus Eccleſiæ impingantur. Quid enim, ita ſapienter annus ab ipſo ſpiritusſancto diſtributus, nullus vt ſit propemodū articulus fidei, cui non ſūma cū celebritate recolendo, dies aliquis ſit dicatus? quid ſigna? quid ſimulachra? q̄d habitus? quid geſtus ſacerdotū? præcipue ſacris operantiū? quid varij ritus & ceremoniæ? quid omnia illa, quæ geri cernimus in Eccleſia? quid ſibi volunt? quid? niſi quod modo non edita voce clamant, quod ſicut ſcriptis & ſermonibus, ita dierū obſeruationibus, ſignis, & omni ceremoniarū genere ni-
*1. Corintio. 2* hil aliud grādi cū fiducia prædicamus, nihil aliud ſcire nos iudicamus, quàm IESVM Chriſtum, & hunc crucifixū quòd in hoc ſolo, in ſolo paſsionis, crucis, & mortis eius merito ſpem omnem & fiduciā defigendā eſſe docemus. Hic eſt ſcopus, ad quē hæc omnia referuntur: Ex quo liquido perſpicueq; cognoſci poteſt, quòd licet non omnes fortaſ-
*1. Corintio. 3* ſis ex ijs, qui per quadringentos hos annos ſcripſerūt, aurū argentū, lapides precioſos, verū alij lignū etiā, & ſtipulam ædificauerint, tamen fundamentū ſuper quod ædificaue-
*1. Ioannis. 2.* runt, nemo poſuerit aliud, præter id quod poſitū eſt, quòd eſt Chriſtus IESVS, Dei & hominum mediator, qui factus eſt

tus eſt propiciatio pro peccatis noſtris nõ pro noſtris autẽ
tantum,ſed etiam totius mundi.Quod ſi vnquã alias, hoc
vel maximè tempore videtur mater Eccleſia verbis illis
recte conqueri poſſe,quæ leguntur in canticis.Filij matris Can. 1.
meæ pugnauerunt contra me,qui ſunt enim illi? qui ꝑ gra-
uem calumniam ab ea,quæ Chriſti corpus eſt, quamplu-
rimos auellere laborãt? qui ignorati Chriſti,neq; agniti E-
uangelij matrem Eccleſiam arguunt? qui nõ verentur etiã
horrendum idololatriæ crimen impingere? quinam alij?
quàm filij quondam eius,fratres non itapridem noſtri, re-
cte vt de illis dici poſsit,inimici hominis,domeſtici eius, & Micheæ. 7.
quod ab alio propheta ſcriptum eſt:Homo pacis meę,qui Pſalmo. 40.
edebat panes meos,magnificauit ſuper me ſupplantatio-
nem,quodq; apud eundem in alio pſalmò reperitur:Si ini Pſalmo. 54.
micus meus maledixiſſet mihi,ſuſtinuiſſem vtiq;,& ſi is q̃
oderat me,ſuper me maligna loquutus fuiſſet, abſcondiſ-
ſem me forſitan ab eo,tu vero homo vnanimis,dux meus,
& notus meus,qui ſimul mecum dulces capiebas cibos,in
domo Dei ambulauimus cum conſenſu.Ante triginta hos
annos ambulauimus cum conſenſu in illa domo Dei, in q̃ Pſalmo. 67.
non facit habitare Deus niſi vnanimes,fuit vna fides, vnũ Epheſ. 4.
baptiſma,terra fuit vnius labij, multitudinis credentium Gene. 11.
erat cor vnum,& anima vna.Ad quod faciendnm,iterum Actu. 4.
atq; iterum repetendo atq; obſecrando nos Paulus admo Philipẽ. 3.
net:Idipſum dicebamus,idipſum ſentiebamus,idem ſapie 1.Cor. 1.
bamus,vno ore honorificabamus omnes Deum & patrẽ Roma. 15.
domini noſtri IESV Chriſti.Sed non potuit ferre ſatha-
nas conſenſum hunc piorum,qui cum ſit mendax & men- Ioan. 8.

dacij pater, hæc tam apertè falſa de matre Eccleſia confin
xit, quòd alia ratione ſe gregem domini diſpergere poſſe
non videbat. Verum quid in eo ipſo loco ſubiungit ſcriptu
ra de ijs, qui conſenſum hunc piorum & vnanimitatē rum
punt? Veniat, inquit, mors ſuper illos, & deſcendant in in-
fernum viuentes, legimus hoc eueniſſe Chore, Dathan,
Abiron, qui ſchiſmatis authores facti, quoniam ſeorſim à
Moijſe ſacrificare volebāt, viui deſcenderunt in infernum
operti humo. Verum & ijs, qui noſtro hoc æuo ſegregaue-
runt ſemetipſos, idem propemodū hoc accidere videmus.
Etſi enim terra illis non dehiſcit, tamen quod eſt in prouer
bio, viui videnteſq; pereunt. Neq; enim illi non intelligunt
vana eſſe, de quibus Eccleſiam inſimulant, ſed ſtudio con-
*Eſaie.* 6 tentionis eò progrediuntur, vt videntes non videant, audi
*Matth.* 13 entes non audiant, neq; intelligant. Quin quod nobis im-
pingunt, id in reprobū dati ſenſum ipſi faciunt. Quæcunq;
enim ſpiritui ſancto per os eccleſiæ ſuæ ſtatuere viſum eſt,
ad illuſtrandam mediatoris Chriſti fidem, & ad eius bene
ficia omnibus inculcanda, hæc iſti prorſus euertere ſunt co
nati. Nam obſeruationem dierum, quæ non ex iudaica ſu-
pſticione inducta eſt, verum vt quorū mentes terrenis ad-
huc deſyderijs implicantur, & ſeculi curis impediunt̃, vel
ex interuallo tamen ad diuinorum beneficiorum contem
plationem reſpirēt ieiuniorumq; tempora, præcipuè ſex-
tæ feriæ, quando Chriſti paſsionis admonemur, & illi nos
quaſi compati velle declaramus, riſu & cachinnis omnia
proſequuntur. Porrò ſimulachra crucifixi, quæ terrori ſunt
dæmonibus, ne quid eſſet, quod eorum oculos offenderet,
quibuſcum

quibuſcũ nõ vnũ ſe ſalis modiũ comediſſe gloriantur, nõ e
vijs & compitis modo, verumetiam è templis ipſis eiecerũt
vt ne qua tanti beneficij memoria ſupereſſet, benedictio=
nũ vſum, quæ per ſignum crucis fiunt, quo nos per crucem
à maledicto liberatos palam facimus, habẽt ludibrio, neq;
ferre poſſunt, vt per verbum Dei ſigno crucis vlla creatu=
ra ſanctificetur. Penſum quoq; precum, quas horas canoni
cas vocant ſuſtulerunt, & quæ res in terris eſt vna omniũ
ſacratiſsima, maximè venerandum illud ſacrificium, quod
miſsam vocamus, vbi ſũma cũ pietate ſimul omnia Chri=
ſti beneficia recoluntur, & ſub aſpectum eorum, qui inter=
ſunt, fidelium ſubijciuntur, diabolo ſuggerente, quòd ipſi
apertè profitentur & præſeferunt, abrogarunt, neq; metu=
unt idololatrã pronunciare, ſi quis ei ſacrificio quod in ara
crucis pro nobis Chriſtus obtulit, cuius in miſſa memoria
quædam fit & repræſentatio, remiſsionem peccatorum ac
ceptam ferat, ac vt fructum illius ad ſe redũdare faciat de
um patrem per ipſum, qui pro nobis factus eſt ſacrificium
filium deprecetur. Adeò quicquid ad crucem pertinet, id
eorũ oculi ferre non poſſunt. Neq; mirum, cum non aliud
ſit ſcutum, in quo maligni ſagittas extinguere liceat, præter Epheſ. 6.
ſignum crucis: quo cum ſemel victi ſint, per eum qui pro
nobis in cruce pependit, horrent illud dæmones, & eo viſo
ſtatim in fugam conuertunt, quorũ inſtinctu fieri ab iſtis
hæc omnia, vt euacuetur crux Chriſti, manifeſtius eſt, quã
vt dubitari queat. Hic homo Chriſtianus expendat ipſe
atq; inter ſe tacitus conferat, quæ tot ſeculis ab eccleſia fac
ta ſunt, vt non ſcriptis & ſermonibus modo, verumetiã di=

erum obſeruationibus,ſignis,imaginibus,geſtu,habitu,va=rioq; ritu & ceremonijs,Chriſti beneficia quamlibet etiam rudium pectoribus imprimerentur,atq; ea quæ credere neceſſe eſt ad ſalutem,quaſi præmanſus ori cibus inſererent? Quæ contra facta ſint hoc infœlici æuo noſtro,ad illa omnia ſubuertenda,& eorum memoriam ex animis hominũ prorſus euellendam,non modo falſa eſſe intelliget, quæ tã impudenter iſti de Eccleſia commenti ſunt,verum in eos=ipſos multo verius retorqueri poſſe cognoſcet. Sed nos querimoniam hanc miſſam faciamus,et eò,vnde deflexit oratio,redeamus.Hoc igitur conſtitutum iam ſit, quod à matre nr̃a Eccleſia docti ſumus,vnum eſſe mediatorẽ Dei & hominum,hominem IESVM Chriſtum, extra cuius fidem,neq; fuerit adhuc ſalutem quiſquam conſequutus, neq; conſequetur deinceps vnquam. Nam ſicut, qui præ=ceſserunt Chriſti paſsionem,non niſi per illius futuræ, ita qui ſequuti ſunt,non niſi per illius præteritæ fidem ſalui fa=cti ſunt,& fient.Huc pertinent omnia illa,quæ in ſymbolo continentur,breuibus per nos,iuxta dierum anni vertentis obſeruationem commemorata.

## QVAE SIT VIS HVIVS ARTICVLI Credo ſanctam Eccleſiam catholicam. Caput XIIII.

SED nunquid hæc ita credere ſatis eſt? an a=lia præterea requiruntur, quæ niſi quis credi=derit ſaluus eſſe non poſsit? Eſt vnus articu=

lus

lus in ſymbolo cõprimis neceſſarius, quẽ q credit iã cũcta credit ad ſalutẽ neceſſaria. Hic ille ẽ, ꝙ nos credere ꝓfitemr̃ ſanctam Eccleſiam catholicam, quam ex noſtris animabus conſtructam domum eſſe dicit Chryſoſtomus. Hanc qui credit, non hoc ſolum credit, eſſe Eccleſiam, quod credunt hæretici quoq; & ſchiſmatici, ſed ſimul credit, extra illam, ſicut olim extra arcam Noe, ſalutem nõ eſſe, credit vera eſſe omnia, quæ in ſcripturis omnibus canonicis ab illa receptis ſcripta continentur, credit illam ſpiritu ſancto cõgregatam per eundem conſeruari, & gubernari: Quo duce cum regatur, credit ſimul eam errare non poſſe. Quamobrem ſanctiſsimam hanc parentem ſuam ea qua decet pietate veneratur, illi ſe permittit, illi credit, illam audit, illam ſecundum Deum ipſum veretur, quæ de diuinis rebus ipſa ſentit, ſentienda, quæ de humanis præſcribit, facienda quæ prohibet, fugienda eſſe ſine vlla dubitatione cenſet. Huius articuli tanta vis eſt. vt ſi quis hebetioris ingenij cætera nõ poſsit aſsequi, verum hoc tantum cum Paulo profiteatur, ſe ſcire IESVM Chriſtum, & hunc crucifixum, deinde ſe credere ſanctam Eccleſiam catholicam, vel hoc ad ſalutẽ illi ſufficere queat. Neq; enim qui doctrina, ſed qui pietate cæteris præſtat, is eſt regno cœlorum propinquior. Ignorare plæraq; melius eſt, ſicut præclare ſcripſit Tertulianus ne quid, quod non debeas, noris, quia quod debeas, noſti, fides tua, dicit Chriſtus, te ſaluum fecit, nõ exercitatio ſcripturarum. Nihil ſcire, omnia ſcire eſt. Ante quẽ etiam Ireneus, Melius èſt, inquit, nihil omnino ſcientem quempiam credere Deo, & perſeuerare in eius dilectione, quæ homi-

*Ho. 10. in epiſtolam ad Epheſios.*

*Gene. 7.*

*1. Corintio. 2*

*Libro aduerſus Hereticos*

*luce. 8.*

*Li. 2. Ca. 45.*

nem viuificat, nec aliud inquirere ad ſcientiã, niſi IESVM Chriſtum filium dei, qui pro nobis crucifixus eſt, quàm p quæſtionum ſubtilitates & multiloquium, in impietatẽ ca=

Libr. 5

dere. Et alio loco. Qui relinquunt preconium Eccleſiæ, im peritiam ſanctorem præsbiterorum arguunt, non contem= plantes, quanto pluris ſit idiota religioſus, à blaſphemo & impudente ſophiſta. Non ergo qui quamplurima memo= riter è ſcripturis, plerũq; etiam Pſitaci more non intellecta recitat, ſed qui quæ ſcripta ſunt opere complere ſtudet, is ẽ de cuius ſalute ſperandum eſt maximè, Melior eſt fidelis ignorantia dicit Auguſtinus, quam temeraria ſcientia. Sci entia enim inflat, charitas ædificat. Surgunt indocti, di= cit idem alio loco, & rapiunt cœlum, & nos cum doctrinis noſtris ſine corde, ecce vbi volutamur in carne & ſãguine.

De Verbis a= poſtoli, ſermo ne 20.

1 Corin. 8

Lib. 3 con= feßionũ Ca. 8

Quapropter ei qui eſt ex minoribus, hoc eſt cui munus ali os docendi non incumbit, poſteaquam ea crediderit, quæ de patre, quæ de filio, quæ de ſpiritu ſancto nudis verbis in ſymbolo ſunt expreſſa, ſatis eſt, ſi de reliquis ea ſe credere profiteatur, quæ credit ſancta Eccleſia Catholica, etiamſi nullam de illis explicitam fidem habeat. Atq; hic eſt arti= culus quo præcipue diſcernũt à Catholicis heretici et ſchiſ matici, qui ſi crederent ſanctam Eccleſiam catholicã, nul= la hæreſis, nullum eſſet ſchiſma. Crediderunt omnia No= uatiani, quæ in ſymbolo, quæq; in ſcripturis canonicis con= tinentur: Crediderunt Pelagiani, crediderunt Donatiſtæ, crediderunt et alij multi hæretici; neq; cum illis, aut de ſym bolo, aut de ſcripturis vlla fuit catholicis controuerſia, ſed quia ſanctam Eccleſiam Catholicam non crediderunt, in= de tot

de tot hæreſes, tot ſchiſmata, tot ſectæ tam diſſectæ, non pri
oribus modo ſeculis, verũ & hoc noſtro conflatæ ſunt. Nã
ſi crederetur ſancta Eccleſia catholica, non ab ea diſcede=
retur, neq; ſibi quiſquã ſumeret, vt ſuo potius priuato quã
illius ſpiritu, ſcripturas interpretari vellet. Hanc igit̃ mor
dicus teneamus, quodq; ab ipſis Apoſtolorum tempori=
bus vnanimiter ab omnibus obſeruatũ eſſe ſummo Chriſti
anorum omnium conſenſu conſtiterit, de eo dubitare ne=
fas eſſe putemus. Neq; nos vlla ratione de eo deduci pati=
amur, etiamſi quemadmodum ipſe per ſe Chriſto quondã
ita per ſua membra ſathanas millies nobis dicat: Scriptũ Matthei. 4
eſt enim. Non illi ſe transfigurãti in angelum lucis, atq; o= 2 Corint. 11
uium veſtimentis induto, verum Eccleſiæ credamus, quæ Matthei. 7
nunquam ſanctiſpiritus magiſterio deſtituitur, quẽ ſe miſ=
ſurum ille Chriſtus promiſit, qui ſuggereret illi, qui doce= Ioannis. 14
ret illam omnem veritatem, qui cum illa maneret in æter= Ioannis 16
num. Suus quemq; priuatus ſpiritus fallere poteſt, cũ ſcri=
ptum ſit. Ve prophetis inſipientibus, qui ſequuntur ſpiritũ Ezechie. 14
ſuum, & nihil vident. Eccleſie ſpiritus nunq̃ fallere poteſt.
Illius itaq; definitionibus pareamus: illius, non priuato no
ſtro ſpiritu ſcripturas eſſe nobis interpretandas exiſtime=
mus. De quibus nobis qui per Dei gratiã catholici ſumus, *Cyprian. de*
qui cum Cypriano gloriari poſſumus, quod non nos ab il *ſimplicitate*
lis, ſed illi receſſerunt a nobis, nulla eſt cũ nouatoribus hu= *prælatorum*
ius temporis controuerſia, de intelligentia hæreſis eſt, non *Libro 2 de trinitate*
de ſcriptura, ſenſus, vt eſt apud Hilarium, non ſermo, fit cri *Contra luciferanos.*
men. Neq; in legendo, ſicut ſcribit Hieronymus, ſed in in= *Idem in primum caput ad Galatas*
telligendo ſcripturæ conſiſtunt, non in ſcripturarũ verbis.

Euangeliũ

Euangelium eſt,ſed in ſenſu,non in ſuperficie,ſed in medulla,non in ſermonum folijs,ſed in radice rationis. Quamobrem in æquum non eſt,quod priuato ſuo iudicio rectum ſentit aliquis, id totius vt Eccleſiæ ſenſui & conſenſui anteponat, & quæ ſunt in Oecumenicis concilijs rectè ,conſtituta, ea in dubium reuocari velit. Quin ea nos mente potius eſſe præditi debemus,vt in ijs, quæ didi-
2 Timo. 3 cimus,permanendum nobis eſſe putemus: didicimus eni
1 Timot. 3 ab ea,quæ firmamentũ eſt & columna veritatis, Eccleſia, in illius interpretatione definitioneq; nos acquieſcere,neq;
Epheſum 4 fluctuare,atq; omni doctrinæ vento circumferri oportet. Quod Paulus Timotheum hortatus eſt,id ſibi quiſq; no-
1 Timot. 6 ſtrum dictum exiſtimet, quicumq; veri Dei verus cultor cenſeri vult,depoſitum vt cuſtodiamus,ac deuitemus profanas vocum nouitates,quas vniuerſitati, quas antiquitati,quas conſenſui ſanctæ catholicæ Eccleſiæ contrarias eſſe conſtat:quæ ſi reciperentur,neceſſe foret vt fides beatorum patrum,aut tota,aut certè magna ex parte violaretur vt omnes omnium ætatum fideles,omnes ſãcti,omnes caſti,continẽtes, virgines,omnes clerici,leuitæ,ſacerdotes,tot confeſſorum millia,tantus martyrum exercitus,tanta vrbium,tãta populorum celebritas & multitudo,tot inſulæ, prouinciæ,Reges,gentes,regna,nationes, totus poſtremo iam penè terrarum orbis,Chriſto capiti per catholicã fidẽ incorporatus,tãto ſeculorum tractu ignoraſſe,erraſſe, blaſphemaſſe,quid crederet neſciſſe,quodq; dictu eſt abomi-
1 Corinth. 1 nabile,idola coluiſſe pronunciaretur. Quod credere quid aliud fuerit,quam euacuare crucem Chriſti? quam abole-

re ob

re,obliterare,irritum reddere beneficium illud immenſum
paſsionis & mortis Chriſti? Quid enim? an non iure meri-
to nobis quoq; dicere liceret,quod Galatis quondam di-
xit Paulus? ſi ſeipſum tradidit Chriſtus pro eccleſia, neq; *Ephеſum* 5
tamen ſanctificauit illam, neq; ſanguis illius eam ab ope- *Hebreo.* 9
ribus mortuis pręcipue vero ab idolatria emũdauit, ergo
gratis CHriſtus eſt mortuus? Quis enĩ incarnationis: quis *Galat.* 2
crucis,quis mortis illius fructus eſt? ſi,cuius cauſa tulit hęc
omnia, ſponſa ipſius Eccleſia,mater omniũ fide lium,in i-
dolorũ cultu perſtat nihilominus? ſi verſatur adhuc ĩ igno
rantiæ tenebris? vbi illa CHriſti promiſſa: Ego vobiſcum *Matthei.* 28
ſum vſq; ad conſumationẽ ſeculi? Rogabo patrẽ,& alium *Ioannis* 14
paracletũ dabit vobis,vt maneat vobiſcũ ĩ æternũ, ſpiritũ
veritatis? Sed verum eſt, ꝙ dicit veritas,falſum eſt quod *Pſalmo.* 26
mentita eſt iniquitas ſibi. Non deſtituit corpus ſuũ Eccleſi
am caput ipſius CHriſtus,nec aut defuit illi,aut deeſt,aut
deerit vnquam ſanctus ſpiritus,qui viuificet illam ,qui ve-
getet,qui doceat omnem veritatem,qui regat & gubernet,
nullum vt in errorem aliquando labi potuerit,aut poſſit.

## SCRIPTVRAE NE MAGIS, AN EC- cleſiæ teſtimonio ſit credendum. Caput. XV.

SED hic dicet aliquis,extenuari Dei verbum eius authoritati detrahi,maieſtatemq; diuinorum oraculorum obſcurari,cum tantum Eccleſiæ tribuitur. Vocatur in diſceptationem hoc tempore, ſcripturæ ne magis,an Eccleſiæ teſtimonio ſit credendum. Quæ plane videtur inutilis eſſe contentio.Nam hoc quæ-

rere, quid aliud eſt, quã querere, magis ne credẽdum ſit ſpiritui ſancto loquenti per os Eccleſiæ, an eidem ſpiritui ſctõ loquẽti in ſcripturis ꝑ literas amanuenſiũ ſuorũ Prophetarũ & apoſtolorũ? Omnis veritas à ſpiritu ſancto eſt. Ille ẽ enim qui docet omnem veritatem. Cum autem Eccleſia

1 Timo. 3 ſit columna & firmamentum veritatis, æque à ſpiritu ſan-

Ionanis. 16 cto illius, atq; ſcripturarum eſt veritas: cum præſertim qui docet illam omnem veritatem, vel ipſa veritate atteſtante ſit ſpiritus ſanctus. Quin tamen prior ſit authoritas Eccle-

Matthei. 18 ſiæ quàm ſcripturæ, negari non poteſt, multis ante ſeculis, quam hæc verba ſcripta fuerunt dic Eccleſiæ, qui non audierit Eccleſiam, ſit tibi tanquam Ethnicus & publicanus Non fuit obſcura Eccleſiæ & natura, & authoritas, quæ cũ fuerit antiquior quàm vniuerſa non modo noui, verum et veteris teſtamenti ſcriptura, creditum eſt illi ſine omni ſcripturarum præſidio. Apud quoſcunq; fuit fides mediatoris apud eos Eccleſiam fuiſſe dubium non eſt, conſtat autem Adam, Abel, Seth, Enoch, & cæteros deinceps patriarchas, ac prophetas fidem habuiſſe mediatoris, quẽ ſignis etiam, ſacrificijs, ceremonijs adumbrabant. Ex illo itaq; tẽpore cæpit Eccleſia, quæ nunquam vna & eadem eſſe deſijt, iuxta ſeriem ſucceſſionis continuata ab orbe condito vſq; ad nos, vſq; ad ſeculi conſumationem duratura. Scriptura vero multis fuit ſeculis poſterior, quam ante Moiſẽ nullam fuiſſe palam eſt, inter quem, & primum hominem creatum, annorum duo millia trecenti ſeptuaginta tres interceſiſſe putant. Nouæ quoq; legis ſcripturã ea, quæ Chriſtum paſſum & mortuum eſt conſequuta, præceſſit Eccle

ſia

ſia.Quin & inter alia viſum eſt inter legem veterem & e-
uangelicam hoc intereſſe, quod illam in tabulis lapideis
Moyſes conſignauit,hanc verò Chriſtus in animis homi- *Exodi.* 34
num,in viſceribus, & in cordibus eorum, ſicut ab Hiere- *Hiere.* 31
mia prædictum erat,inſcripſit.Nemini obſcurū eſt, Chri-
ſtum nihil ipſum ſcripſiſſe,ſed neq; ſcribendum quicquam
Apoſtolis præcepiſſe.Nàm vt euntes docerent omnes gen *Mat.* 28.
tes,vt prædicareut Enangelium omni creaturæ, mandaſſe *Mar.* 16.
Chriſtum legimus,vt autem ſcriberent, mandatum nullū
inuenimus.Quinetiā hęc ipſa vox Euangelium,traditionis
eſt non ſcripturæ.Quid enim aliud ſignificat Euangelium
quàm lætum & bonum,optatumq; nuncium? nimirum re-
dempcionis noſtræ,peccatorum remiſsionis,& obtentæ ſa
lutis æternæ, quæ paſsim anunciabatnr & prædicabatur
omnibus,neq; tamen vlla ea de re ſcriptura extabat totis
annis octo poſt Chriſti in cœlos aſcenſum.Qui cum inter-
ceſiſſent,tum primum quæ de Chriſto Matheus tredide-
rat,ſcripto mandaſſe legitur:quē poſtea ſequuti ſunt Mar
cus,& Lucas,quorum neuter Chriſtum vidiſſe, ſed Mar-
cus ea quæ de Chriſto Petrus viua voce prædicauerat ſcri
ptis conſignaſſe,Lucas autem Euangelium ſuum ex ore
Pauli ſcripſiſſe dicitur.Ioannes vero per annos ſexaginta
quinq; à Chriſto mortuo Dei verbum,ſicut Auguſtinus te- *Auguſtinus ī*
ſtis eſt,abſq; adminiculo ſcribendi vſq; ad vltima Domiti- *prologo euā-*
ani tempora prædicanit.Ex quo ſatis liquet,quod prior ē *gelij ſecundū*
Eccleſia,prior eſt illius traditio,prius eſt Euangeliū,quam *Ioannem.*
ſcriptura.Dixerat Chriſtus:Amen dico vobis,vbicūq; præ *Marci.* 14.
dicatum fuerit hoc Euangelium in toto mundo, & quod

ſecit hæc,narrabitur in memoriam eius. At quo tempore dixerat hæc Chriſtus,de ſcribendo Euangelio ne cogitaſſe quidem videtur Mattheus, aut quiſpiam Euangeliſtarum.Habuit nihilominus authoritatem ſuam illius temporis Eccleſia,non à ſcripto,ſed a viuo Euangelio:Hoc eſt viua voce tradito & prædicato.Sed nos tamen libenter aſſentimur,eius temporis Eccleſiam,quæ ſcripturam eſt ſequuta,ab eadem ſcriptura ſuam authoritatem habuiſſe et
*Ioan. 16.* habere.Illa enim nos docet quod inſtruatur à ſpiritu ſan=
*1. Timo. 3.* cto,illa nos docet,quòd ſit columna & firmamentum ve=
*Matth: 16* ritatis,& quod etiam inferorum porte nõ præualebũt aduerſus eam:Illa nos docet,quod qui non audierit Eccleſiã ſit habendus tanquam Ethnicus & publicanus.Sed videant interim,qui nomen Eccleſiæ ferre non poſſunt, qui tantopere cupiunt a uthoritatem eius eleuatam,ne qua ratione conſtitutam,volunt ſcripturarum authoritatem, ea in contrarium illis recedat,atq; magis ad euertendam,quam ad ſtabiliendam illam pertinere videatur. Quantum eni de Eccleſiæ fide imminuerint,tantum de ipſorum euangeliorum authoritate detractum iri dubium non eſt. Nam vnde illi ſcire poſſunt Euangelij ſcripturam hanc eſſe Mathei,aut Marci,aut Lucæ,aut Ioannis? certe non aliũde niſi ex Eccleſiæ teſtimonio:cui ſi non ſua tribuetur authoritas, nulla erit eorum,quæ ſcripta ſunt ab Euangeliſtis, authoritas.Illa enim nos docuit,vera eſſe hæc quatuor Euangelia:Nam hoc ſcriptura nulla probatur, ſed ſola Eccleſiæ
*Tomo 6. contra epiſtolam ſũdamẽti. c.5* traditione:cui tantum tribuit Auguſtinus,vt non dubitanter diceret,Euangelio non crederem,niſi me commoneret

authoritas

authoritas Eccleſiæ. Hæc eſt enim, quæ nos iter ſcripturas iudicare, quæ canonicam à non canonica diſcernere docuit, Marcus Chriſtum non vidit: vidit Nicodemus: Eccleſię tamen authoritate commoti, atq; ab illa edocti, recipimus Marci, reijcimus Euangelium Nicodemi. Quid igitur aliud agitur extenuanda Eccleſiæ authoritate? quam quod maieſtas diuinorum oraculorum obſcuratur, quodq; authoritas omnis illis detrahitur?

## QVOD EVANGELIO CREDIMVS non tanquam hominis teſtimonio, ſed tanquam intus loquentis Dei voci. Caput. XVI.

SEd hic iterum dicet aliquis: Ergo tu me iubes Euangelio credere tanquam hominis teſtimonio, & nó tanquam intus loquẽtis Dei voci: vis vt accipiam Dei verbum ex humana traditione, & non ex infuſa deſuper fide? Atqui contrarium me docet
Paulus cum dicit, gratia ſaluati eſtis per fidem, & hoc non *Ephe.* 2.
ex vobis, Dei enim donum eſt. Sed & Chriſtus ad Petrum *Matt.* 16.
Beatus es inquit Simon Bar Iona, quia caro & ſanguis nó reuelauit tibi, ſed pater meus, qui in cœlis eſt. Iterum Pau-
lus gloriatur, quòd non ab homine acceperit Euangelium *Galat.* 1.
ſed ex reuelatione IESV Chriſti. Nos verò libenter concedimus accipienda eſſe Euangelia, vt verba Dei intus docentis & reuelantis, neq; credendum illis eſſe, niſi propter Dei vocem intus loquentis. Sed illud interea ſcire oportet

Hebreo. 1. ne quis erret, quòd Deus multifariam multisq; modis lo-
quutus eſt olim patribus, ac nunc etiam loquitur filijs, lo-
Pſal. 44. quutus eſt per prophetas, quemadmodum vnus ex illis
teſtatur dicens, lingua mea calamus ſcribæ, velociter ſcri-
Gene. 18. bentis: loquutus eſt per angelos, ſicut in Geneſi apud Za
Zacha. 2. Luce. 2. chariam: & in Euangelio videre licet: loquutus eſt per fili-
um ſuum incarnatum: loquutus eſt per Apoſtolos: loquu
tus eſt & loquitur etiam nunc per eccleſiam, cui dixit Chri
ſtus: non vos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri,
Matth. 10. qui loquitur in vobis, Quando igitur ſcripturam hanc eſſe
reuelatam à Deo nos adductos Eccleſiæ authoritate cre-
dere profitemur, hoc affirmare videmur, quòd ſpiritus ſan
ctus, qui docet Eccleſiam, qui loquitur per os eius, docet
nos, quod ſcriptum eſt à Mattheo non eſſe vocem hominis,
verum intus loquentis Dei, contra quod ſcriptum eſt à Ni
codemo, non Dei ſed hominis vocem eſſe. Atq; ita omnis
authoritas & ſcripturarum & Eccleſiæ non eſt aliunde, ni-
ſi à ſpiritu ſancto, à quo etiam eſt veritas omnis: par vt ſit
authoritas vtriuſq;. Scriptura ſortitur authoritatem ab Ec
cleſia, quatenus ab illa planum fit omnibus, hanc & non
aliam eſſe ſcripturam canonicam. Rurſus, Eccleſia accipit
authoritatem à ſcriptura, quatenus illa teſtificatur, quod
Ioan. 14. ſuggerit illi ſpiritus ſanctus, quod docet illam omnem ve-
Ioan. 16. ritatem, quòd nunquam illam deſtituet, ſed manebit cum
Matth. 16 illa in æternum, quod portæ inferi non præualebunt aduer
1. Timo. 3. ſus eam. Quo nomine vocat etiam eam columnam & fir-
Matth. 18. mamentum veritatis, & qui non audierit illam, eum habe-
re vult pro ethnico & publicano.

# QVOD SCRIPTVRA NIHIL EST CERtius, quodq́; certus ex ea ſenſus elici poſsit. Caput. XVII.

QVOD vero certi aliquid è ſcripturis elici nō poſsit, hoc nemo dixit vnquam Chriſtianus, quin illud etiam indubitatum habet Eccleſia nihil eſſe ſcriptura certius. Eſt enim diuinitus inſpirata, neq́; voluntate humana allata eſt aliquando prophetia, ſed ſpiritu ſancto inſpirati loquuti ſunt ſcti dei homines. Quãobrẽ adeò firmiter habuit perſuaſum ſemper Eccleſia, nihil ſcriptura, neq́; verius eſſe, neq́; certius, vt & quæ auribus audiuntur, & quæ oculis videntur, & quæ manibus contrectantur, ea non æque certa iudicet, atq́; illa, quæ in ſcripturis continentur. Hinc eſt, quod in venerabili Euchariſtiæ ſacramento non oculis fidelium quiſquam, non guſtui, nō tactui credit, ſed credit verbo Dei dicentis: Hoc eſt corpus meũ. Dicat Zuinglius, dicat OEcolampadius, dicat Caluinus, hoc ſignificat corpus meum, aut hæc eſt figura corporis mei, non credit Eccleſia, niſi Chriſto in Euangelio dicenti, hoc eſt corpus meum. Tanta eſt apud illam ſcripturæ certitudo. Cœlum & terram tranſitura citius crediderit quã vt vel hæc, vel alia queuis illius verba peſſum ire queant. Sed quin è ſcriptura, quæ ipſa vera eſt et certa falſus elici ſenſus queat, quis eſt qui ire inficias audeat? cum de ijs ipſis tribus verbis hoc ipſum factum eſſe infœlici hoc æuo noſtro videamus. Nam cum planam, apertam, & omnibus expoſitam ſcripturam eſſe velint, ſicut certè in ijs verbis

2. Timo. 3.
2. Petri. 1.
Matthei. 26.
Lucæ, 21.

2.Corinth.10 bis vel ipſa luce clarior eſt, modo captiuet aliquis intelle-
tum ſuum in obſequium Chriſti, tamen intra vnius ciuita-
tis mœnia ſeptem ſectæ de tribus ijs verbis natæ eſſe com-
memorantur. Non quod certum ſenſum ex eis pridem Ec-
Io. 14. cleſia non elicuerit, ſed quod non defuerint, quibus nō pla
cerent niſi ſingulares intellectus. Sic ex alijs Chriſti verbis
pater maior eſt me, certū ſenſum elicuit Eccleſia: quæ, qua-
tenus exinaniuit ſemetipſum Chriſtus formam ſerui acci-
Philip. 2. piens, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuen-
tus vt homo, maiorem eo patrem fuiſſe confitetur: quate-
nus autem in forma Dei eſt, Deus ipſe & Dei filius, æqua-
lem eum eſſe patri aſſeuerat: verum Ario non ſatisfecit hic
Eccleſiæ ſenſus, ſingularem ſuum intellectum attulit, ac p
omnia patremeſſe filio maiorem aſſeuerauit. Si quis expli
care conatus eſſet qua parte inferior, qua parte filius æqua
lis eſſet patri, tanquam humanas traditiōes afferentē pror-
ſus eum reſpuebat, neq; audiendum eſſe putabat: non alio
ſemper, quam ad ſcripturas prouocabat, ſubinde & ipſe
vociferans, verbum domini, verbum domini: Euangelium
Euangelium. Oſtendi ſibi ab Athanaſio poſtulabat, vbi
ſcripta vox hæc ὁμοούσιος in Euangelio reperiretur, quod
extra ſcripturas nihil eſſe recipiendum diceret. Non ergo
nulla eſt in ſcripturis certitudo, ſed verum eſt quod ab Hi
Li.2. de Tri. lario dictum eſt: Forma fidei certa eſt, ſed quantum ad hæ-
reticos, omnis ſenſus incertus eſt. Certus eſt ergo ſcriptura
rum ſenſus in Eccleſia, ſed in priuati hominis intellectu tā-
to minor eſt certitudo, quanto ſuæ magis innitens pruden-
tiæ, ſuum admirans ingenium, atq; ideo ſemetipſum ſegre-
gans

gans non Eccleſiæ, ſed ſuum ſpiritum ſequitur, dum ſingu-
larem aliquem intellectum antea in Eccleſia non auditũ
adferre conatur. Quod faciunt homines audaces, ſibi pla- 2 Petri. 2
centes, qui ſectas non metuunt introducere, dum nihil eis
placet quod receptum, & quod eſt Eccleſiæ iudicio com-
probatum. Non itaq; nutat verbum Dei in Eccleſia, neq;
nihil è ſcripturis elici certi poteſt, ſed quod de Paulinis epi 2 Petri. 3
ſtolis dicit Petrus, eſſe in eis quædam intellectu difficilia,
quæ indocti & inſtabiles deprauant, ſicut & cæteras ſcrip-
turas ad ſuam ipſorum perditionem, hoc de cæteris quoq;
ſcripturis recte dici poſſe manifeſtum eſt. Neq; propterea
dubitationis & fluctuationis aculeus animis fidelium infi-
gitur, quòd è ſcripturis protulit ſententias Arius, quas ipſe
iudicauit inexpugnabiles, cum tamen Eccleſiæ authorita-
te ſint expugnatæ: ſed ex eo potius diſcitur, in ſcripturis in-
terpretandis non debere quenquam ingenio ſuo fidere, nõ
debere ſuum priuatum & ſingularem, ſed Eccleſiæ ſenſum
& conſenſum ſequi.

## QVOD NON LICEAT AD SVAM CVIQ; MENTEM SCRIPTVRAM ACCOMMODARE.

## Caput XVIII.

VERVM hic iterum queritabuntur Marti-
ni, verbum nos ad Eccleſiam accommodare
velle, cum Eccleſiam ad verbum accommo-
dari potius oporteat. Nos vero non hoc volumus, quin rẽ
indignam eſſe iudicamus, ad Martinorum ſenſum acco-
modari verbum, & ſecundum eorum dogmata ſcripturas

torqueri, tantumq; tribui ſuo iudicio velle Martinos, vt id Eccleſiæ totius iudicio anteponant. Vetus eſt hæc Baſilij quoq; querela, quod veritatis deprauatores non ſuam ſcripturæ mentem accomodant, ſed ad ſuam voluntatem mẽtem ſcripturarum trahunt. Hoc nos minimè ferendũ exiſtimamus, neq; fas eſſe cuiq̃ putamus ſecundum ſpiritum ſuum, aut ſecundum ſenſum humanum ſcripturas intelligere, cum quo ſpiritu factæ ſunt, eo legi deſiderent, eo & intelligi velint. Quare cum humanum eſſe conſtet Martinorum ſpiritum, fas non eſſe putamus, vt ad eorum ſenſũ ſcripturæ torqueantur, verum illum ſenſum retinendum eſſe cenſemus potius, quem tot ſeculis Eccleſiam tenuiſſe videmus. Glorientur Martini quantum volent de ſpiritu, quod certo ſciant ſe eum habere, gloriantur ad eundẽ modum & Anabaptiſtæ, & Sacramentarij, & Suermeri: quin & nobis dubium non eſt, quod ſicut illi, ſic & Martini ſpiritum habent, ſed eum, de quo alter eorum nõ obſcure fert quod non vnum ſalis modium cum illo comederit: Hunc ſpiritum dolenter quidem, ſed concedimus illis tamen, verum abſit quod ſecũdum illum interpretari ſcripturas veſimus. Eccleſiæ ſanctum ſpiritum eſſe promiſſum & miſſũ certo ſcimus, quo nunquam deſtituitur, ſed eo afflatur, fouetur, vegetatur. Quare cum illius mentem ſequimur, non hominis, ſed Dei mentem ſequimur, neq; iuxta hominis, ſed iuxta Dei ſenſum per os Eccleſiæ loquentis, Dei verbũ interpretamur. Elaborandum eſt omnibus, vt ſcripturas eodem ſpiritu quo ſcriptæ ſunt, intelligere queant: ſed non ideo ſpretis patrum interpretationibus, aut conciliorũ definitionibus

*In libro Examerõ cõgreſsione. 2.*

finitionibus

finitionibus,quod ab hæreticis factitatum ſemp legimus, & nunc etiam fieri videmus,ſuæ quis q; debet inniti prudẽtiæ,cum ſcriptum ſit:Ne innitaris prudentiæ tuæ:ne ſis ſapiens apud temetipſum.Spiritus veritatis olim Eccleſiæ datus,manens cum eadem vſq; ad conſumationem ſæculi cum ſit ſpiritus humilitatis,charitatis,vnionis,& pacis,nõ ſuggerit,vt reiectis patrum interpretationibus, innitamur prudentiæ noſtræ,neq; vt ſepoſitis ſacris literis,ſolis hominum commentarijs inhæreamus,ſed ſuggerit,vt intellectũ ſcripturarum & è ſcripturis apertioribus,& à ſacris interpretibus, & ex antiquis Eccleſiæ traditionibus addiſcere ſtudeamus.Quare qui verum è ſcripturis elicere ſenſum conatur,ei cauendum eſt in primis,ne velit eſſe prudẽs apđ ſemetipſum:Non alta ſapientes,dicit Paulus:Verum humilibus conſentientes.Noli altum ſapere,ſed time.Grauiter enim talibus per prophetam comminatur Deus dicẽs: Væ qui ſapientes eſtis in oculis veſtris,& coram vobiſmet ipſis prudentes:Abhorret ab huiuſmodi ſanctus ſpiritus, qui non requieſcit niſi ſuper humilem, & quietum, & trementem ſermones ſuos.Quamobrem illud ſeruari oportet quod beatus Clemens Petri ſucceſſor admonet: vt cum lex Dei legitur,non ſecundum ingenij propriam intelligẽtiam legatur ſeu doceatur:ſunt enim multa in ſcripturis diuinis,quæ poſſunt ad eum ſenſum trahi,quem vnuſquiſq; ſibi præſumit:Et ideo ſcripturarum intelligentiam oportet ab eo diſcere,qui eam à maioribus ſecundum veritatem ſibi traditam ſeruat.Hoc ipſum factum legimus à Gregorio Nazanzeno,& Baſilio magno præcipuis græcorũ the-

*Prouerbio 3.*

*Romano. 12.*

*Roma. 11.*

*Eſaiæ. 5.*

*Eſaiæ 66.*

*in epiſtola ad Iacobum fratrem Domini*

Li.11.Eccleſi. histo. ca. 9. ologis, de quibus in Eccleſiaſtica hiſtoria ſcribit Rufinus, quod cum omnibus Grecorum ſeculariũ libris remotis, ſolis diuinæ ſcripturæ voluminibus operam dediſſent, eorũ intelligentiam non ex propria præſumptione, ſed ex maiorum ſcriptis, & authoritate ſequebantur, quos & ipſos ex apoſtolica ſucceſsione regulam intelligendi ſuſcepiſſe conſtabat. Hoc à reliquis quoq; ſanctis patribus obſeruatum fuiſſe videmus, quoties illis cum hæreticis congrediendum eſſet, qui cum ſub vnius vmbra ſcripturæ verſarentur, & in hac ſola tanquam in cardine quodam omnem ſuæ diſputationis vim conſtituerent, non ad confirmationem veritatis, verum ad perfugium erroris, cui non potuit honeſtius magisq; populare patrocinium inueniri, ſcripturas patres reuerenter accipiebant, ſed qui ſenſus ab hæreticis allatus eſſet, eum productis maiorum interpretationibus refellebant, ſimul Eccleſiaſticam ſæpe traditionem opponebãt Non ſatis eſſe putabant, ſi veræ, ſi ſalutares, ſi diuinæ ſcripturæ eſſe crederentur, & dicerentur, credunt enim hoc & Iudei, totius legis & prophetarum ſcripturas eſſe veriſsimas, eſſe ſalutares, eſſe diuĩas, ſed ſicut illi nos falſo, ſic nos verè viciſsim illos male intelligere ſcripturas, & ſecus interpretari arguimus. Credunt & hæretici magna ex parte, veriſsima & certiſsima eſſe omnia, quæ in ſcipturis continẽtur, nihil non ſalutare, nihil non plane diuinum in illis haberi, qui ſubinde etiam contra catholicos & orthodoxos illud proferebant: Scrutamini ſcripturas: quærite & inuenietis: quemadmodum ex Tertuliani libro contra hæreticos ſcripto videre licet; Verum id nunquam ſufficere viſum ẽ

Ioan. 5. Matth. 7.

catholi-

catholicis & orthodoxis. Illud præterea neceſſarium eſſe iudicauerunt, vt quis in captiuitatem redigeret intellectũ ſuum in obſequium fidei, ſcripturasq́ veras eſſe crederet, non ſecundum ſuum ſenſum, quem ſibi pręſumpſiſſet, mul to minus autem ſecundum adulterinas interpretatiões eorum, qui ſegregauerunt ſemetipſos, ſed ſecundum antiquam Eccleſiæ traditionem expoſitas, quã ſancti patres tanti fecerunt, vt non alia machina contra ſuorum temporum hæreticos vſi magis fuerint. Hac vſus eſt antiquiſsimus Iræneus contra Valentinum hæreticum, hac Tertulianus contra Marcionem: hac Origenes contra Celſum: hac Cyprianus contra Nouatum: hac Baſilius contra Eunomium, & Amphilochium, hac Nicenum concilium contra Arium, hac Hieronymus contra Vigilantium, Eluidium, Iouinianum, & Luciferanum: hac Auguſtinus contra Donatiſtas, hac Leo ſanctus Pontifex contra Entychen, hac ſexta ſynodus contra Monotelitas: hac Petrus cluniacenſis contra Henricianos & Petrobruſſianos: hac æqualis eius Bernardus contra Petrum Habailardum: hac reliqui ſancti patres vſq́ ad hæc noſtra tẽpora contra diuerſi generis hæreticos vſi ſunt. 2 Corin. 10

## NON PROPTEREA NONESSE CONſenſum patrum in ſcripturis interpretandis ſequendum, quod vnus aliquis aliquando errauerit. Ca. XIX.

SED hic iterum nobis obſtrepunt Martini, ſanctos patres homines fuiſſe, atq́ ideo errare potuiſſe, quin & erraſſe nõnullos. Obiĳcitur ſanctiſsimi

mi Cypriani martyris, obijcitur Origenis error, & Tertuliani. Atqui hoc ipſum plus facit, ad corroboranda, quã ad infirmanda ea, quæ per nos aſſeruntur. Qui enim factum eſt, vt erraret Cyprianus? non illi tantus hic error obrepſit aliunde, quam quod aliter ſentiebat, quam Eccleſiæ Romanæ conſuetudo tuliſſet, vt iure optimo huic errori illius intercedens Papa Stephanus, nihil nouandum eſſe, verũ id quod fuit traditũ obſeruari debere ſanciuerit, quòd intelligebat vir ſanctus & prudens, rationem pietatis aliud non admittere, quam vt omnia qua fide ſuſcepta forent à patribus, eadem fide filijs conſignarentur, noſq; religionẽ, non qua vellemus ducere, ſed qua duceret illa, ſequi oportere, idq; proprium eſſe Chriſtianæ grauitatis & modeſtiæ non ſua tradere maioribus, verũ à maioribus accepta ſer-
1.Timo. 6. uare, ac iuxta Pauli præceptum depoſitum cuſtodire, profanasq; vocum nouitates deuitare. Retẽta eſt itaq; authore Stephano antiquitas, exploſa nouitas. Neq; vero exiſtimandum eſt nouitiæ adinuentioni de rebaptiſandis hæreticis patrocinia defuiſſe, immo vero tanta vis adfuit ingenij dicit Vincentius Lirinenſis, tanta fuerũt eloquẽtiæ flumina, tantus aſſertorũ numerus, tanta veri ſimilitudo, tanta diuinæ legis oracula, ſed plane noue ac malo more intellecta, vt omnis illa conſpiratio nullo modo deſtrui potuiſſe videretur, niſi ſola tanti moliminis cauſa, ipſa illa ſuſcepta, ipſa defenſa, ipſa laudata nouitatis profeſsio deſtituiſſet. Ex his perſpicuum eſt, non propterea Cyprianum erraiuſſe, quod eum defecerint in eo, quod aſſerebat, diuinæ legis oracula, quibus abundabat, ſed quod ea ſuo, nõ ec-

cleſiæ ſenſu interpretari conabatur. Hoc eſt, quod dicit de eo Auguſtinus: Non accipimus quod de rebaptiſandis hereticis Cyprianus ſcripſit, quia hoc Eccleſia non accepit, pro qua Cyprianus ſanguinem ſuum fudit. Non dixit Auguſtinus: Non recipimus quia diuinæ legis oraculis non probauit quæ diceret, ijs enim, verum praue intellectis, minime deſtitutus fuerat Cyprianus: verum, non recipimus, inquit, quia Eccleſia non recepit. Idem de Origene, deq; Tertuliano dici poteſt, qui cum ingenio ſuo nimium indulgerent, ſibiq; plus ſatis fiderent, cum antiquam religionis Chriſtianæ ſimplicitatem, parui penderent, cum ſe ſapere plus cæteris exiſtimarent, cum Eccleſiaſticas traditiones veterumq; magiſteria contemnerent, ſcripturas nouo more quodam interpretati, in abſurdas opiniones inciderunt. atq; documento nobis fuerunt, vt nõ credamus vni alicui, quantalibet doctrina & eloquentia polleat, quantacunq; etiã ſanctitate & authoritate ſit præditus, cõtra cõmunem totius Eccleſię ſenſũ et cõſenſũ aliquid adferenti, etiãſi quã plurima diuinæ legis oracula proferat, etiãſi nihil niſi ſcripturas, niſi verbum Dei, niſi Euangelium crepet. Illum vero ſolum verè catholicum & orthodoxum exiſtimemus, qui veritatem Dei, qui Eccleſiam, qui Chriſti corpus diligit, qui diuine religioni, qui catholicę fidei nihil anteponit, non hominis cuiuſpiam authoritatem, non amorem, non ingenium, non eloquentiam, non doctrinam, ſed hæc omnia pro nihilo habens, in fide vero fixus & ſtabilis permanens, quicquid vniuerſaliter antiquitus Eccleſiam catholicam docuiſſe cognouerit, id ſolum ſibi tenendum credendumq;

*Contra Creſconium li. 2. Cap. 32.*

dumq́; eſſe firmiter deliberatum habet. Quicquid vero ab aliquo deinceps vno præter omnes, vel contra omnes potius, nouum & inauditum antehac adferri ſenſerit, non ad religionem, ſed ad ſui potius tentationem id intelligat pertinere, ſibiq́; dictum illud exiſtimet: Si ſurrexerit in medio

Deutero. 13. tui propheta, & prædixerit ſignum atq́; portentum, & venerit quod loquutus eſt, & dixerit tibi: Eamus & ſequamur Deos alienos, hoc eſt extraneas quaſdam opiniones, quæ ab Eccleſiæ traditione ſunt alienæ, quas ꝓpterea Deos vocat propheta, quod haud aliter eas colunt & obſeruant hæretici, quam ſuos Deos Ethnici, non audies inquit, verba prophetæ illius, quia tentat vos dominus Deus veſter, vt palam fiat, vtrum diligatis eum, an non, in toto corde, & in tota anima veſtra. Quæ ergo de Cypriano, de magiſtro eius Tertuliano, deq́; Origene proferuntur, pro nobis magis, quam contra nos faciunt, Nos enim ſumus ĳ, q dicimus, nó eſſe cuipiam alicuius quamlibet docti, quamlibet etiam ſancti viri ſingularem opinionem ſequendam, etiamſi ſcripturarum examen protulerit, atq́; in ſcripturis interpretandis non vnius alicuius, verum Eccleſiæ iudicio ſtandum eſſe. Neq́; fuit quiſquam aliquando catholicus, qui parem eſſe cenſeret canonicarum ſcripturarum, & vnius alicuius quamlibet excellentis doctoris authoritatem, ſed eandem Eccleſiæ totius, quę nequaquam in vno aliquo

Homi. 1. in. 1. ad Theſalo. conſiſtit, cum nomen Eccleſiæ, ſicut etiam à Chriſoſtomo traditum eſt, nomen ſit multitudinis, & iuſtæ iam ac abſolutæ congregationis, Eandem igitur Eccleſiæ & ſcripturæ canonicæ veritatem eſſe, ab eodem authore ſpiritu ſancto profe-

profectam, nemo catholicus dubitauit vnquam. Libenter & nos cum Auguſtino ſolis ſcripturarum libris, qui canonici vocantur timorem hunc honoremq́; deferimus, vt nullum eorum authorem aliquid erraſſe ſcribendo firmiſsime credamus: alios autem ita legimus, vt quantalibet ſanctitate doctrinaq́; præpolleāt, non ideo verū putemus, quod ipſi ita ſenſerunt, ſed quia nobis vel per illos authores canonicos, vel probabili ratione, quod à vero non abhorreat p̄ſuadere potuerunt. Atq́; ita non ſolum quæ ſcripturis probauerint, ſed etiam quæ probabili ratione perſuaſerint, ea nobis iuxta Auguſtini ſententiam amplectanda putamus Probabilem autem rationem eam intelligimus, quæ tot ſeculis vniuerſæ Eccleſiæ probata, atq́; illius iudicio ſemper fuit recepta. Si quæ vero magni alicuius doctoris ſententia ab vniuerſa Eccleſia reiecta ē & exploſa, qualis eſt illa Cypriani de rebaptiſandis hæreticis, quamlibet multis diuinę legis oraculis nixa ſit, eam nihilominus non modo non ſequendam, verum etiam prorſus eſſe fugiendam exiſtimamus. Qua vero de re ita ab vno aliquo ſcriptum eſt, priuata vt eius opinio eſſe videatur, non eſſe nefas arbitramur de ea nonnunquam dubitare, quinetiam examinare ac excutere diligentius, &, ſi qua nos ratio probabilis moneat, contrarium ſentire licet, ſicubi vero idem ſentiunt omnes, ita vt quod ſcriptum eſt à Tertuliano & Auguſtino in Africa, idem viſum fuerit Hilario in Gallia, Ambroſio, Leoni Gregorio in Italia, Ioanni Chryſoſtomo in Tracia, Theophilacto in Mœſia, Ioanni Ephrem, & Ioanni Damaſceno in Syria: Baſilio in Capadocia: Origeni Cyrillo, & Athanaſio in Aegipto, & qui ad hæc vſq́; noſtra tempora iſtos ſe

*Ad Hieronymum epiſtola 19.*

quuti ſunt, in diuerſis orbis regionibus commorati, idem et ipſi tanto locorum & ſeculorum interuallo diſiuncti ſenſerint, ſicuti de baptiſmo paruulorum, de tremendo mediatoris Chriſti ſacrificio, quod offertur in altari, de veritate ſanguinis, & corporis eius, de ſanctorum inuocatione, de oratione pro defunctis, de ſtatis ieiuniorum diebus, de ſacerdotum celibatu, de votis monaſticis, deq; alijs multis factum eſſe videmus, vbi tantus eſt omnium conſenſus, minime dubitare debemus, non hominum hanc, verum Dei vocem eſſe, per membra ſua loquentis, atq; ideo qui contradicit huic Dei voci, eum iure merito tanquam Ethnicũ habemus & publicanum. Sed hæc iam dicta ſufficiant ad oſtendendum parem eſſe ſcripturarum & Eccleſiæ authoritatem, quandoquidem vtriuſq; veritas a ſpiritũ ſancto ẽ, quo regebantur Amanuenſes illius, cum ea quæ nobis reliquerunt ſcripto conſignarent, quo regitur etiam nũc Eccleſia, nec ab ea quicquam decernitur, niſi quod viſum eſt ſpiritui ſancto.

## DESCRIPTIO ECCLESIAE, QVODq; ſibi nomen eius & authoritatem vſurpant etiam Hæretici. Caput. XX.

QVONIAM vero fieri videmus, quod ſicut ſcripturas & earum verum intellectũ ſibi falſo arrogant hæretici, ita & Eccleſiæ nomen, cuius authoritate ſe premi vident ſibi temere & impudenter vſurpant,

pant, ac ſicut ſcripturarum poſſeſsione, in qua pridem præſcriptum eſt à Catholicis, à quibus eas habere ſe negare non poſsunt, ita piorum cætu homines impij pios omnes & in Chriſtiana fide religioneq́ fixos & immobiles permanentes excludunt, illud nobis docendum reſtat, quibus notis Eccleſia, quæ domus eſt Dei viui, ab ea, quam odiuit Deus, Eccleſia malignantium, diſcerni recte poſsit. Neq́ vero nouum hoc eſt, quod qui hoſtes Eccleſiæ ſunt, ipſi dici & videri volunt Eccleſia: & Irenei, & Tertuliani temporibus factitatum hoc legimus: Lactantius quoq́ ſcribit, quod ſinguli quiq́ cœtus hæreticorum ſe potiſsimum Chriſtianos, & ſuam eſſe catholicam Eccleſiam putant: Et ante eum Cyprianus de Nouatiano memoriæ prodidit, quod more ſimiarum, quæ cum homines non ſint, homines imitantur, cum ipſe in Eccleſia non eſſet imo adhuc inſuper contra Eccleſiã rebellis extitiſset, hoc ſibi vendicabat, vt apud ſe Eccleſiam eſſe diceret, ac nos hæreticos faceret. Idem faciebant Auguſtini temporibus Donatiſtæ: ſuo quoq́ ſeculo fuiſſe ſcribit Bernardus quoſdam, qui ſe vocabant Apoſtolicos, qui ſe Eccleſiam eſſe dicebant, ſed contradicebant ei, qui dixit, non poteſt ciuitas, abſcondi ſupra montem poſita: quorum temeritatem imitati ſunt proximis ſuperioribus ſæculis pauperes de Lugduno, ſiue Picardi, Vicleſiſtæ, & alij id genus hæretici, qui & ipſi ſibi ſicut ſanam doctrinam, ita Eccleſiæ authoritatẽ impudenter arrogãt. Quamobrem vt ne quis dubitet, vbi ſit vera Eccleſia, quæ ſint illius notæ breuibus accipiat. Sũt qui duas tantum eſſe velint notas Eccleſiæ, ſanam doctrinam, &

*Pſalmo. 25.*

*Li. 5. contra Valentinum.*

*Li, 4. ca. 30. diuina. inſti.*

*In lib. ad Iubaianum.*

*ſermone 66. in cantica.*

nam,& legitimum ſacramentorum vſum. Quæ quin Ec=
cleſiæ notæ ſint,negari non poteſt. Certum eſt enim quod
verbum Dei,quod ſanus illius intellectus,quod ſacramēto
rum verus vſus,nuſquam eſt alibi,quam in Eccleſia catho
lica.Sed facit hæreticorum audacia difficulter, vt his notis
à quibuſuis agnoſci poſsit Eccleſia ,quibus iam inde à mul
tis ſeculis nulli fuerunt in eis ſibi vſurpandis pertinatiores
Nam ſicut nunc ſunt,qui magis Euangelici dici gaudent,
quàm Chriſtiani,vel hac ratione palam facientes omni=
bus,quod à Chriſto & eius corpore,extra quod haud du=
bie nullum eſt Euangelium ſe diuulſerint.Propterea vero
ſibi nomen hoc arrogant,quòd ſe ſolos Euangelium, vt ip=
ſi comminiſcuntur,multis iam ſeculis abſconditum,è den=
ſiſsimis tenebris eruiſſe,ac in lucem protuliſſe, ſe ſolos ve=
rum illius intellectum inueniſse perſuaſum habent rudi=
bus eſſe volunt.Sic & olim fuerunt,qui gnoſtici,quòd ſe ſo
los ſapere,ſe ſolos omnia ſcire & intelligere iactarent.Fue=
runt qui Apoſtolici,quod Apoſtolorum & doctrinam &
vitam imitari ſe ſolos gloriarentur,appellari vellent. Chri
ſtianorum nomen tanquam tritum & vulgare aſpernan=
tes,quod ſimplicitatem quandam columbinam redoleret
atq; ideo congregatione magis,quam diuiſione,aut ſingu=
laritate gauderet.Iam inter iſtos ipſos,qui ſe vocant Euan
gelicos,varias ſectas reperire licet:ſunt Luterani, ſunt Sa=
cramentarij,ſunt Anabaptiſtæ,quorū ſinguli ita duas has
notas Eccleſiæ ſuæ proprias eſſe contendunt,ſibiq; pugnā=
tes inter ſe,verbi puritatem & verum ſacramentorum vſū
ita arrogant,vt neutri alteris eas concedant.Quare querē=
dæ ſunt

dæ ſunt præter has certiores aliæ notæ,quibus omnis de ec clesia,penes quos ſit,dubitatio tolli poſsit. Vnde autẽ eas petemus,niſi è ſymbolo? partim eo, qđ Apoſtoli conſcripſerunt,partim eo,quod à patribus conditum eſt in concilio Conſtantinopolitano,in illo duas notas reperimus: appellatur enim ſancta & catholica Eccleſia:In hoc adduntur aliæ pterea duę,quod ſit vna,et Apoſtolica. Hę quatuor ita ſũt Eccleſiæ propriæ notæ,vt eas vſurpare ſibi nequaquam poſsint hæretici. Vt autem qua de re agatur intelligi poſsit,ſcire oportet,quod ſicut videmus in vno homine eſſe vnum animum & vnum corpus,& tamen eſſe diuerſa membra ipſius,ita Eccleſia Catholica eſt vnũ corpus,& habet diuerſa membra,ſicut etiam Paulus meminit, *Romano. 12.* anima autem,quæ corpus hoc viuificat,& ſpiritus ſanctus, *1. Corint. 12.* caput vero illius eſt Chriſtus.

## QVOD QVATVOR SVNT ECCLESIæ notæ. Prima eſt quod ſit ſancta. Caput. XXI.

QVATVOR autem habet notas,quibus agnoſci poſsit,& ab Eccleſia malignantium diſcerni. Eſt enim ſancta,eſt Catholica,eſt vna, eſt Apoſtolica. Primo dicitur Eccleſia ſancta,non quod in *Matth. 22.* ea ſoli iuſti ſint & ſancti,cum enim à vocatione nomen ducat,multiq́ ſint vocati,pauci vero electi,certum eſt plures in ea peccatores,quam iuſtos,plures eſſe malos,quam bonos. *Lucæ. 13.* Quamobrem deſignatur in ſcripturis nomine areæ, in quã ſicut eſt triticũ,ita ſunt & paleæ;vocatur ager, in quo cum

Matth. 13. cũ tritico creſcũt & zizania:vocat᷑ ſagena,in qua cõgregã-
tur boni piſces & mali:vocatur vinea, in qua ſunt palmi-
Ezaiæ. 5. tes proferentes vuas,ſunr etiam qui labruſcas producant,
Ioannis. 15. ſunt qui aliquem tamen,ſunt qui nullum fructum ferunt:
Matth.25. confertur gregi,in quo ſunt & hedi,& oues,ſunt & arietes
Ezechi.34. & hirci,confertur domui,in qua ſunt vaſa aurea, & argen-
2. Timo. 2. tea,ſunt etiam lignea & fictilia,quædam in honorem,quæ-
Matth. 25. dam vero in contumeliam:comparatur decem virginibus
quarum quinq; ſunt fatuæ,& quinq; prudentes.Quamob-
rem permixti ſunt mali bonis in hac Eccleſia, quæ militãs
dicitur.Nam ſoli boni ſunt in cœlo,quæ eſt Eccleſia trium
phãtium,idem nobiſcum corpus.Soli mali ſunt in inferno
qui ad corpus hoc noſtrum,quod idem Chriſti corpus eſt
non pertinent.Hæc autem noſtra Eccleſia, quæ eſt ſuper
terram,in qua perpetua quædam eſt militia, habet per
Iob. 7. Dei gratiam electos,quos cælo Deus dignatur:habet ali-
os etiam,vocatos quidem Dei miſericordia, ſed ſua poſt-
ea culpa reiectos,quos iure ſuo ſibi vẽdicat ĩfernus.Qua-
re,non ideo ſancta dicitur Eccleſia, quod non ſint in ea re
iecti quoq; & reprobi,putrida quedã huius corporis mẽ-
bra:ſed quod quicunq; ſancti ſunt,non niſi in hac Eccleſia
ſancti ſunt:extra quam ſpecies ſanctitatis eſſe poteſt, vera
ſanctitas eſſe non poteſt. A meliore itaq; ſui parte ſancta
Matth. 13. dicitur,ſicut regnum quoq; cœlorum ſæpe vocatur à Chri
Matth. 25. ſto,quod non niſi intra ipſius ſepta continentur,quibus po
Apocalip. 1 tiri datum eſt regno cœlorum.Dicitur etiam ſancta, quaſi
Chriſti ſanguine tincta. Chriſtus enim eam lauit à pecca-
tis ſuis in ſanguine ſuo,qui ſic eam dilexit,vt ſeipſum trade-

ret

ret pro illa, vt eam ſanctificaret, atq; ab operibus mortuis Ephe. 5.
emundaret ſanguine ſuo. Hac ratione, ſicut etiam Augu= Hebre. 9.
ſtinus teſtis eſt, fideles omnes olim ſancti vocabantur. Sūt in pſal. 85.
& aliæ cauſæ quamobrem ſancta dicitur, ſed ijs prætermiſ
ſis, ad eam ſignificationem veniamus, quæ propriam & pe
culiarem Eccleſiæ catholicæ notam adfert. Apud eos qui
latine ſcripſerunt, ſanctum dici legimus, quod firmum eſt
& munitū vt violari facile non poſsit, neq; debeat, ſic mu=
ros leges uocant ſanctos, ſic tribunos ſanctos, ſic ærarium
quoq; ſanctius appellatum legimus. Hac racione propriè
vocatur Eccleſia ſancta, qua nihil firmius, nihil eſt fortius,
vel quia Chriſto dicata eſt, cui quod dedit pater nemo po Ioannis. 17.
teſt eripere, vel quia ſuper petram ædificata eſt, ita vt neq; Matth. 7.
pluuiæ, neq; flumina, neq; venti irruentes, eam ſubuertere
poſsint, atq; adeo ne portas quidem inferorum aduerſus Matth. 16.
eam præualituras dixit Chriſtus. Habet enim firmum &
ſtabile fundamentum, de quo dicit Apoſtolus: Fundamen 1. Corint. 3.
tum aliud nemo poteſt ponere præter id quod poſitum ē,
quod eſt Chriſtus Ieſus. Huic fundamento cum innitatur
nulla eſt, neq; fuit, neq; erit vis vnquam tanta, qua ſupera=
ri poſsit. Ideo Chryſoſtomus fortiorem eam terra, immo Thomō 5. in
fortiorem eſſe dicit ipſo cœlo, vbi radices eam habere fi= Homi. de. ex= pulſione ſan=
xas affirmat, non in terra, ſolem vt extingui ſit facilius, quā cti Chryſoſto.
Eccleſiam obſcurari. Hæc eſt illa terra, quam fundauit De Pſalm. 77.
us in ſæcula, de qua dicit idem propheta: Fundaſti eam ſu/ Pſalmo. 102.
p ſtabilitatē ſuā, nō iclinabit' in ſęculū ſęculi: hoc ē illud reg
nū, de q̄ ſcriptum eſt: Regnum ipſius omnibus dominabit' Eſaiæ. 60.
de quo & alius Propheta dixit, Gens & regnum quod non

ſeruierit.

ſeruierit tibi peribit: quod ita factum videmus de omnibus
ijs gentibus & regnis, quæ ab hac Eccleſia deſciuerũt. Hęc
*Canti. 6.* eſt illa quam ſponſus in canticis terribilem eſſe dicit vt ca-
ſtrorum aciem ordinatam. Caſtra Dei ſunt ſancti Dei, cha
ritate ordinati, quibus tanquam Chriſti militibus & fidei
propugnatoribus munitur, protegitur, & defenditur Eccle
*Zachariæ. 9.* ſia Dei, de quibus apud Zachariam dicit dominus: Cir-
cumdabo domum meam, Eccleſiam intellige, ex ijs qui mi
litant mihi. Sunt autem qui militant, doctores, antiſtites, et
principes Eccleſiæ: qualis fuit Timotheus, cui dicit Apo-
*2. Thimo. II.* ſtolus: labora ſicut bonus miles IESV Chriſti, quales fu-
erunt innumeri Martyres, qui vſq; ad ſanguinem, quin ad
mortem vſq; reſiſtentes vitam etiam ſuam pro fide Chriſti
certando profuderunt. Hanc aciem perrumpere conati
ſunt pagani, omni ſuppliciorum genere de pijs ſumendo,
conati ſunt Tyranni, libertatem eripiendo, conati ſunt fal-
ſi fratres, charitatem exterminando, conati ſunt Iudei, fidẽ
impugnando, conati ſunt ſchiſmatici, obedientiam tollen-
do, & eius vnitatem ſcindendo: conati ſunt hæretici, ſcriptu
ras adulterando, veritatem earum obſcurando, praueq;
eas interpretando. Sed fuit hæc acies terribilis omnibus, vi
cit, fudit, fugauit omnes, vicit paganos, pro Chriſti fide vi-
tam cum ſanguine profundendo tanto animi robore, tan-
ta conſtantia, tanta alacritate, vt gauderent etiam cum di-
*Actuum. 5.* gni eſſent habiti, qui pro Chriſti nomine contumeliam aut
ſupplicium aliquod perferrent, magiſq; tortores crucian-
do, quam Eccleſiæ filij cruciatus perferendo fatigarentur:
vicit tyrannos, in Deo ſpem ac fiduciam omnem collocã-
do, ac

do, ac pro ſe perſequentibus illum deprecando, vicit falſos fratres, tolerando, vicit ſchiſmaticos, ordinem retinendo, & vnius ductum ſequendo, vt de illa quoq; dici recte poſſet: Egreſſi ſunt omnes filij Iſrael, & pariter cógregati quaſi vir vnus: Erat namq; multitudinis credentium cor vnum, & anima vna: vicit Iudeos & hæreticos, verum ſcripturarum ſenſum, ab illis non intellectum, ab ijs prauè detortũ, aperiendo. Nam Eccleſię ſuæ dixit Chriſtus: Ego dabo vobis os & ſapientiam, cui non poterint reſiſtere & contradicere omnes aduerſarij veſtri. Neq; dixit magis, quam præſtitit. Quoties enim Eccleſiæ fuit cum Iudeis & hæreticis de ſcripturis concertatio, dedit ei hoc os, dedit hanc ſapientiam, cui nequaq̃ reſiſtere & contradicere potuerunt. Eſt ergo vere ſancta, inuicta, & inexpugnabilis Eccleſia, quæ tot & tantis grauiſsimorum hoſtium oppugnationibus nó modo fracta non eſt & debilitata, verum confirmata magis & corroborata, rectè vt verus Iſrael noſter verba illa ꝓphetæ vſurpare ſibi queat: Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea, & eñ non potuerũt mihi, cui proprium hoc etiam ſemper fuiſſe videtur, magis vt impugnatióibus creſceret. Dum perſequitur, floret, dicit Hilarius: dum opprimitur, creſcit: dum contemnitur, proficit: dum læditur, vincit: dum arguitur, intelligit: tũc ſtat, cum ſuperari videtur. Hæc nota ita eſt Eccleſiæ propria, vt eam hæretici ſibi nulla ratione queant vſurpare. Stat enim fides & doctrina eccleſiæ, ac quanto grauioribus machinis ab hæreticis oppugnatur ſibi ſanam doctrinam, ſibi Eccleſiæ authoritatem falſo arrogantibus, tanto fit fortior, tanto fit clarior omnibus

1. Regũ. 11. Actuum. 4. Lucæ. 21. Pſal. 128. li. 7. de Trini.

bus & illuſtrior. Contra vero hæreticorum dogmata diu-turnitatem non habuerunt, cum & ea, quæ nunc è tenebris eruuntur, & ſub Euangelij ſpecioſo titulo populo venditatur, iam inde è mille & amplius annis confutata, abolita, antiquata, calcata ſint, ſicut paulo poſt clarius indicabimus. Habemus ergo iam Eccleſiæ notam vnam, quam vſurpare ſibi ſathanæ ſynagoga non poteſt.

## SECVNDA NOTA ECCLESIAE, QVOD ſit Catholica. Caput. XXII.

ALtera nota eſt eadem in ſymbolo apoſtolico expreſſa, quod vocatur catholica, hoc eſt vniuerſalis: pertinet enim ad vniuerſa loca, pertinet ad vniuerſa tempora, pertinet ad vniuerſa hominum genera, pertinet ad nationes vniuerſas. Quod ad omnia lo-

*Pſalmo. 18.* ca pertineat, docet ſcriptura, quæ dicit. In omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. A-

*Marci ultio.* poſtoli enim in mundum vniuerſum ire iuſsi ſunt, & prædicare Euangeliũ omni creaturæ: quod etiam ita fecerunt.

*Romano. 1.* Hinc eſt, quod commendans Romanos Paulus, fides inquit veſtra annunciatur in vniuerſo mundo. Quod pertineat ad vniuerſa tempora, ex ijs, quæ ſuperius dicta ſunt, facile perſpici poteſt, cum demonſtratum eſt, ab Adã cœpiſse Eccleſiam, atq; ad nos vſq; perueniſse, ita vt cũ ortu, tum diuturnitate par ipſi mundo ſit & æqualis, neq; vt reliqui conuentus hominum murorum ambitu quodam circumſcribantur, ac ne regionis quidem alicuius finibus ter-

minetur

minetur, ſed ab ortu ſolis vſq; ad occaſum laudabile nomē Pſalmo.112.
Domini. Sumpſit igitur initium ſimul cū orbe condito, du Pſalmo.47.
ratura vſq; ad finem orbis eiuſdem. Fundauit enim eā De- Matth.28.
us in æteruum, qui dixit: Ego vobiſcum ſum vſq; ad conſu
mationem ſeculi. Et alio loco: Amen dico vobis, non præ- Lucæ.21
teribit generatio hæc, donec omnia fiant. Quod pertineat
ad omnia hominum genera, cuiuſcumq; ſtatus, conditio-
nis, ætatis, ſexus, gentis etiam fuerint, teſtis eſt Paulus dicēs Romano.10.
Non eſt in ea diſtinctio Iudæi & Græci: non eſt in ea circū- Coloſſ. 3.
ciſio & præputium: non Barbarus & Scytha: non ſeruus Galat. 3.
& liber, non maſculus neq; fœmina, ſed omnia in omnibus
Chriſtus: idem dominus omnium, diues in omnes, qui in-
uocant eum. Omnis enim qui inuocauerit nomen domini Ioelis. 2.
ſaluus erit. Quod pertineat ad vniuerſas nationes, indicat Apoca. 5.
ille locus ex Apocalipſi: Redemiſti nos Deus in ſanguine
tuo ex omni tribu, lingua, populo, ac natione, & feciſti nos Actu. 10.
Deo noſtro regnum. Quodq; dicit Petrus: In veritate com
peri, quia non eſt perſonarum acceptor Deus, ſed in omni
gente qui timet eum, & qui operatur iuſticiam, acceptus ē
illi. Si ergo per omnia loca, per omnia tempora, per omnes
hominum ſtatus, & conditiones, per omnes gentes & nati
ones diſperſa eſt & diffuſa Eccleſia, vbi ſunt, qui trigita his
ānis nati, cum Donatiſtis de ſua paucitate gloriant̄? Chri-
ſti regis noſtri dignitati ea re detrahentes cum ſcriptum ſit Prouerbi.14
In multitudine populi dignitas regis, et in paucitate plębis
ignominia principis. Habet, & ſemper habebit integram Pſalmo. 2.
Chriſtus hæreditatem ſuam, & poſſeſſionem ſuam termi-
nos terræ: ſe potius ſubtrahunt huic magne hæreditati, qui

 Chriſto

Chriſto illam conantur ſubtrahere. Non relinquet domi-
nus plebem ſuam, quæ eſt ſicut arena maris, nec cõtẽtus
erit paucitate hæreticorum, qui omnes redemit, Neq; enim
Pſalmo. 129. parua, ſed plane copioſa apud eum redemptio. Quantus
vero numerus iſtorum ad magnitudinem precij? Vbi ſunt
qui tenebras imperitis offundere conantur? dum talem Ec-
cleſiam depingunt, quæ ignoretur, atq; aſpectum ac ſenſũ
Matth. 18. omnem effugiat. Cum tamen Eccleſiam adiri, atq; ad illã
fratris delinquentis nomen deferre Chriſtus iuſſerit, cum
Eccleſiæ Dei, quæ eſt Corinthi, Eccleſiæ Theſſalonicenſiũ
ſcribat Paulus, quas vtiq; ſub aſpectum hominum cadere
oportuit, ſi denunciari frater, ſi reddi literæ debuerũt. Chri-
Pſalmo. 18. ſtus vero tabernaculum ſuum, hoc eſt Eccleſiam ſuam in
ſole poſuiſſe legitur, vt eam claram, manifeſtam, & illuſtrẽ
Matthei. 5. omnibus faceret. Qua etiam de cauſa vocat eam ciuitatẽ
in monte poſitam, quæ non poteſt abſcondi. Poſita eſt aũt
Eſaiæ. 2, ſupra eum montem, de quo & Eſaias & Michæas prædixe-
Mich. 4. runt. Erit in nouiſsimis diebus præparatus mons domus
domini in vertice montium, & ſuper colles eleuabitur, &
fluent ad eum omnes gentes, & ibunt populi multi. Hic ẽ
Danie. 2. ille mons, quem vidit Rex Nabuchodonoſor ex lapide ſi-
ne manibus exciſo creuiſse in montem magnum, & orbem
vniuerſum impleuiſſe, in quo cõminutis regnis alijs vniuer-
ſis, iuxta Danielis interpretationem Deus cœli ſuſcitauit
regnum, quod in æternum non diſſipabitur, & alteri popu-
Sermone 66. lo non tradetur. Hunc Danielis locum adducens Bernar-
in cantica. dus contra ſui temporis hæreticos, ita, ne, ĩquit, lapidem de
monte abſciſſum ſine manibus montem factum & implẽ-
tem

tem mundum, veſtris creditis intruſum antris. De hoc mõte nemo ſe Chriſtianus deturbari patiatur, quod ſi quis dixerit homini Chriſtiano, ſicut ſathanas olim dixit Chriſto: Si filius Dei es, mitte te deorſum, quamlibet multa diuinæ legis oracula produxerit, non commitat vnquam, vt ei parere animum inducat. Si quis dixerit: Ecce hic eſt Chriſtus ecce illic: monet nos ipſe Chriſtus, nolite credere. Si dixerint vobis, ecce in deſerto eſt, nolite exire: ecce in penetralibus: nolite credere: non eſt caput niſi in corpore ſuo: non ē Chriſtus, niſi in ſua ſancta catholica Eccleſia. Eccleſia porro catholica ibi eſt, vbi eſt fides catholica. Fides autem catholica ea eſt, quæ per orbem vniuerſum iuxta Chriſti præceptum eadem ſemper annunciatur, nec vel tempore, vel locis vnq̃ variatur: à qua ſi quis diſſentiat, is catholicus nõ eſt, quod ſingularem quandam opinionem, non vnam cõmunem omnium fidem amplecti videtur.

*Matth.* 4.

*Matth.* 24.

## QVOMODO DINOSCI POSSIT CAtholicus exemplis illuſtratur. Caput. XXIII.

QVONIAM vero ſicut Eccleſia, ſic fides etiam catholica dicitur, & homo catholicus, q̃ magis dinoſcere catholicum à ſingulari ſiue ſchiſmatico aut hæretico liceat, exemplis id planum facere conabimur. Dicit aliquis, abſoluta neceſſitate euenire omnia: non eſſe liberum, ſed ſeruum hominis arbitriũ: Nõ eſt catholicus. Quid ita? quia doctrinam hanc non recipit Eccleſia catholica, cuius primus author cum fuiſſe videatur

Li.3.recogni. tur. Simon Magus, à petro Apoſtolo legitur eſſe confuta-
tus ſicut à ſucceſſore ipſius Clemente memoriæ proditum
eſt. Simonem poſtea ſequuti fuerunt in hac hæreſi pertina
Epiſto. cxc. citer tuenda Marcion & Manichęus: Petrus Habailardus
ab Anſelmo, Bernardo, & Thoma cõfutati, Ioannes vicleff
in Conſtantienſi primum, deinde & in Baſilienſi concilio
condemnatus. Ab ijs maioribus prodierunt, q nostro hoc
æuo Euangelici, quam Chriſtiani dici malũt. Ac recte qui-
dem, Hoc enim Euangelium, ſi modo tam impiam, tamq́;
abſurdam doctrinam, tam preclaro nomine dici fas eſt, è
denſiſsimis, vt gloriantur tenebris erutum, atq; in lucem p
latum non à Chriſto, nòn à quoquam Apoſtolorum, ſed à
Simone Mago ſibi per manus traditum acceperunt. Dicit
aliquis: Chriſtianos omnes eſſe ſacerdotes, æque mulierẽ,
aut puerum, vt papã abſoluere: Non eſt Catholicus. Quid
ita? quia doctrinam hanc non recipit Eccleſia Catholica.
Vetus eſt hæreſis hæc Quintilianorum, apud quos Epiſco
porum & ſacerdotum officio fœminæ fungebantur, quem
Li.2.hær. 49 errorẽ ſequuti ſunt ſicut authores ſunt Epiphanius & Au-
Here. 27. guſtinus. Quem errorem ſequuti ſunt ante trecentos trigin
ta annos pauperes de Lugduno, qui & Valdenſes vocã-
tur, centum vero & octoginta poſt ãnis Ioannes Vvicleff
hanc hæreſim ſopitam reſuſcitauit. Atq; ij ſunt Apoſtoli, à
quibus hoc Euangelium ad noſtri temporis pſeudoeuan-
gelicos manauĩt. Hæreſim hanc ſuo quoq; tempore fuiſse
Tertulianus indicat in libro contra Hæreticos. Dicit aliqs
Fidem ſolam ad ſalutem ſufficere, neq; prodeſſe quicquã
opera: Non eſt catholicus. Quid ita? quia hanc doctrinam

non recipit Eccleſia catholica,ſumpſit error hic originem ex Pauli ſcriptis male intellectis,ipſo adhuc Paulo ſuperſtite,ſicut iudicare nonnihil videtur Petrus. Quæ res, vt Auguſtinus teſtatur,adegiſſe videtur Iacobum ad Epiſtolam ſuam ſcribendam. Poſtea,ſicut idem tradidit,per Eunomium quendam error hic fuit renouatus, quem ipſe refellit in libro,quem inſcripſit de fide & operibus. Dicit aliquis: omnia opera eſſe æqualia,neq; ieiunium vllius,neq; virginitatem eſſe meriti maioris,quam coniugium, eſſe virginitati pares nuptias: Non eſt catholicus. Quid ita? quia non recipit doctrinam hanc Eccleſia catholica,quæ profecta ē ab authore Iouiniano. Qui cū eſſet monachus,relicto monachatu,velut canis ad vomitum eſt reuerſus,cuius errore seductæ ſacræ virgines irritam facientes primam fidē nupſerunt:quem duobus libris iugulauit Hieronymus. Dicit aliquis:non eſſe ſanctos inuocādos,nec haberi reliquijs eorum honorem oportere: Nō eſt catholicus. Quid ita? quia non recipit doctrinam hanc Eccleſia catholica, cuius primus author fuiſſe videtur Euſtachius,in concilio Gangrēſi damnatus: quam ſequutus eſt poſtea Vigilantius per Hieronymum erroris conuictus. Dicit aliquis: Miſſam nō eſſe ſacrificium,non eſt catholicus. Quid ita? quia doctrinā hanc non recipit Eccleſia catholica. Fuit error hic impius Petrobruſianorum,quos ante quadringentos annos confutauit vir doctus & pius,Petrus: Venerabilis,Abbas Cluniacenſis. Dicit aliquis,in ieiunando neq; ciborum delectū neq; dierum diſcrimen vllum habendum eſſe,quouis tempore cibos quoſlibet,etiamſi ſecūs Eccleſiæ conſtitutioni-

bus

*2. Petri vltio.*
*Hereſi. 54.*
*2. Petri. 11.*
*1. Timo. 5.*

bus cautum ſit recte ſumi: non eſſe pro mortuis Deum orandum, aut mediatoris ſacrificium offerendum: Non eſt catholicus. Quid ita? quia doctrinam hanc non recipit Ecclesia Catholica, quæ videtur authores habuiſſe Iouinianum & AEriũ, ſicut Philaſter, Epiphanius, Hieronymus Auguſtinus teſtantur, ante mille ducentos prope annos hæreſeos damnatos. Dicit aliquis: Chriſti & ſanctorum eius imaginibus non modo nullum habendum honorem, verum etiam è templis eas eijciendas eſſe: Non eſt catholicus. Quid ita? quia doctrinam hanc non recipit Eccleſia catholica, que etſi fuerit ante Fœlicem, præter hũc tamen authorem illius alium non reperimus: à quo fuit etiam hęc hęreſis Fœliciana vocata, cuius cauſa Frãcfordię ad Mænũ ante ãnos ſeptingentos quinquaginta ſex conciliũ fuit congregatum, quod, aliud centum annis ante præceſſerat ſecundum Nicænum, interiectũ autem fuit inter hæc duo tertium, per Gregorium tertium Romæ congregatum: ad quod cum prope mille Epiſcopi conueniſſent, veneratione imaginum confirmata, cum perſtaret in ſua pertinacia Leo tertius imperator, qui demolitus erat altaria, & imagines exuri fecerat, et impio, et cõmuniõe fideliũ fuit priuatus Quamuis extat ad Serenum Epiſtola Gregorij primi, qui fuiſſe videtur in ea hæreſi, vt imagines confringendas cenſeret ante annos prope millie. Dicit aliquis: vxores ducendas eſſe ſacerdotibus: Non eſt catholicus. Quid ita? quia doctrinam hanc non recipit eccleſia catholica: Quæ cum Paulo dicit: Si quis contentioſus eſſe velit, nos conſuetudinem hanc non habemus. Hæc hæreſis ad authorem Iouinianum

*Hereſi. 75. Libro de hæreſibus, hæreſi, 53.*

*Li. 7. Epi. cix & li. 9. Epi. 9*

*1. Corin. 11.*

nianũ referri põt. Nunq̃ in eccleſia catholica fuit ſacerdo tibus licitum vxores ducere, quàmuis fas aliquando fuerit quas duxiſſent ante ſacerdotium, deinceps retinere. Sed alio loco fortaſsis ea de re fuſius dicetur. Verum quid eſt neceſſe ſingulos hæreticorum errores, quos pridem ſopitos videmus hoc tempore reſuſcitatos enumerando recenſere vno verbo rem omnem complecti licet. Quiſquis Oecumenico concilio legitime congregato non credit, neq; decretis eius paret, ſed ſuum iudicium totius orbis iudicio præfert, nõ catholicus, verũ ſingularis eſt: hoc ẽ ſchiſmaticus & hæreticus. Rectè enim à diuo Bernardo dictũ eſt, quod omnibus vna intentio ſemper fuit hæreticis, captare gloriam de ſingularitate ſcientiæ. Atq; ideo niſi quod ipſi ſentiũt rectũ putant nihil. Catholicus, ſicut ante dictum eſt, idẽ eſt quod vniuerſalis: q aũt eiuſmodi eſt, exiſtimans ſe eſſe aliquid cũ nihil ſit, atq; inflatus ſenſu carnis ſuæ, & non tenens caput, ex quo totum corpus per nexus & coniunctiones ſubminiſtratum & conſtructum creſcit in augmentum Dei, nõ qđ vniuerſis, verum quod ſibi ſoli placet, id ſolum recipit, omnes deſipere, ſe ſolũ ſapere perſuaſum habet, atq; ita quoniam ſegregat ſemetipſum ab vniuerſitate, neq; rectum eſſe quicquam putat, niſi quod ipſe intelligit, ſingularis eſt: Hæreticus eſt: ſchiſmaticus eſt: non eſt catholicus, neq; ꝑtinet ad Eccleſiam catholicam, verum ad ſathanæ ſynagogam.

*In can. Serm. 65.*

*Galat. 6.*

*Colo. 2.*

## QVOD CONCILIVM OECVMENIcum Eccleſiam catholicam repreſentat. Caput. XXIIII.

NEqꝫ enim dubitare debet quiſquam Chriſtia nus, quin concilium Oecumenicum legitime congregatum Eccleſiam catholicam repræ ſentet. Quamobrem quod ab illo ſtatuitur ab Eccleſia ſancta catholica ſtatuitur: Quæ quoniam in ijs, quæ ad fidem pertinent ſpiritu ſancto regitur, errare nullo modo poteſt. Qui itaqꝫ non credit Oecumenico concilio, qui non acquieſcit in eo, quod ab illo definitum eſt, ſed in dubium reuocare conatur, denuoqꝫ diſceptari vult de ijs, quæ ſemel illius iudicio terminata, recteqꝫ conſtituta ſunt, non credit ſanctam Eccleſiam catholicam, ſpiritui ſancto per os illius loquenti repugnat: atqꝫ ideo Catholicus aut Chriſtianus dici non meretur, ſed habendus eſt, iuxta Chri

Matth. 18. ſti præceptum, tanquam Ethnicus & publicanus. Quam obrem non ſunt audiendi, qui denuo de ijs referri volunt, de quibus decreta conciliorum interceſſerunt. Quid enim ſuperiorum conciliorum actis reſciſſis an non ingens diſci plinæ, religionis, & inſtitutorum perturbatio, neqꝫ medio cris rerũ diuinarũ & hũanarũ omniũ eſſet cõfuſio ſequutu ra? Quid fide noſtra incertius? q̃d ĩſtitutis mutabili? q̃d Eccleſiæ ſtatu futurũ eſſet ꝑturbatius? Quis tãdẽ querẽdi, quis diſputandi finis eſſet futurus? Exoptatur ab omnibus concilium: quis autem eius erit vſus? ſi poſteàquam aliq̃d in eo decretum fuerit, poſt aliquod temporis interuallum de eo quod ſemel decretum eſt diſputare, atqꝫ illud reſcin dere, vel ſaltem in dubiũ reuocare licebit? Quid aliud hoc fuerit, quam efficere, vt ſemper fluctuent hominum conſci entiæ, ſi nihil pro certo & indubitato habuerint? vt poſſit

Paulinum

Paulinum illud dici: ſemper diſcentes, & nunquam ad ſci= 2. Timo. 3.
entiam veritatis peruenientes. Poſtulabatur hoc priſcis e=
tiam temporibus ab Arianis, vt quibus de rebus Nicenæ
ſynodi decretum interceſſerat, de ijs denuo diſceptare lice= Socrates li. 2.
ret: verum decretum eſt à pijs, ſufficere debere Nicenæ ca. 20.
ſynodi decreta, nec in illis quicquam deinceps curioſe di=
uexandum eſſe. Sed iſti putant, quod de dialecticis ſuis &
Rhetoricis, quodq; de locis communibus faciunt, vt in an
nos eos mutent, idem in tam ſerio fidei catholicæ negocio
facere licere. Sed alia eſt catholicæ, alia ſingularis & priua
tæ fidei ratio: In illa conſtans eſt & perpetua voluntas, in
hac & ritus, & doctrina mutatur in annos ac modo non in
dies ſingulos: ſicut ſcriptum eſt: Stultus vt luna mutatur. Eccle. 27.
De regis hominis decreto, poſteaquam ſemel pronuncia=
tum eſt, diſputare fas non eſt, ſed ei parere neceſſe eſt, & fas
erit de ſpiritus ſancti decreto per os Eccleſiæ loquentis di=
ſceptare, atq; illud in dubium reuocare? Abſit à piorũ cor=
dibus hæc tam impia cogitatio. Neq; vero propterea con=
cilium œcumenicum non repræſentat catholicam Eccleſi
am, quod non omnes ad illud etiam è vulgo conuocantur
atq; illi interſunt. Nam nec fieri id vlla ratione poteſt, ac ſi
maximè fieri poſſet, quid tamen aliud turba, quam turbati
onem eſſet allatura? Præclare dictum eſt à Chryſoſtomo, Homilia 1. in
quod multitudo mater eſt ſeditionis & contumatiæ, pau/ Matheum o=
citas vero magiſtra diſciplinæ: Neq; ſine cauſa multitudo peris imper=
bellua multorum capitum à quodam poeta vocat̃. Patres fecti.
liberorum ſuorum ſaluti & tranquillitati proſpicere conan
tur: Patrum autem locum in Eccleſia tenent Epiſcopi: Sa=

 tis

tis itaq; ſemper fuit exiſtimatum, ſi quos oportet de ſalute liberorum eſſe ſolicitos, ad quos ea cura proprie pertinet ij ex vniuerſo orbe Chriſtiano ad concilium eſſent conuocati. Cum de ſeculi rebus agitur, cumq; de ijs, quæ ad ſecularem Rempub: pertinent habetur conſultatio, fieri videmus, vt non omnes acterſantur vndiq;, quod ea res magis ad excitandum tumultum, quã ad aliquid ex vſu reipub: ſtatuendum pertineret. Sed conueniunt ſenatores, optimates, ac primarij terræ cuiuſq; viri: qui poſteaquam venerũt regnum vniuerſum aut Reſpub: conueniſſe dicitur, & quæ fiunt in eiuſmodi conuentu conſtitutiones, regni conſtitutiones vocantur: Quo magis autem intelligi queat ita ſe rẽ habere, manifeſtum id è ſcripturis faciemus. Poſt deſcrip-
3. Regum. 8. tam illius magnifici templi à Salomone fabricationem, dicit ſcriptura: Tum congregati ſunt omnes maiores natu Iſrael cum principibus tribuum, & duces familiarum Iſrael ad regem Salomonem in Ieruſalem, vt deferrent arcam fœderis domini de ciuitate Dauid, ac paulo poſt: Conuertitq; Rex faciem ſuam, & benedixit omni Eccleſiæ: omnis enim Eccleſia Iſrael ſtabat: Omni Eccleſiæ benedicẽs, omnem Eccleſiam Iſrael ſtetiſſe dicit, cum tamen antea maiores natu tantum, principes tribuum, & duces familiarũ commemoraſſet. Quid aliud ijs verbis indicans, quam qđ illi repræſentabant omnem Eccleſiam. Nam reliquus fere
Actuum 6. et 15. cetus omnis, à primarijs pendere conſueuit. Sed & in actis Apoſtolorum ſemel & iterum congregatum concilium, ac Apoſtolos tantum & ſeniores qui presbyteri græco nomine vocabantur, conueniſſe legimus. Auguſtinus quoq; non ſemel concilia vocat Epiſcoporum. Ante quẽ papa Mar-

cellus

cellus ſynodum vniuerſalem, ſynodum Epiſcoporum nominauit. Leo quoq; papa ſcribens Epheſino concilio, vocat Epiſcopale cõcilium. Extat Epiſtola Pulcheriæ Auguſtæ, ad quam nõ vnas literas à Leone ſcriptas legimus, qua monet Bithiniæ Strategum, ut clericos, monachos, laicos, quos nulla ratio ad concilium vocat, omnino de ciuitate deq; locis ipſis vbi concilium haberetur expelleret. In geſtis etiam Calcedonenſis concilij legitur, quod Epiſcopi catholici videntes quoſdam Aegypciacos non catholicos qui de Alexandria cum Dioſcoro hæretico venerant, laborare, vt intereſſent concilio, clamauerunt dicentes: Quod Epiſcoporum tantum concilium eſſet, alij vero expelli deberent. In eiuſdem ſynodi Calcedonẽſi actione prima ſcriptum reperimus, quod Martinus abbas, cum eſſet ab eo poſtulatum, vt geſtis Epheſini concilij ſubſcriberet, ad id faciendum adduci non potuit, quod Epiſcoporum officiũ id eſſe diceret. Vidit hoc Theodoſius Imperator, qui ſcribens ſanctæ ſynodo Epheſinæ primæ: Illicitum eſt, inquit, eum qui non ſit ex ordine ſanctorum Epiſcoporum, Eccleſiaſticis immiſcere tractatibus. Vidit & Valentinianus, cũ de hæreticorum dogmatis loquens: Mihi quidem inquit, cum vnus de populo ſim, fas non eſt talia perſcrutari: verũ ſacerdotes, quibus hæc cura eſt interſeipſos quocunq; in loco voluerint conueniant. Ac recte quidem. Nam ſicut legimus in actis Apoſtolorum, Solos Epiſcopos poſuit Deus regere Eccleſiam ſuam. illis dictũ eſt, paſcite, qui in vobis eſt gregem: Paſtorum eſt gregis curam habere, paſcendo iubendoq; ducere. Ouium eſt diſcendo & obtemperando ſe-

*Epiſtola. 15.*

*Soſonenus* Li 6. *Ca. 7.*

*Actuum. 20,* 1. *Petri.* 5.

 do ſe-

do ſequi. Quamobrem ſemper hoc à ſancta catholica Ec-
cleſia recte fuit obſeruatum vt ad iudicandũ de ijs, quę ad
ſanã doctrinam fidemq́; catholicã pertinerent, non admit-
terentur niſi catholici Epiſcopi, etiamſi ad cõſilium com-
municandum ex ordine quoq́; ſacerdotũ viri doctrina ex-
cellentes adhiberi cõſueuerunt. Quod vero reges & impe-
ratores interfuiſſe quãdoq́; legimus, non ob eam rem
adfuiſſe credẽdi ſunt, vt aliquid ipſi ſtatuerent de rebus ad
fidem pertinentibus, vtq́; ſibi cognitionem earum aut iudi
tium vſuparent, verum vt authoritatem, vnitatem, & con-
cordiam concilij tuerẽtur, & quæ ſalubriter eſſent in eo cõ-
ſtituta, ea vt ſeruarentur ab omnibus prouiderent. Habe-
mus ergo iam quæ ſit Eccleſia catholica: quo nomine non
pars: neq́; enim ſunt partes in Eccleſia, verum totũ quid-
dam ſignificatur. Docet hoc Auguſtinus, explicans illud è
Pſalmo 65. pſalmo: Iubilate Deo omnis terra: Nemo, inquit, in parte
iubilet, omnis terra iubilet, catholica iubilet, catholica totũ
tenet: quicũq́; partem tenet, à toto pręciſus eſt, vlulare vult
non iubilare. Non ſunt ergo partes in Eccleſia, quæ totum
tenet, in qua idipſum dicũt omnes, vt rectè de illa prophe-
Pſalmo 121. ta ſcripſerit: Ieruſalem quæ edificatur vt ciuitas, cuius par-
ticipatio in idipſum. Apud eos partes ſunt, qui ſe precide-
runt à catholica, de quibus dicit Iudas, quod ſegregauerũt
ſemetipſos. Quomodo autem ſegregauerunt? ſegregaue-
runt ſe, ſuo quodam ſingulari iudicio: Nam cum idem an-
tea ſenſiſſent quod nos, & quod vniuerſa ſentit ac ſemper
ſenſit Eccleſia, ab eo poſtea receſſerunt, atq́; ita ſingulares
quoſdam ſuos intellectus ſequuti, in varias partes diſſecti
ſunt

ſunt, vt iam dicatur pars Lutheri, pars Caluini, ſiue magi=
ſtri illius Zuinglij, pars Baltaſaris Anabaptiſtæ, atq; ita Ho.1. in Epi
Eccleſia, & in Eccleſia eſſe deſierunt, cum Eccleſiæ nomen ſtolam ad ga.
ſicut etiam à Chryſoſtomo traditum legimus, conſenſus,
concordiæq; nomen ſit, quæ niſi vna ſit, vnam fidem, vnam
ſpem, vnam charitatem retinendo, eccleſia dici & eſſe non
poteſt. Sicut Chriſtus diuiſus non eſt, ita neq; corpus eius 1. Corinti. 1.
Eccleſia, vnus dominus, vna fides, vnum baptiſma, vnus Epheſ. 4.
Deus & pater omnium, vna eſt domus Dei viui, ſancta ca 1. Timoth. 3.
tholica Eccleſia.

## TERTIA NOTA ECCLESIAE, QVOD ſit vna. Caput. XXV.

ATq; hæc tertia eſt Eccleſiæ nota, qua dinoſci
poſsit ab ijs, qui vel præciſi ſunt ab ea, cuius
generis ſunt, quibus interdictum eſt piorum
cœtu, quos vocamus excommunicatos, vel qui ipſi ſe vl=
tro præciderunt, quales ſunt hæretici & ſchiſmatici. Quos
cum in tot ſectas miſerè diſſectos videamus, manet nihilo=
minus Eccleſia noſtra catholica vna: de qua ſponſus in cã=
ticis clamat: vna eſt columba mea, perfecta mea, vna eſt Cant. 6.
matri ſuæ. Hanc illius vnitatem ſignificauit inconſutilis il= Io. 19.
la Chriſti tunica, quam qui Chriſtum crucifixerunt mili=
tes, non ſcindendam, ſed iuxta id quod prædixerat prophe Pſal. 21
ta, ſortem ſuper eam mittendam eſſe cenſuerunt. Hanc ſi= Exo. 12.
gnificauit vna illa domus: in qua comedebatur agnus, qui
figura fuit agni illius incõtaminati Chriſti ab origine mũ= Apoca. 13.
di occiſi

Ephesum 4 di octiſi. Hanc expreſsit Apoſtolus cum dixit, Vnum cor-
pus, Vnus ſpiritus: ſicut vocati eſtis in vna ſpe vocationis
veſtræ. Viſibilibus illa rebus, nimirum ſacramẽtis, fidei cõ-
feſsione, bonis operibus, publicis orationibus, in locum eti-
am ſæpe viſibilem, quæ domus orationis dicitur congrega
tur. Et propterea vocat eam Apoſtolus vnum corpus, qd'
ex multis viſibilibus membris conſtet, ne quis commenti-
tiam aliquam eſſe dicat, quæ ſub hominis aſpectum non
cadat. Porro qui congregat eã, qui vitam huic præſtat cor-
pori, ſpiritus ſanctus eſt: Propterea ſpiritum etiam vnum
Romano. 5 appellat, quod per eum in cordibus hominum diffuſa cha
ritate retinetur vnitas in vinculo pacis, vt idipſum dicant,
Roman. 15 idipſum ſentiant, idem ſapiant omnes, atq; vnanimes vno
ore honorificent Deum & patrem domini noſtri Ieſu Chri
ſti. Sola ergo ſancta catholica Eccleſia vna eſt, terra eſt v-
Gen. 11 nius labij, vnus in ea chriſtus adoratur, vna regula verita-
tis obſeruatur, deniq; multitudinis credentium eſt cor vnũ
Actuum 4 & anima vna. Videre autem licet admirabilem curam il-
lius & ſollicitudinem in vnitate ſpiritus retinenda. Cum
enim ex multis conſtet eccleſijs, quæ tamen omnes vna ſũt
Eccleſia, cum per orbem vniuerſum longe lateq; diffuſa,
linguarumq; & morum in ea ſit magna diuerſitas, eoſdem
tamen ritus, eaſdem vbiq; ſeruat ceremonias, quin & lin-
gua non niſi vna & eadem nimirum Latina ſacrificia per-
agit, laudeſq; Deo decantat, vt ſi quis etiam ab extremo or
be veniat homo Chriſtianus, eſſe ibi cor vnum, animam v-
nam, ſpiritum vnum intelligat. Nunc tu mihi eos circum-
ſpice, qui nomen Euangelij prætendentes, vt erroris in eo
ſui

ſui latebras conſtituant, ſe ab vna hac ſancta catholica Ecclesia ſegregauerunt. Quot homines, tot eſſe propè de dogmatibus fidei ſententias, neq; nobiſcum magis, quã ipſos inter ſe digladiari & diſsidere videbis, vt nullũ adferri certius erroris eorũ argumentum poſsit. In vna domo duos aliquando reperire vix licet, qui ſibi inuicem ex omni parte conſentiant, quodq; maiore etiam dignum eſt admiratione, aliud eos ijſdem de rebus hodie, cras aliud ſentire videas. Hinc illud præclare dictum à Chriſtiano & catholico principe Georgio quondam Saxoniæ Duce commemoratur: Nam ſcire ſe quidem dicebat, quid hoc ãno crederent vicini ſui vitembergenſes: quid vero proxime inſequenti anno credituri eſſent, ſe neſcire, quod ſubinde dogmata ſua variarent. Indicant hoc non modo libelli eorum verum & ritus toties correcti & mutati, conati ſunt illi alta ſapiendo, & humilibus non conſentiendo turrim Babel extruere. Ecce autem, quomodo depreſsit Deus eorum arrogantiam: Quæ fuit aliquando terra vnius labij, tantam in ea nunc linguarum confuſionem, factam eſſe cernimus vt non modo mutuo ſe, verum etiam ipſi ſe non intelligãt. Quis autem alius exitus eſt expectandus, niſi quem prædixit propheta? Diuiſum eſt, inquit, cor eorum, nunc interibunt, cum præſertim à Chriſto quoq; dictum ſit, quod omne regnum in ſeipſum diuiſum deſolabitur. Bellum hęreticorum, pax eſt Eccleſiæ: fidem illi noſtram, ſicut ab Hilario ſcriptum eſt, dum ſibi aduerſantur, confirmant. Neq; verò noſtro tantum hoc æuo ſic accidiſſe putandum eſt: Iampridem hoc ita futurum prophæta prædixit. Et cõcur

*Roma.* 11.
*Geneſis.* 11.
*Oſeæ.* 10.
*Lucæ.* 11.
*Li 7. de. Tri*
*Eſaiæ.* 19

rere.inquit,faciam Aegiptios aduerſus Aegiptios. Scripſit
*De preſcripti one aduerſus Hereticos*
etiã antiquiſſimus Tertulianus de ſui tẽporis hereticis,q̃d
etiam à regulis ipsi ſuis variãt iter ſe,dum ſuo proide mo=
dulatur vnusquisq; arbitrio quæ actepit,quẽadmodũ de
arbitrio ſuo ea compoſuit ille,qui tradidit.Quoties here=
ſis exorta eſt in Eccleſia,nõ ferè ſola exorta eſt. Nolo hic
cõmemorare Arios ,Eunomios,macedonios,quorũ ſecte
iam ſunt obſoletæ: quos in partes aliquod fuiſſe diuiſos,
Ambroſius,Epiphanius,Rufinus,Socrates,Theodoritus,
Sozomenus,ac qui pręceſſit hos omnes Euſebius memo=
riæ prodiderunt, ita vt cum eorum eſſent plura nomina,
*De fide lib. 1 Capite 4 Lib. 3 Hereſi 73. Lib. 1 Cap 25 Lib. 5 Cap 23 & 4 Lib. 2 Ca, 29 Lib. 8 Cap. 1 Lib. 4 Cap 7 Ser 66 in Cãtica*
vna tamen eſſet perfidia,impietate non diſſonans, cõmu=
nione diſcordans,non diſsimili fraude,ſed cogitatione diſ=
creta.Necq; dicam de ĳs,quibus æuo ſuo ante quadringen
tos annos idem actidiſſe ſcribit Bernardus. Patrũ aut cer=
te auorum noſtrorum memoria ſecta quædam in Bohe=
mia & Morauia nata eſt eorum,qui vtramq; ſpeciem Eu=
chariſtiæ neceſſario ſumi à Chriſtianis omnibus debere cõ
tenderent.Nunquid ea ſola fuit? minime gẽtium, ſimul vt
ab Eccleſiæ conſenſu ſemel diſceſſum eſt,ita variæ ſunt &
multæ ex vna hac hæreſes propagatæ, vt, quod omnibus
in confeſso eſt qui per eas prouincias iter faciunt, intra vni
us oppidi mœnia ſex aut ſeptem etiam ſectas reperire lice
at,raraq; domus eſt,in qua non aliud maritus, aliud vxor,
aliud liberi , aliud credat familia. Sic fit, vbi ab vno,
vbi à vero , vbi ab vnius ſanctæ catholicæ Eccleſiæ cõ-
ſenſu diſceditur,veritas enim haud quaquã eſſe multiplex
poteſt;ſed vt ſpiritus diuinus vnicus eſt, ita verum, quod
illo

illo docente cognoſcitur, non niſi vnum eſt. Quamobrem
euenit eiuſmodi, quod viatoribus vſu venire ſolet, ſi quãdo
à recto itinere oberrarit, vt enim illi alias ex aliȷs ſemitas in
gredientes vagantur & errant, nullum peritum regionum
ducem ſequuti, ſic iſti duce carentes Eccleſia, quã relique-
runt, cum de rectæ fidei religioniſq; curriculo deflexerint,
alia ex aliȷs impietatis diuerticula ſunt ingreſsi, capitibuſq;
diſſecti, cauda vero colligati in ſola vnius ſanctæ catholi-
cæ Eccleſiæ ſen tentia oppugnanda ſunt concordes, haud *Ioannis. 19.*
aliter quam olim Herodes & Pilatus, interſe paulòãte diſ
ſidentes, in domini paſsione fuerũt amicicia fœderati. Hu
ius rei figuram fuiſſe putat Auguſtinus, quod Samſon vul *In Pſal. 80.*
pium caudas colligaſſe legitur, vulpes enim inſidioſos ma
ximè hæreticos ſignificant, doloſos, fraudulentos, cauerno
ſis anfractibus latentes, & decipientes, de quibus etiam in
canticis dicitur: capite nobis vulpeculas exterminantes vi *Can. 2.*
neas.

## QVOD ALITER VNITAS RETINERI non poteſt quàm ſi vnus aliquis præſit Eccleſiæ, cui pareant omneis. Caput XXVI.

QVAM autẽ cauſam eſſe dicemus, quod
cum perpetuo ſibi cõſtet Eccleſia, ſitq; ad/
mirabilis quædam in ea fidei dogmatũ con
ſenſio, qui ſemel ab ea deſciuerunt, tanta ẽ
eorum interſe diſtractio, & opinionum va-
rietas? Quam aliam? niſi quod qui permanent in Eccleſia
fas eis non eſt, vt ambulent inflati ſenſu carnis ſuæ, vt ſuos *Coloſ. 2.*
aliquos itellectus adferãt ſingulares, quos mordicus poſt-

ea tueantur & defendant:ſed cum ſint vnius corporis mẽ-
bra,cuius caput Chriſtus eſt,neceſſe eſt,vt caput ſuum te-
2.Corinth.10 neant,atq; in illius obſequium intellectum ſuum captiuẽt.
Porrò qui caput eſt Eccleſiæ Chriſtus ad patrem ſuum cœ-
leſtem ex hoc mundo migraturus,atq; ita facturus, vt ge-
nus humanum corporali ſua præſẽtia deſtitueret,cum ſub
Ioannis. 18. ſuæ tempus paſsionis oraſſet patrem, vt eos quos dederat
ſibi,ſeruaret,vt eſſent vnum,ſicut ipſe cum patre vnum eſt
quo facilius vnitas hæc ſempiternis tẽporibus retineri poſ
ſet,aſcenſurus ad patrem vni curam Eccleſiæ ſuæ manda-
Ioannis. 21. uit,vni Petro paſcendas oues ſuas commiſit, vnum illum
principem deſignauit multis argumentis, vt ipſe quidẽ in
cælis author eſſet vnitatis perpetuæ:Petrus autem,& quiſ-
quis ei ſucceſsiſſet,eiuſdem retinẽdæ dux & princeps in ter
ris haberetur.Vnitatis itaq; conſtituendæ principiũ Chri-
ſtus,retinendæ per eundem Chriſtum Petrus & eius ſucceſ
ſor ſtatuitur.Hoc vniuerſa credidit antiquitas.Hoc ſacro-
ſanctum Nicœnum conciliũ confeſſum eſſe legimus;Hoc
modo non ædita voce clamat ipſa natura, quod non pót
aliter ordo conſiſtere, non poteſt aliter vnitas in Eccleſia
retineri,quàm ſi præſit vnus.Hoc in apibus,hoc in gruibus
hoc in alijs etiam plæriſq; brutis animantibus videre licet:
habent caput vnum,ducem vnum,quem ſequuntur.Sic in
arboribus videmus multos ramuſculos ad virgam, mul-
tas virgas ad ramum,multos ramos ad ſtipitem, multos
ſtipites ad radicem vnam infigi,vt omnia ſocia fiant,& ſuc
cum,qui eſt in radice,participent.Sicut à Paulo dicitur:So
Romano. 11. cius radicis & pinguedinis factus es.Quod ſi in naturis re-
rum

rum, multo magis idem fieri neceſſe eſt in humana ſocieta-
te, quæ niſi ab vno aliquo gubernetur, ſtare nō poteſt. Pro-
pterea dicit dominus per Prophetam: Suſcitabo ſuper eos Ezechiel. 34.
paſtorem vnum: Et rurſus: Paſtor erit vnus omnium eorū, Ezechiel. 37.
& in Euangelio: Erit vnus paſtor, & vnum ouile: Quem Ioannis. 10.
vnum & ſolum bonum Paſtorem libenter Chriſtum ag-
noſcimus, libenter eum eſſe caput & fundamentum Eccle
ſiæ profitemur. Quin & illud non obſcurę ferimus, nos cre-
dere, quod ſolus ille ſufficiat ad Eccleſiam ſuam regendā,
gubernandam, & in vnitate conſeruandam. Cæterū ſicut
ipſe eſt qui ſacramenta perficit omnia, ipſe eſt qui baptiſat,
ipſe eſt qui peccata dimittit, ipſe eſt verus ſacerdos, qui cū
ſemetipſum ſemel obtulerit in ara crucis, ſua virtute cor-
pus ſuum & ſanguinem ex eo quod panis erat & vinū cō-
ficit, vt iterum offeratur non in mortem, ſed in mortis recor
dationem, & tamen quia cum ſuis fidelibus non erat in cor
pore permanſurus, miniſtros elegit, quibus in ſacramentis
adminiſtrandis vteretur: Sic ipſe caput, ipſe gubernator ē
Eccleſiæ ſuæ, ipſe ordinem in ea ſimul & vnitatem conſer-
uat. Quoniam verò præſentiam ſui corporalem & viſibilē
Eccleſiæ ſubtracturus erat, vnius vti miniſterio voluit, per
quem vnitas hæc retineretur, cui præ ceteris oues loco ſui
paſcendas commiſit, ac à ſei pſo petitū cognomen tribuit. Ioannis. 21.
Nā cum petram eſſe Chriſtum dicat Apoſtolus, cum Pe- 1. Corinth. 10
tro in conſortium indiuiduæ vnitatis aſſumpto nomē hoc
communicare dignatus eſt. Tu es, inquit, Petrus, & ſuper Matthei, 16.
hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. Quibus verbis
cum vno ore à ſanctis patribus tam græcis, quā latinis Ec-

cleſia ſuper Petrum ædificata dicitur, tantum abeſt, vt qc-
quam ea re Chriſti gloriæ detractum exiſtimari poſsit, ma
gis vt etiam illuſtrata videatur. Neq; enim quiſquam eſt,
qui eat inficias, quin illud vniuerſa prædicat Eccleſia, Chri
ſtum eſſe petram illam inuiolabilem, eſſe lapidem illum
*Epheſ. 2.* angularem, qui fecit vtraq; vnum, èſſe fundamentũ præter
*1. Corinthi. 3* quod nemo poteſt aliud ponere. Sed cum verum ſit illud
*De diuinis nominibus ca. 4* quod à diuo Dionyſio ſcriptum eſt: Bonum eſſe ſui ipſius
maximè diffuſiuum & communicatiuum, quid magis fa-
cere potuit ad gloriam illuſtrandam, ad incredibilẽ ſui bo-
nitatem toti mundo manifeſtandam, quã ſi quod ipſi po-
*Ioannis. 8.* teſtate propriũ eſt, id participatione quadam eſſe ſibi cum
homine commune voluiſſe diceretur? Nunquid non ſolus
*Matthei. 6.* ipſe lux eſt inacceſsibilis, quæ illuminat omnem hominem
venientem in hunc mundum? & tamen Apoſtolis dixiſſe
*Matthei. 19.* legitur: Vos eſtis lux mundi. Nunquid nõ ipſe ſolus bonus
eſt? nam nemo bonus niſi Deus: Sunt & hæc tamen illius
*Lucæ. 5.* verba: Bonus homo de theſauro cordis ſui profert bona.
Nunquid non ſolus ipſe peccata remittit? nam hoc nõ eſt
*Ioannis. 20.* niſi Dei proprium: Eandem tamen poteſtatem ſacerdoti-
bus quoq; conceſsit dicens: Quorum remiſeritis peccata,
remittentur eis. Sed quid opus eſt hæc enumerando recen
ſere? Poteſt ne quiſquam eſſe glorioſus, quam & dici, & eſ-
ſe Dei filium? Hanc quoq; gloriam adeo non inuidit mor-
talium generi ſumma illa bonitas, vt quod ſolus ipſe natu
*Romanorũ 8* ra eſt, nos quoq; per adoptionis gratiam Dei patris filios
& hæredes, fratres autem ſuos & cohæredes eſſe vellet. Et
non intelligunt ſpiritus iſti fanatici, iuſto Dei iudicio in re-
probum

probum ſenſum dati,ſe eſſe potius,qui Chriſti gloriam ob
ſcurent,dum de illius bonitate detrahunt,qua ille tanta ẽ,
vt cum ſemetipſum tradiderit,cum ſanguinem ſuum pro
nobis fuderit,veriſsimile non ſit,eſſe quicquam,quod com
municare nobiſcum paratus non ſit. Cum præſertim iſta
cauſa fuerit,quamobrem Dei filius fieri dignatus eſt,vt ho
minum filijs,dei filijs eſſe liceret.Continet itaq; virtute ſua
molem Eccleſiæ Chriſtus, ac inuiſibiliter eam gubernat:
Sed quemadmodum in ſacramentis cum ipſe ſolus inuiſi-
biliter operetur omnia,miniſterio tamen vtitur viſibilium
ſacerdotum,ſic viſibilem in terris elegit miniſtrum,ꝑ quem
Eccleſiæ molem hanc ſuſtineret, per quem gregem ſuum
viſibilem inuiſibilis ipſe gubernaret.Eſt igitur petra Chri-
ſtus,eſt petra fides de Chriſto,quàm confeſſus eſt Petrus:
eſt petra Petrus ipſe confitens Chriſtum.Hęc adeò ſibi nõ
aduerſantur,vt niſi credas Eccleſiam ſuper Petrum confi-
tentem Chriſtum ædificatã eſſe,nihil credas,nec vbi ſit Ec
cleſia ſcire queas.Nam ſi petram nolis niſi Chriſtum ipſũ
intelligere,quod futurum Chriſtus prædixit, dicet Luthe-
rus,Ecce hic eſt Chriſtus:dicet Zuinglius ſiue Caluinus, Lucæ. 17.
ecce hic eſt:Anabaptiſtæ contra apud neutrum eſſe dicent
ſed ſibi ſolis eum vendicabunt.Idem Adamitæ facient,idẽ
Iconomachi.Quid ergo aliud,quam commenticia erit Ec
cleſia?cuius nec fundamentum,nec ædificium agnoſci po-
terit.Si vero fidem interpreteris petram,quam confeſſus ẽ
Petrus,idẽ illud eueniet.Nã & hãc iſti certatĩ ad ſe rapient,
ſibiq; ſiguli certatĩ vſurpabũt.Quãobrẽ ſi talẽ eſſe volum⁹
Eccleſiam, quæ videri & agnoſci poſsit,neceſſe eſt, vt viſi-

bilem

bilem eſſe petram ſtatuamus, ſuper quam illa ſit viſibilis ædificata, vt petræ nomine Petrum Petriq́; ſucteſſorem cõfitentem Chriſtum intelligi velimus. Hoc eſt quod dicit

*Li. 1. contra Iouinianum.* Hieronymus: Super petrum fundatur Eccleſia, licet idipſum in alio loco ſuper omnes Apoſtolos fiat, & cuncti claues regni cælorum actipiant, vt ex æquo ſuper eos Eccleſię fortitudo ſolidetur, tamen propterea inter duodecẽ vnus eligitur, vt capite conſtituto ſchiſmatis tollatur occaſio.

*De ſimplicitate prælatorũ* Quod ante illum ſcriptum erat etiam à Cipriano. Hoc erant vtiq́; cæteri, inquit, Apoſtoli quod fuit Petrus, pari cõſortio præditi honoris & poteſtatis, ſed exordium ab vnitate proficiſcitur, vt Eccleſia vna monſtretur. Sed & ãte hũc

*Epiſtola: 3.* Anacletus, qui vixit Apoſtolorum temporibus, licet omnes inquit pares eſſent Apoſtoli, Petro tamen à domino eſt conceſſum, & ipſi inter ſe idipſum voluerũt, vt reliquis omnibus pręeſſet Apoſtolis, & Cephas id eſt caput & principium teneret Apoſtolorum. Quoniam itaq́; vna eſt Eccleſia ſuper vnũ qui claues eius actepit voce domini fundata eſt, per quem fit, vt Epiſcopatus etiam vnus ſit multorũ Epiſcoporum concordi numeroſitate diffuſus, ſicut ad Iu-

*Lib. 4. epiſ. 2.* baianum, & ad Antonianum ſcribens teſtatur Cyprianus

*Contra luciferanos.* Hieronymus quoq́; ſalutem Eccleſiæ dicit à ſummi ſacerdotis dignitate pendere, cui ſi non exors quædam, & ab õnibus eminens detur poteſtas, tot in Eccleſijs efficientur ſchiſmata, quot ſacerdotes. Neq́; enim aliunde ſchiſmata & hæreſes obortæ ſunt quam inde, quod ſacerdoti Dei non obtemperatur, dũ Epiſcopus qui vnus eſt & Eccleſiæ præeſt, ſuperba quorundam præſumptione contemnitur, & homo digna-

mo dignatione Dei honoratus ab indignis hominibus iudicatur, quemadmodum ad Florentium Pupianum, & ad Cornelium ſcribens teſtatur ſanctus ille martyr Ciprianus: Vnum itaq; toti preeſſe Eccleſiæ vſq; eò neceſſarium eſt vt abſq; hoc Eccleſia vna eſſe non poſsit. Vnus autem hic Petri Apoſtoli ſucteſsor ſit oportet, atq; indè eſt quod Eccleſia noſtra quemadmodum vna, ita etiam Apoſtolica dicitur. Li.4. epi. 9. Li.1.Epi. 3.

## QVARTA ECCLESIAE NOTA QVOD ſit Apoſtolica. Caput XXVII.

ET hæc quarta iam eſt Eccleſiæ nota. Cum autem vocamus eam Apoſtolicam, non excludimus patriarchas & prophetas. Neq; enim ab Apoſtolis, quemadmodum antea non ſemel dicta eſt, verum ab ipſo Adã, ſiue filio eius Abel exordium ſumpſit Eccleſia, quæ edificata eſt ſuper fundamentum Apoſtolorum & prophetarum. Ephеſum. 2. Nam quod Apoſtoli factum eſſe prædicauerunt, id prophetæ futurum prędixerunt. Dicitur itaq; Eccleſia Apoſtolica, in qua & doctrina Apoſtolorum, & legitima eſt Epiſcoporum ſucteſsio, à temporibus Apoſtolorum ad hæc vſq; noſtra deducta Porrò doctrina Apoſtolorum, non ſcripto tantum, verum & traditione conſtat, quos quæ ad conſtituendam Eccleſiam, quæ ad fidem quæ ad religionem, quæ ad ritus & ceremonias pertinent, multa docuiſſe dubium nõ eſt, quæ nuſquam ſcripta reperiuntur. 2.Theſſalo. 2. Scribẽs ad Theſſaloniceñ Apoſtolus dicit. State & tenete traditiones quas didiciſtis, ſiue

per ſermonem ſiue per epiſtolam noſtram. Quibus verbis
palam indicat, præter ea quæ ſcripſerat, ſe non minus præ-
clara, quin & preclariora ſolo ſermone docuiſſe, cum ſer-
monem priuſquam Epiſtolam nominat. Id quod vel indè
magis etiam liquet, quod qua ratione cœnæ dominicæ me
moria celebrari debeat verbo tradidiſſe videtur. Ita
*1. Corinthi. 11* enim dicit ſcribens ad Corynthios. Cætera nimirum de
ſacramento Euchariſtiæ, cum venero diſponam. Ex quo
*Epi. 118. ca. 6* loco ſcribens ad Ianuarium colligit Auguſtinus, à Paulo
totum illum ordinem agendi, quem vniuerſa per orbē Ec-
cleſia tenet inſtitutum eſſe, quod nulla morum diuerſitate
*1 Corinth. 11* variatur. Alio quoq; loco dicit idē Paulus: Laudo vos fra-
tres quod per omnia mei memores eſtis, & ſicut tradidi vo
*2. Thimoth. 2* bis præcepta mea tenetis. Rurſus Timotheo ſcribens, quę
audiſti inquit à me per multos teſtes hæc comenda fideli-
bus hominibus qui idonei erunt et alios docere. Quibus ex
verbis illud intelligere licet quod etiam ab Ireneo ſcriptū
*Libro. 3. ca. 4* eſt de multis rebus quæ literis mandatę non erant, edoctā
ab Apoſtolis recentem illam Eccleſiam fuiſſe, quæ ſucceſ-
ſores Apoſtolorum Epiſcopi ſibi per manus ab illis tradi-
ta, ſuis vicisſim ipſi ſucceſſoribus Eccleſiæq; tradiderunt.
Quamobrem quiſquis Apoſtolicam Eccleſiam credere ſe
profitetur, cum non modo quæ ſcripta, verumetiam quæ
viua voce tradita ſunt per Apoſtolos, tenere oportet, quæ
niſi recepta fuerint, de ſumma fidei noſtræ periclitabimur.
Neq; enim alia re magis differre viſi ſunt à Catholicis hæ-
retici pleriq; quam quod ij ſolas recipiebant ſcripturas, illi
vero traditionibus etiam Eccleſiaſticis inherendum eſſe
cenſebāt

cenſebant. Hoc eſt quod apud Theodoritum legimus, ex non ſcriptis ſermonibus, piè tamen intellectis Arianos eſſe damnatos. Nam cum reijcerent illi vocē Homouſij, propterea quod nuſquam in ſcripturis reperiretur. Athanaſius & qui cum eo faciebant Epiſcopi catholici teſtimonio patrum qui doctrinam hanc ab Apoſtolis receperant, eos refellebant. Nam Apoſtolorum eſſe traditionē quod filius eiuſdem cum patre ſit ſubſtantiæ Fœlix pontifex ad Benignum ſcribens teſtatur. E ſcripturis Eluidius Mariæ perpetuam virginitatem, è ſcripturis Donatiſtę, paruulorum baptiſmum impugnabant, ſed ſicut illum Hieronymus, ita hos Auguſtinus Eccleſiæ traditione refellit, cuius tantam eſſe vim Paulus voluit, vt non dubitanter diceret. Etiamſi aut angelus de cœlo euangeliſet vobis præterquam quod Euangeliſauimus vobis, anathema ſit, ſicut prædiximus, et nunc iterum dico, ſi quis vobis euangeliſauerit præter id quod actepiſtis, anathema ſit. Non dixit ſi quis vos docuerit aliter quam ſcripſit aut Matheus, aut Marcus, aut Lucas, aut Ioannes, aut quam ipſi ſcripſimus, ſed preter id qđ Euangeliſauimus, hoc eſt prædicauimus vobis, præter id quod ipſi coràm docuimus, & concionādo tradidimus vobis, præter id quod actepiſtis, hoc eſt audiuiſtis, & coram didiciſtis à nobis. Quatuor eſſe Euangelia quæ ſcriptura nobis prodit: & tametſi quis ea non credat hæreticus eſt. Credimus igitur non quia ſcriptum eſt, ſed quia ſic ab Apoſtolis legittima Epiſcoporum & ſacerdotum ſuctesſione per manus nobis traditum eſt. Ad eundem modū tres perſonas Deum vnum eſſe, nulla nobis expreſſe tradit ſcri

ptura, atq; adeò ne reperitur quidem perſonæ nomen in ſcripturis de Deo dictum, ſicut nec Trinitatis. Nos tñ tres pſonas dicim9, nó qa ſcriptura dicit inqt Augu. ſed qa ſcriptura nó cõtradicit, & qa ſic ab Apoſtolis, & eorũ ſucteſſoribus traditum actepimus. Quorum etiam eſſe traditionẽ vt paruuli baptiſentur Dioniſius & Origenes teſtant᷑. Sed & quod in miſſæ ſacrificio pro defunctis oratur, apoſtolorum eſſe traditionem narrat Chryſoſtomus. Quod de maioribus Eccleſiæ cauſis ad ſedem Apoſtolicam ſit referendum, Apoſtolos inſtituiſſe ſcribit Zeuerinus Pontifex, & martÿr, quamuis ante eum alÿ quoq; nonnulli ſymbolum quod vocant apoſtolicum ab Apoſtolis confectum eſſe narrant Cyprianus, vel potius Ruſinus, illius enim videt᷑ eſſe ſymboli explicatio, quæ Cÿpriano quoq; ĩſcribit᷑, Hieronymus, Auguſtinus, Leo pontifex & alÿ. Neq; tamẽ vel in actis apoſtolorum vel in reliqua noui teſtamenti ſcriptura vniuerſa vlla ſit eius rei mentio. Sed quorſum attinet ſingulas Apoſtolorum traditiones enumerare, quarũ bonam partem inuenire licet apud Origenem, Tertulianum, Athanaſium, Baſilium, Hieronymũ. Multa eſſe refert Auguſtinus quæ neq; in literis Apoſtolorum, neq; in concilÿs poſteriorum reperiuntur: & tamen quia per vniuerſam cuſtodiuntur Eccleſiam non niſi ab ipſis Apoſtolis tradita et comendata creduntur.

*Li.7.de Trini.cap.4.*
*Libro. 5. Ca.7. ecclesi. hierarchiæ.*
*Li.5. in epiſ. ad Romanos*
*Homi.3.in epiſ. ad Phili.*
*Ad Pammachium aduerſus Hereſes Ioanni. Hieroſolimitani.*
*Serm.115. & 181.de tẽpore*
*Epi.24. & 13*
*Ho. 5. in numeros.*
*De coro.mili.*
*In li.de varijs queſtionibus.*
*Li de ſpi ſan. ca.23. & 29.*
*Li.2.ca.7. de baptiſmo paruulorum.*

## QVOD VBI LEGITIMA EPISCOPOrum ſucteſsio eſt, ibi doctrina Apoſtolorum, ibi vera eſt vna, ſancta, catholica Apoſtolica Eccleſia. Caput. XXVIII.

Didicimus

DIDICIMVS ergo iam, ibi eſſe Apoſtolicam Eccleſiam, vbi eſt doctrina Apoſtolorum. Porrò doctrina Apoſtolorum ibi eſt, vbi eſt legitima Epiſcoporum ſucceſsio, à temporibus Apoſtolorũ ad hęc vſq; noſtra, quæ ſucceſsio vbi non eſt, ibi non eſt Eccleſia Chriſti, ſed Satanæ ſynagoga. Hanc Eccleſię notam quia non habent, non agnoſcunt Hæretici, nam neq; traditiões Apoſtolicas admittũt, cum Arianis atq; alijs hæreticis nihil præter ſcripturas recipientes. Neq; ferre poſſunt aures eorum, vt de legittima Epiſcoporum ſucceſsione quicquã dicatur. Nobis verò, tantò maiore alacritate excipienda ẽ nota hæc, quãtò magis abhorrere ab illa hæreticos & ſchiſmaticos videmus, quandoquidem non fuit ferè quiſquam ſanctorum patrum, qui nõ eam inter præcipuas Eccleſiæ notas numerauerit. Ireneus apoſtolorum temporibus fuit proximus, eius hæc verba ſunt. Agnitio vera, eſt Apoſtolorum doctrina, & antiquus Eccleſiæ ſtatus in vniuerſo mũdo, ſecundum ſucceſsiones Epiſcoporum, quibus illi eam quæ in vno quoq; loco eſt Eccleſiam tradiderunt, quæ ꝑuenit vſq; ad nos cuſtodita. Et alio loco ijs tantum Epiſcopis obedire iubet qui ſucceſsionem habent ab Apoſtolis, qui cum ſucceſsione Epiſcopatus chariſma veritatis acceperunt, reliquos verò qui abſiſtunt à principali ſucceſsiõe, quocunq; loco colligantur ſuſpectos haberi vult. Neq; multò poſterior Tertulianus, vbi de hæreticis ait: Cupio inquit, oſtendant mihi ex qua authoritate prodierint, edãt origines Eccleſiarum ſuarum, euoluant ordinem Epiſcoporum ſuorum, ita per ſucceſsiones ab inicio decurrentem

Li.4. Ca. 63.

Li.4. Ca.43.

*De præſcrip. aduerſus hereticos.*

 vt primus

Vt primus ille Epiſcopus, aliquem ex Apoſtolis vel apoſto
licis viris qui tamen cum Apoſtolis perſeuerauerit habue-
rit authorem & anteceſſorem. Hoc enim modo Eccleſiæ
Apoſtolicæ cenſus ſuos deferunt, ſicut Eccleſia Smirneorũ
Policarpum à Ioanne collocatum refert, ſicut Romanorũ
Clementem à Petro ordinatum edit, proindè vtiq; & cete-
ræ exhibent quos ab Apoſtolis in Epiſcopatũ conſtitutos
apoſtolici ſemini traduces habeant. Confingant tale aliqd
Li. 4. Epiſt. 9 hæretici. Porrò Cyprianus, tantum huic notæ tribuit, vt Ec
cleſiam eſſe dicat, plebem ſacerdoti ſuo adunatam, & pa-
ſtori ſuo gregem adherentem, ac adducens verba illa Pe-
tri: Domine ad quem ibimus verba vitæ æternæ habes: lo-
quitur inquit ibi Petrus, ſuper quem ædificanda erat Eccle
ſia, docens, & ſi contumax & ſuperba audire nolentiũ mul-
titudo diſcedat, quod Eccleſia tamen Chriſtianorum non
recedit, ad extremum ſcire debes, inquit, Epiſcopum in Ec
cleſia eſſe, & Eccleſiam in Epiſcopo, & ſi qui cũ Epiſcopo
non ſint, in Eccleſia non eſſe, & fruſtra ſibi blandiri eos, qui
pacem cum ſacerdotibus Dei non habentes obrepunt, cũ
Eccleſia quæ catholica vna eſt, ſciſſa non ſit neq; diuiſa, ſed
ſit vtiq; connexa, & coherentium ſibi inuicẽ ſacerdotũ glu
Li. 1. Epiſto. 6 tino copulata. Ac rurſus ad Magnum ſcribens: Eccleſia in-
quit vna eſt, quæ vna intus eſſe & foris non poteſt. Si enim
apud Nouatianum eſt, apud Cornelium non fuit, ſi verò
apud Corneliũ fuit, qui Epiſcopo Fabiano legittima or-
dinatione ſucceſsit, Nouacianus in Eccleſia non eſt. Ibi in-
dicauit Eccleſiam eſſe Cyprianus vbi fuiſſet papa Corne-
lius. Neq; diſsimiliter Hieronymus qui ſcribens ad Dama
ſum,

ſum, faceſſat inquit inuidia, Romani culminis recedat am
bitio, cum ſucteſſore piſcatoris & diſcipulo crucis loquor.
Ego nullum primum niſi Chriſtum ſequendum, beatitudi
ni tue id eſt cathedræ Petri communione conſotior, ſuper
illam Petram ædificatã Eccleſiam ſcio, quicũꝗ extra hanc
domum agnũ comederit, profanus eſt, ſi quis in arca Noe Geneſis. 7.
non fuerit, peribit regnante diluuio: ac paulo poſt: Nõ no=
ui inquit Vitalem. Meletum reſpuo, ignoro Paulinum, q=
cunꝗ tecum non colligit, ſpargit, qui Chriſti non eſt, Anti
chriſti eſt. Sic ille vir ſanctiſsimus iuxta ac doctiſsimus, q/
cunꝗ cum ſucteſſore piſcatoris Damaſo papa non colli=
gerent, ſataniſtas & antichriſtos eos haberi voluit. Itaꝗ ni
hil habere cum illis commune volebat, quod apertius etiã
in proxime inſequenti ſcribit Epiſtola, In tres inquit partes
ſciſſa Eccleſia, ad ſe rapere me feſtinat. Ego interi clamito
Si quis cathedræ Petri iũgitur, meus eſt, Meletius, Vitalis,
atꝗ Paulinus tibi herere ſe dicunt, poſſem credere ſi hoc v=
nus aſſereret: Nunc aut duo mentiuntur, aut omnes. Tan=
ta fuit Apoſtolicæ ſedis authoritas, vt illi ſe hærere etiam
hæretici fingerent, cui qui non eſſet iunctus, eum pro ſuo nõ
habebat Hieronymus. Qui quod eo loco ſcribit, idem etiã Li. 5. Capi. 3.
Theodoritus teſtatur, de Paulino, deꝗ Apolinari quod a=
ſeuerabat vterꝗ ſe cum Damaſo ſentire, quo facilius mor=
bum ſuum tegere poſsit. Auguſtinus in pluribus locis no=
tam hanc agnoſcit, qui diſertis etiam verbis, extra Eccleſiã
eſſe pronunciat, qui relicto epiſcopo, Dei ordinatione ſuc=
cedanea preſidente, aut ſibimetipſis, aut ſemetipſos conſti
tuunt Epiſcopos, prepoſitos, primates, Cuius hæc etiã ver=
ba leguntur

*Contra epiſt. Manichei. ca. 4.* ba leguntur. Multa ſunt quæ me in Eccleſiæ gremio iuſtiſſimæ tenent. Tenet conſenſio populorum, atq; gentium, tenet authoritas miraculis inchoata, ſpe nutrita, charitate aucta, vetuſtate firmata, tenet ab ipſa ſede Apoſtoli Petri, cui paſcendas oues ſuas dominus poſt reſurrectionem ſuã commendauit, vſq; ad præſentem epiſcopatum ſacerdotũ ſucceſsio, tenet poſtremò ipſum catholicæ nomẽ, quod nõ ſine cauſa inter tã multas hæreſes, ſic iſta Eccleſia ſola obtinuit, vt cum omnes hæretici ſe catholicos dici velit, quærenti tamen peregrino alicui, vbi ad catholicam conueniatur? nullus hæreticorum vel baſilicam ſuam, vel domum audeat oſtendere. Rurſus in pſalmo contra partem Donati: *In principio tomi 7.* Numerate inquit ſacerdotes, vel ab ipſa Petri ſede, & in ordine illo patrum quis cui ſucceſsit videte, ipſa eſt petra, quam non vincunt ſuperbæ inferorum portæ. Quod autem in eo pſalmo ſcripſit, In epiſtola ad Generoſum ipſe *Epi. CLXV.* fecit, ac Romanos Epiſcopos inuicem ſibi ſuccedentes enumerauit: A Petro vſq; ad Anaſtaſium, quibus enumeratis in hoc ordine inquit ſucceſsionis, nullus Donatiſta Epiſcopus inuenitur. *Lib. 2. contra Donatiſtas.* Quod idẽ ab Optato quoq; qui fuit æqualis Auguſtini factum legimus. Is contra Parmenianũ ſcribens, eum ſcire dicit Petro primo cathedram epiſcopalem eſſe collatam, in qua ſederit omnium Apoſtolorũ caput Petrus, indè Cephas appellatus eſt, in quo vno cathedræ vnitas ab omnibus ſeruaretur, vt iam ſchiſmaticus eſſet, qui contra ſingularem cathedram alteram collocaret. Ergo cathedra vnica quæ eſt prima, ſedet prior Petrus, cui ſucceſsit Linus, ac enumeratis vſq; ad Sericium qui tum in

cathedra

cathedra Petri ſedebat Romanis Pontificibus, Veſtræ inquit cathedræ vos originem reddite, qui vobis vultis ſanctam Eccleſiam vendicare. Simili enumeratione ſucteſsionis Pontificum Romanorum, vſus eſt antiquiſsimus Ireneus, quo in loco ſimul illud aſſeuerat, quod ad Romanã Eccleſiam propter potentiorem principalitatem, neceſſe ẽ omnem conuenire Eccleſiam, hoc eſt eos qui ſunt vndiq; fideles, in qua ſemper conſeruata eſt ea quæ eſt ab Apoſtolis traditio. Longum eſſet ſingulos enumerando recenſere qui ex hac nota ſucteſsionis Apoſtolicæ Eccleſiam agnoſcendam eſſe putauerunt. Qua in ſententia cum fuerint antiquiſsimi Ireneus, Tertulianus, Cyprianus, Hieronymus, Auguſtinus, Optatus, nota hæc Eccleſiæ quam ſancti patres omnes agnoſcunt vna omnium clariſsima, maximeq; Eccleſiæ propria eſt habenda, quantumlibet reclamantibus hæreticis, qui eam ſibi nulla ratione poſſunt arrogare. Quibus & nos cũ Tertuliano, & Optato dicere poſſumus. Oſtendant ex qua authoritate prodierunt, edant origines Eccleſiarum ſuarum, euoluant ordinem Epiſcoporum ſuorum, reddant originem cathedræ ſuæ, confingant ſaltem aliquid de ſucteſsione legitima, ſed neq; quod confingant habent. Nam illud in confeſſo eſt non modo nullam eſſe apud illos ſacerdotum & Epiſcoporum ſucteſsionem qui ante triginta hos annos nati ſunt, verumetiam eorum Eccleſias, nunc quoq; ſacerdotibus & Epiſcopis legitime ordinatis, præterquam ſi qui à catholica defecerunt, prorſus carere. Quamobrem apud eos templa videre licet, ſicut ſacrificio, ita & ſacerdotio deſtituta in horrea nonnulla, ple- Lib. 3 Cap. 3

racꝫ in ſtabula nè dicam in caulas conuerſas. Egregia verò Eccleſia, in qua nullus Epiſcopus, nullus ſacerdos, nullum eſt ſacrificium, in qua cuiuis de fece vulgi, prorſus illotis quod aiunt manibus, & ad ſacramentorum, & ad verbi miniſterium citra vocationem vllam legittimam accedere licet. Quare cum ipſi in Eccleſia non ſint, illud omni ope contendunt & elaborant, vt ne vlla ſit Eccleſia. Cum enim niſi vna ſit vlla eſſe non poſsit, vna autē eſſe nequeat niſi ex vno pendeat qui preſit omnibus, ad vnum hūc expugnandum ſuas omnes machinas conuertūt, quod ideò per membra ſua facit ſathanas, ſicut à Cypriano ſcriptū ē, ideò præpoſitum Eccleſiæ ſua infeſtatione perſequitur, vt gubernatore ſublato, atrocius atcꝫ violentius circa Eccleſiæ naufragia graſſetur. Itacꝫ Sataniſtarum, non eſt maius aliud ſtudium, quam vt quem Chriſti vicarium, quem Petri ſucceſſorem eſſe vident, cuius miniſterio fieri perſpiciūt, vt in Eccleſia ſpiritus vnitas in vinculo pacis retineatur, eius authoritati detrahant, eum inuiſum et exoſum reddāt omnibus. Aliter enim diſpergere cum ſatana non poſſunt, niſi quo miniſtro Chriſtus vtitur, in colligendo grege ſuo, quem precioſo ſanguine ſuo redimere dignatus eſt, ab eo quam fieri poſsit maximè voluntates hominum auerſas reddant. Quemadmodum, qui vult regnum euerſum aut aliquam in eo ſeditionem concitatā, caput regni petit imprimis, illud famoſis libellis proſcindit, & quibuſcuncꝫ pōt artibus in odium & contemptum omnium adducere conatur: Sic illi, dum huc vnum ſtudent, vt Eccleſiam pturbent, vt illius vnitatem ſcindant, caput Eccleſiæ ſub Chriſto capi

Li. 1. Epiſt. 3.

ſto capi

ſto capite, quibuſmodis poſſunt etiam confictis criminati onibus oppugnant. Intelligit ſathanas: quod etiam à Cypriano ſcriptum eſt, concordiam ſimul iunctam omnino vinci non poſſe. Quamobrem ſicut lupus ouem à grege ſecernere, ſicut actipiter columbam ab agmine volantiũ ſeparare, ſic ille, cum ſibi ſatis aduerſus omnes virium non eſſe videat, circumuenire querit ſolitudinem ſingulorum. Ac per quem fieri videt vt ſimul iungantur omnes, eũ omni ratione cupit euerſum. Sed eæ ſatanæ inſidiæ, cauendæ ſunt pijs omnibus, tantoq́ maiore ſtudio enitendum illis eſt, vt in vna ſancta, catholica, apoſtolica Eccleſia perſeuerẽt, quemq́ illi preſidere ſuo loco Chriſtus voluit, ei dicto ſint audientes, ad eum ſi qua ſit de fidei dogmatibus dubitatio exorta referant. Nam hoc ita fieri oportere, ab ipſis Apoſtolis inſtitutum eſt, neq́ ſecus fuit vnquam in Eccleſia catholica obſeruatum. Habentur libri conciliorum, in quos nõ mõ acta ſynodorũ, verũ etiã epiſtolæ multorũ ſãctorũ põtificũ & martyrũ ſunt relatæ. Legat qui volet Anacleti, Euariſti, Aelxandri, Seuerini, Marcelini, Cornelij, Lucij, Melchiadis, Marci, Iulij, Innocentij, Damaſi, Leonis, Agathonis, Gelaſij, Hormiſdæ epiſtolas, non aliter ſe rẽ habere perſpiciet. Verum & ex quatuor illis concilijs quæ haud aliter atq́ quatuor Euangelia recipiuntur ab omnibus ijs qui Chriſtiani cẽſeri volunt, idem ipſum cognoſcet. Neq́ diuerſum reperiet in Eccleſiaſtica hiſtoria vbi commemoratur, conſilium quoddam Antiochiæ celebrarum, authoritatem vel hoc nomine non habuiſſe, quod ei nec Iuli- Socrates. li. 2 capite. 8.

us interfuit maximæ Romæ Epiſcopus, nec in locum ſuũ aliquem deſtinauit, cum vtiq; regula Eccleſiaſtica iubeat, non oportere præter ſententiam Romani Pontificis conci

Epiſtola. 90. lia celebrari. Extat inter Auguſtini Epiſtolas vna, patrum concilij Carthaginenſis in qua petunt ab Innocentio Papa, vt concilij ſui ſtatutis Apoſtolicæ ſedis adhibeatur authoritas. Extat & alia eiuſdem argumenti, ab Auguſtino et cæteris Epiſcopis in concilio Milenitano congregatis ſcripta, cui reſpondens Innocentius, diligenter inquit & con

Epiſtola. 92. grue apoſtolico conſulitis honori, honori inquã illius, quẽ ſollicitudo manet omnium Eccleſiarum, ſuper anxijs rebus quæ ſit tenenda ſententia, antiquæ ſcilicet regulæ formam ſequuti, quam toto ſemper ab orbe, mecum nouiſtis eſſe ſeruatam. Ac paulo poſt: Scientes quod per omnes ꝓuincias, de apoſtolico fonte petentibus reſponſa ſemper emanant, preſertim quoties fidei ratio ventilatur, arbitror omnes fratres & Epiſcopos noſtros, non niſi ad Petrum, id eſt ſui nominis & honoris authorem referre debere. Quod autem à patribus in Aphricano & Milenitano concilio cõgregatis, idem cum ab alijs, tum ab his qui cum Athanaſio conuenerant Alexandria, factum eſſe legimus. Sed qd catholicos commemoramus, quorum nemo fuit vnquam qui de fidei cauſis, ſi quid eſſet in dubium vocatum non ad ſedem Apoſtolicam referendum eſſe putaret. Etiam hære

Socrates lib. 2. capite. 11. ticos id feciſſe Eccleſiaſtica docet hiſtoria, vbi legitur Euſebius conſtantinopolitanus Epiſcopus ad põtificem Romanum Iuliũ miſiſſe, atq; ab eo petiuiſſe, vt in cauſa Athanaſij iudex ipſe vellet. Quin tota illa ſynodus Epiſcoporũ

quæ

quæ fuit Antiochio cùm Euſebio congregata, acta ſua e-iuſdem Pontificis iudicio comprobari petiuit. De Fortunato pſeudo epiſcopo ab hæreticis conſtituto, deq; Baſilide, quod ad Petri cathedram appellauerit, memoriç prodidit Cyprianus. Fecit idem Petrus Habailardus Bernardi têporibus. De Celeſtio verò ſcribit Auguſtinus, quod is beati Papæ Innocentij literis non eſt auſus obſiſtere, immo ſe omnia quæ ſedes illa damnauerat damnaturum eſſe promiſit. Idem hoc factum eſt à noſtri temporis hæreſiarcha, cuius hæc uerba ſunt ad Leonem decimum Beatiſsimo papa, proſtratum me pedibus tuæ beatitudinis offero, cum omnibus quæ ſum & habeo, viuifica, occide, voca, reuoca, approba, reproba, vt placuerit, vocem tuam, vocem Chriſti in te preſidentis & loquentis agnoſcam. Quamuis hæc illius hipocriſis non diutius quam illa Celeſtij durauerit. Neq; verò ſine cauſa factũ eſſe tãta fuit ſemꝑ Romanæ Eccleſiæ authoritas, in qua ſicut ſcribit Auguſtinus apoſtolicę cathedræ ſemper viguit principatus. Nam cum aliæ omnes Eccleſiæ quibus Apoſtoli prefuerunt, à fide defecerint, ſola hæc ſancta & apoſtolica mater, mater omnium Eccleſiarum, Chriſti Eccleſia, per omnipotentis Dei gratiam, à tramite apoſtolicæ prędicationis nunquam erraſſe, nec hęreticis nouitatibus deprauanda ſuccubuiſſe probatur, ſed quam ab exordio fidei Chriſtianæ normam, ab ipſis Apoſtolis acçepit, in ea ſemper illibata permanſit. Defecit Ieroſolimitana Eccleſia cui preſedit Iacobus, defecit Achaia vbi Andreas, defecit Aſia vbi Ioannes, defecit India vbi Thomas, defecit Perſis vbi Iudas, defecit Aethiopia vbi

*Li.1.Epi.3.et 4.*

*Ber.epi. 109*

*Augu.de peccato origina li.li.2. ca.7.*

*Epiſ. 142.*

 Mathe-

Matheus, defecit Frigia vbi Phillipus, defecit Græcia vbi Paulus, ſola fuit & eſt Eccleſia Romana, ad quam ſicut

Li 1.Epiſt. 3. præclarè ſcribit Cyprianus nunquam acteſum habere po

Libro. 3. tuit perfidia. De qua ſcribens ad Rufinum Hieronymus, Scito inquit, Romanam fidem, apoſtolica voce laudatā,

Galat. 1. iſtiuſmodi prēſtigias non recipere, etiamſi angelus aliter ānunciet quam ſemel prædicatum eſt, Pauli authoritate munitam non poſſe mutari. Ad Damaſum quoq; ſcribens

Li.1.cō.Ruſi. apud ſolos Romanos incorruptam ſeruari dicit Patrum authoritatem. Quodam etiam loco Romanam fidem eā= dem eſſe vult fidem catholicam. Fidem ſuam inquit quā vocat? eamne? qua Romana pollet Eccleſia, an illam quę in Origenis voluminibus continetur? Si Romanam reſpō derit, ergo catholici ſumus. Rurſus ad Pammachium, & Oceanum ſcribens. Quiſquis es inquit, aſſertor nouorum dogmatum, quæſo te, vt parcas Romanis auribus, parcas fidei quæ Apoſtolico ore laudata eſt. Cur poſt quadringē= tos annos docere nos niteris quod ante neſciuimus? cur p= fers in medium quod Petrus & Paulus edere noluerunt? vſq; ad hunc diem ſine iſta doctrina mundus Chriſtianus fuit? Illam ſenex tenebo fidem, in qua puer natus ſum. Vſ=

Zoſo.l.7.c.4 q; adeo autem Romana fides catholica ſemper fides eſt habita, vt Gratianus Imperator quo imperante vixit Hie ronymus noluerit de fide diſputari, verum ædictum fece= rit vt cuncti ſubditi eam religionem retinerent, quam ver= tex apoſtolorum Petrus inicio tradidiſſet, ac tum Dama= ſus Romanus Epiſcopus cuſtodiret, quod non modo in Eccleſiaſtica legitur hiſtoria, verumetiam edictum ipſum

in codicē

in codicem imperatoris Iuſtiniani relatum eſt. Ex ijs omnibus perſpicuum cuiuis eſſe poteſt ex eo tēpore quo Chriſtus in cœlum aſcendit, quantum fuerit Apoſtolicæ hoc ē Romanæ ſemper Eccleſiæ tributum, ad quam de fidei cauſis referebatur, quod ibi potiſsimum ſarcita iri damna fidei ſpes eſſet vbi non poſſet fides ſentire defectum. Quam ſolius ſedis huius prerogatiuam eſſe dicit Bernardus. Et ſunt interea, qui neſcio cuius Vittembergenſis heri quod aiunt & nudius tertius natæ Eccleſiæ indicio ſcripta ſua ſubijcere malunt, quam illius omnium antiquiſsimæ ſanctiſsimęq; Eccleſiæ, cui totam doctrinam Apoſtoli, cum ſanguine ſuo profuderunt, cui Euangelium ſuum Petrus & Paulus, ſanguine quoq; ſuo ſignatum reliquerunt. Quæ mille iam quingentis, & amplius annis ita eſt catholica ſemper & apoſtolica habita, nūquam vt vlla fuerit hæreſeos labe maculata. In qua videre etiamnum licet viros & vitæ ſanctimonia & doctrina preſtantiſsimos. Neq; enim exiſtimandum eſt ſi quando ad Petri cathedram de cauſis maiorib⁹ refertur ſolum eſſe Paulū aut Iulium pōtificem qui de illis iudicet. Habet ille lateri ſuo aſsidentes totius orbis viros doctiſsīos qbus ipſe minīe doctrina ſecūdus pręſidet, de quorū cōſilio de rebus grauioribus pronunciat. Quamobrem ferendi non ſunt, qui pontifici ſe dicto audientes fore profitentur, non autē Paulo aut Iulio, ſibiq; hoc arrogāt ſuum ut eſſe velint iudicium, quando vt Pontifex, quādo vt Iulius decernat. Quæ ſi ſemel admiſſę fuerint captiones, omnis erit è terris obedientia ſublata: Cur enim non eadē ratione ſibi ſumat quiſquam, vt de Regis ſententia iudicet

*C. de ſumma trini. Lib. I*

*Epiſt.* CXC

quod Sigiſmumndum non autem regem pronunciaſſe di-
cat: nihil captione hac pernicioſius cogitari poteſt.

## QVOD FIDES ECCLESIAE PROPTER ea deſerenda non ſit quod præſident illi quandoq; q vitæ non omnino ſunt inculpatæ. Ca. XXIX.

Epiſtola. 137.

CAEterum verũ eſſe illud comperimus quod ab Auguſtino ſcriptum eſt, quod cum nõ habeant hæretici quod in cauſa ſuæ diuiſionis defendant, non niſi hominum crimina colligere affectant, & ea ipſa plura falſiſsime iactant, vt quia ipſam diuinæ ſcripturæ veritatem qua vbiq; diffuſa Christi Eccleſia commendatur criminari & obſcurare non poſſunt, homines p quos predicatur adducant in odium de quibus fingere qc quid in mentem venerit poſsint. Nunquam enim id ab vllis hæreticis tam eſt impudenter factum, quam hoc infœlici noſtro ſæculo fieri videmus. Cum enim ſe malam habere cauſam intelligant, ad eas artes ſe conuertant quibus vti conſueuerunt ij qui malas cauſas defendendas ſuſceperunt. Cumq; ſint in Rhetorum preceptis diligenter exercitati non alia in re magis laborant, quam vt odio, inuidia, & huiuſmodi motibus animorum excitandis, hominibus imperitis errorem obijcere queant. Quamobrem Eccleſiæ preſides, præcipue vero Christi Viccarium Petriq; ſucceſſorem falſis etiam criminationibus in odium & contemptum omnium adducere conantur. Quæ eſt autem iſta tam

inſana

inſana maledicendi rabies? aut à quo alio quàm à ſathana authore profecta? facilè vt ſataniſtā agnoſcere liceat. Certè Dei præceptum eſt. Principi plebis tuæ non maledices. Exodi. 22.
Dei digitto ſcriptum eſt, maledici, regnum Dei non conſequentur. 1. Corinthi. 6
Atqui ex iſtorum libris, ſi quis maledicta & conuicia, ſi falſas criminationes auferre velit, charitas propemodum omnes vacuas reliquerit, is demum Euangelij propugnator habetur acerrimus, qui pontificem Romanum & reliquos Epiſcopos, omni conuiciorum genere quā acerbiſsime fuerit inſectatus, ac demus hoc illis deflexiſſe aut deflectere quandoq; de recto vitæ curriculo pontificem, nunquid ideo fides in Chriſtum quam ille docet abijcienda eſt? Præclare dictum eſt à Tertuliano, ex perſonis probamus fidem, an ex fide perſonas? De preſcriptionibus aduerſus hereti.
Dummodo ille recta doceat, quēadmodum recta docere certum eſt, quid mea refert, qua ſit ille vita? Deinde verò, quis ego ſum qui ſedētem in Petri cathedra ſeruum iudicem alienum? domino Romano. 14.
ſuo ille ſtat aut cadit, vni illi vitæ ſuæ commiſsiq; pontificatus rationem redditurus. Cum ventum erit ad Chriſti tribunal, ante quod omnes nos oportet manifeſtari, nō queretur à nobis quid pontifex fecerit, non illius ſed noſtræ à nobis vitæ ratio repoſcetur, referet vnuſquiſq; propria corporis prout ipſe geſſerit, ſiue bonum ſiue malum. Prout ipſe (inquit) non prout pontifex geſſerit. 2. Corinthi. 5.
Quamobrem non ſibi ſumat ouis vt à quo venit ipſa iudicanda paſtorem ſuum iudicet, neq; qua ſit ille vita quicquam ad ſalutem ſuā intereſſe putet. Securum te Chriſtus hac in parte fecit dicens. Matthe. 23.
Quæ dicunt facite, que autem faciunt facere nolite,

dicunt enim & non faciunt. Dicunt quæ Dei ſunt, faciunt
quæ ſua ſunt, dicunt bona ex cathedra Moyſi, faciũt ex pe-
ſtilentia ſua, Non eſt itaq; deſerenda ſanctitas cathedræ,
neq; propter paſtores malos, gregis eſt vnitas diuidenda.
*Iacobi. 2.* Monet Iacobus ne Chriſti fidẽ in acceptiõe ꝑſonarũ habe
*Contra literas Politiani li. 1. ca. 2.* am9 qñqdẽ ꝑſonarũ reſpectus vt ẽ apud Auguſti. erroris ẽ
mater, q etiã à ꝑfido fidẽ ꝑcipi poſſe docet. Per aſinã loq do
*Numeri. 22.* minus dignatus eſt, qui minus loquatur per hominẽ quã-
uis grauibus flagitiis coopertum? Spiritus vbi vult ſpirat,
etiamſi voluntati eius is qui loquitur nõ conueniat. Bala-
ham precio conductus vt populo dei malediceret profec-
tus fuerat, contra tamen atq; animo deſtinauerat, ſimulac
*1. Regũ. 19.* in conſpectum populi venit, ei benedixit. Saul Rex ad oc-
cidendum Dauidem properauerat, cuius poſteaquàm po
teſtas erat facta, contra quam propoſuerat, veniens ad cu
neum prophetarum in quo fuerat Dauid, prophetauit &
ipſe coram Samuele cum cæteris, cum factus eſſet ſuper eũ
ſpiritus domini. Quis ignorat quales fuerint ſacerdotum
principes & ſcribæ temporibus Herodis? qui tamẽ ubi na-
*Matth. 2.* ſceretur Chriſtus interogati, ſemota quauis cunctatiõe di-
xerunt: In Bethleem Iudæ Caipha quid eſſe potuit nequius
qui quem ſcelerate nactus erat Pontificatum pręcio redẽ-
ptum, geſſit etiam ſceleratius, & tamen is cum diceret ex-
*Ioannis. 11.* pedit nobis, vt vnus moriatur pro populo, & non tota gẽs
pereat, non à ſemetipſo hoc dixit, quemadmodum Ioãnes
teſtatur, ſed cum eſſet pontifex anni illius prophetauit, ſi
non deſtituebatur dono prophetiæ, quamlibet eſſet impi-
*Matth. 23.* us qui ſedebat in Moiſi cathedra, certe multominus eo de-
ſtitui credendus eſt qui ſedet in cathedra Petri, ſuper quẽ

Chriſtus ædificauit Eccleſiam ſuam, cuius à domino cura Matthei. 16
ſuſcipitur ſpecialis, pro cuius fide proprie ſupplicatur, tanquam aliorum ſtatus certior ſit futurus, ſi mens principis victa non fuerit, aduerſus quem nunquam eſſe portas inferi preualituras promiſit is, qui mentiri & fallere neſcit. Numerentur omnes pontifices à Petro ad hunc vſq; Iuliū tertiū, null9 ī iſta cathedra ſedit Arian9, null9 donatiſta, null9 Pelagian9, nullus Lutheranus, nullus qui hęreſim aliq̄ ꝓfeſſus eſſet. Non abs re autem fuerit, quæ ſcripta ſunt in annalibus de Vigilio papa breuibus cōmemorare. Cum is per ſcelus ad Pontificatum perueniſſet, nam Siluerium papā, cuius erat Diaconus inſtigante Arguſta de ſede ſua deturbandum atq; in exilium deportandum curauerat, quod is omnia ſe prius & facere & pati paratum diceret, quam vt quod Auguſta tanto ſtudio poſtulabat Anthemium qui propter Entichetis hæreſim de ſede Conſtantinopolitana per Agapetum anteceſſorem ſuum deiectus fuerat in ſedē illam reſtitueret, poſteaquam in locum Siluerij opera Auguſtæ infectus ac pontifex Romanus deſignatus eſt, ea lege, vt quod Siluerius conſtanter facere detrectabat, id ipſe facturum ſe, atq; Anthæmium reſtiturum ad Eccleſiam cōſtantinopolitanam promitteret, res eſt admiratione digna ſtatui vt Petri cathedram aſcendit, idem illi quod Saul euenit: Nam ſuper eū quoq; factus eſt ſpiritus domini, cūq; longe alio anio ad Eccleſię gubernacula acceſſiſſet admonit9 ab Arguſta ꝓmiſſi prius extremę quoq; ſe paſſurū reſpōdit quā vt hæreticum in ſedem ex qua meritò ſuo deturbatus fuerat reſtitueret. Cumq; multa probra, multos etiā

graues cruciatus,famemq; diuturnam in carcere protuliſſet,tulit omnia forti animo,quòd multo ſe grauiora ſupplicia commeritum diceret, qui malis artibus pontificatum aſſequutus,horrendum facinus contra ſanctum pontificē Siluerium deſignaſſet,Non fuit hic pontifex in primo ſuo ingreſſu Caiphe diſsimilis,effecit tamen ſedis huius priuilegiū,vt à fide aberrare non potuerit, quodq; īpie promiſerat,id pie poſtea negauit,ac eo quo decebat animo Chriſtianum pontificem,tulit omnia potius æquo animo quālibet acerba,quam vt aliquid indignū Petri ſucceſſore de religione ſtatueret.Ex quo videre licet quātum ſit Romanæ ſedis priuilegium.Nam vt ab alijs peccatis, non ſemp immunes fuerint Romani pontifices, obtinuit tamen hoc venerabilis & efficax oratio Chriſti,quemadmodum ſcribit ſanctus Leo quod hactenus fides Petri non deficit, nec defectura creditur in trono illius in ſeculum.Quæ propriæ ſunt inferorum portæ,nunquam aduerſus hanc ſedem hæreſes vllæ præualuerunt,nec deinceps etiam per Dei miſericordiam preualebunt.Quare meritò ſanctiſsimi vocant qui ſedent in iſta cathedra,quamuis enim non omnes habeant vitæ ſanctitatem,quam habere ſine innocentia nemo poteſt,eſt tamē ſicut ab Auguſtino memoriæ proditū

*Contra literas Peliliani Lib. 2 ca. 48*

legimus quædam vnctionis,eſt quedam ſacramenti quoq; ſanctitas qua carere nunquā poſſunt. Quamobrē nihil pios monere debet,ſi forte ij preſunt aliquando in Eccleſia q non ſunt ſine crimine, Quin illud potius reputare ſecū debet homo CHriſtianus, quod non ſine iuſto DEI iuditio

*Matthe. 10.*

dantur Eccleſiæ præſides, Nonne duo paſſeres aſſe vene-

unt dicit

unt dicit CHRiſtus, & neuter eorũ cadit in terrã ſine pa-
tris veſtri voluntate. Cum ille nec minima fieri ſine volun-
tate Dei dicat, exiſtimat aliquis ſumma & magna aut non
ſciente, aut non permittente Deo in Eccleſia fieri? & ſacer-
dotes ac diſpenſatores eius non de eius ſententia ordinari?
Hoc eſt dicit Cyprianus fidem non habere qua viuimus, *Li.1.Epiſt.3.*
hoc eſt Deo honorem non dare, cuius nutu & arbitrio regi
omnia & gubernari ſcimus & credimus. Ex quibus Cypri
ani uerbis illud diſcimus, quòd certò nobis perſuaſum eſſe
debet, Dei iudicio fieri ſacerdotes, Epiſcopos & Eccleſiæ
præſides, & eos aut ſciente, aut permittente Deo ordinari.
Scit autem Deus quos probat, neſcit quos reprobat. Sic e- *2.Timothei.2*
nim ait Paulus de ijs qui probati ſunt, nouit dominus qui
ſunt eius. Reprobis verò dicit ipſe dominus in Euangelio.
Neſcio vos vndè ſitis, ſic & fatuis virginibus. Amen dico *Luce. 13.*
vobis neſcio vos. Sciente ergo Deo fiunt probati ſacerdo- *Matthei.25.*
tes & pontifices, permittente autem Deo fiunt ij, qui ſunt
minus probati, nam facit quandoq; Deus hypocritam re- *Iob. 34.*
gnare propter peccata populi, vt ſit ſicut populus ita & *Eſaie.24.*
ſacerdos, qui ſi malus eſt, ſibi malus eſt, neq; tibi quicquã
eius improbitas efficit, ſi factis eius malis non communi-
cas, tibi mandatum eſt, non vt in vitam illius inquiras, ſed
vt quæ dixerit facias, cum præſertim ex ea dicat cathedra
cuius quemadmodum antea dictum eſt, cura Deo eſt ſpe-
cialis. Explicans illa verba diuus Hieronymus, qui reci- *Matth.10.*
pit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ
accipiet. Præmiſerat inquit qui recipit vos, me recipit, & qui
me recipit, recipit eum qui me miſit. Ad ſuſceptionem ma-

giſtrorum diſcipulos prouocauerat. Poterat occulta eſſe credentium reſponſio, ergo & Pſeudoprophetas, & Iudam proditorem debemus recipere, & illis alimoniam miniſtrare? Hoc dominus ante procurans dicit, non perſonas ſuſcipiendas eſſe ſed nomina, & mercedem non perdere ſuſcipientes, licet indignus fuerit qui ſuſceptus ſit. Non perſonas itaq; Chriſtus, ſed nomina ſuſcipi vult, hoc eſt, nō vult attendi qualis perſona ſit, quoue vitæ merito, cuius miniſterio Deus vtitur, ſiue in Eccleſia ſua gubernanda, ſiue in doctrina propaganda, ſiue in ſacramentis adminiſtrandis Iudas ne ſit an Petrus, an Paulus attendi non vult, ſed ſolū hoc quod ſedet in cathedra Petri, quod Apoſtolus, quod Chriſti legatus, quod ſacerdos, quod Epiſcopus, quod angelus ē dn̄i exercituū de cuiꝰ ore legē Dei reqrere iuſſus es, hoc ſolū ſpectari vult. Si Iudas ē qn̄quidē apoſtolus eſt & pro Chr̄o legatiōe fūgit̄, nihil te moueat q̄d fur ē. Audi ni-

Li. 2. contra epiſt. Parmeniani. ca. 11. hilomius reuerenter, audi diligēter, audi legationē eius obedienter. Quæ dixerit facito, quæ fecerit facere nolito. Non

Ioannis. 12. ad ipſum refer animum, verum ad illum cuius nomen gerit: Euangelium dicit Auguſtinus fur quoq; Iudas ſine detrimento fidelium prędicauit, ac quicumq; non recepit illū Chriſtum, ipſum non recepit, qui æque Iudæ dixerat, atq; Petro vel Ioanni, qui vos reijcit, me reijcit. Si vero Petrus eſt, aut Ioannes qui eadem legatione fungitur & dictis pareto, & facta imitare. Interea erit ſalus noſtra, ſi ex ſancti-

Hieremi. 17. tate pendebit docentium, aut ſacramēta miniſtrantiū. Prauū ē & iſcrutabile cor homis vt q ſctūs, quiue minus ſctūs ſit, non poſsit niſi ſolus ille ſcire qui ſcrutat̄ corda et renes.

Itaq;

Itaq; fit non raro ſanctus vt eſſe videatur qui non eſt, quiſq; perſecutor ē aut publicanus hodie, cras fiat Apoſtolus Quamobrem à propheta rectè dictum eſt, maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem brachium ſuũ Etiamſi quis certò ſciat, iuſtum aliquem & innocentem eſſe, atq; omni prorſus macula carere, tamen ſi in illius ſanctitate ſpem ſuam collocat, ſi ſalutem ab illo expectat, maledictus eſt, nam domini eſt ſalus & vana ſalus hominis. Pridem hæretici ſunt habiti, & Auguſtini ſæculo Donatiſtæ, & Bernardi æuo qui ſe vocabāt Apoſtolicos, qui vtriſq; noluerunt ibi eſſe Eccleſiam Apoſtolicam vbi non eſſet vita Apoſtolica, & ſacramentorum dignitatem, ex miniſtrorum virtute meciebantur. Quamobrem procul abſit à mentibus piorum error hic, quin ĳ potius cum audiunt eos qui pręſident aliquorum criminũ inſimulari, ac eos infamiæ nota aſperſos per hominum ora traduci, meminerint ſcriptum eſſe. Qui cito credit leuis eſt corde, ac Shem & Iaphet imitentur laudatos. Noe filios, qui tegere ſunt & cooperire conati, quam impium illũ Cham, cui merito poſtea pater maledixit, qui verenda patris nudare auſus eſt. Certum eſt, multa contra eos crimina falſo à ſataniſtis confingi qui ſedent in Petri Cathedra, & euenire fere ſolet, ĳs qui ſumma cum poteſtate verſantur, etiam ſi nulla inre ab officio ſui religione declinauerint, & voculas tamen hominũ, eorumq; reprehenſionem quandoq; non effugiant, vt non ſine cauſa dictum illud celebretur. Regium eſt male audire cum bene feceris, tutius fuerit in hanc partem peccare, ſi conuicĳs iſtorum & impudentibus nonnunquam calũ-

*Hieremi. 17.*

*Pſalmo. 3.*
*Pſalmo. 59.*

*Sermo. 66. in cantica.*

*Eccle. 19.*
*Gene. 9.*

ījs, non modo fides non habeatur, verum ne aures quidē accommodentur, ſi modo peccatum dici poteſt, quod in laude potius poni debet. Ingentē gloriam ex hac ſua Chriſtiana pietate & modeſtia chriſtianiſsimus imperator Cōſtantinus conſequutus eſt, cui cum eſſent oblati libelli in quibus crimina quedam ſacerdotum & epiſcoporum continebantur, non ſatis habuit, quod eos exuri fecerat, cum ſe ab illis non illos à ſe iudicari oportere diceret, verū & hoc inſuper adieciſſe legitur, ſi forte ſuis oculis turpe facinus aliquod Epiſcopum deſignantem conſpexiſſet, obtenturus id fuerit paludamento ſuo, ne cuius oculi ea re offenderentur. Sed hic dicet aliquis, quid autem ſi teſtatiora ſunt non vnius alicuius, verumetiam multorum oculis quæ ab ījs quæ præſident nefaria patrantur, ſi non eam quam oporteret Eccleſiæ curā gerere, ac quibuſuis alījs in rebus potius, quam in ījs, quæ propriæ ad ipſorum officium pertinēt mentes occupatas habere videntur: Quid aliud quam illud faciendum eſt, quod feciſſe diſcipulos legimus, cū dormiente Chriſto nauiculam fluctibus operiri vidiſſent, excitarunt enim eum dormientem dicentes. Domine ſalua nos perimus. Hoc diſcipulorum exemplum, quicumq; pījſunt imitari debēt, vident nauiculam in quam aſcēdit chriſtus, hoc eſt, vnam, ſanctam, catholicam, Apoſtolicam Eccleſiam, ita procellis ac tempeſtatibus iactari atq; agitari, vt mergēda iamiam eſſe videatur. Simul & hoc intelligūt, tempeſtatis huius non poſtremam eſſe cauſam, quod in vicarījs ſuis obdormiuit Chriſtus, qui commodis huius mūdi deliniti, profundo ſomno, ita ſunt conſopiti, vt quamlibet vellices

*Theodo. lib. I cap. II*

*Matthei. 8.*

bet vellices

bet vellices, quamlibet inclames, nó queant expergiſci. Có
fugiant ad ſummū nauclerum Chriſtū accedant ad ipſū
in fide nihil heſitantes, eum in viccarijs ſuis dormientem
excitent, ac ſupplici voce prçcantes exclament, Domine
ſalua nos perimus. Expergiſcere in ijs quibus in gubernã=
da Eccleſiæ tuæ naui, vices tuas committere dignatus es.
Excitet eos è profundo ſomno, ſpiritus timoris tui, ac per
eos iam exporrectos, impera ventis & mari, quo tandẽ ali
quando ſedatis tempeſtatibus ab omnibus exoptata trã=
quillitas conſequatur, vt videntes homines, mirẽtur & glo
rificent te dicentes. Qualis eſt hic, quia etiam miniſtris eius
venti & mare obediunt? Hæc eſt ratio, qua ſuccurri poſsit
malis pręſentibus, vt vita noſtra in melius cómutata ſup=
plices Deum vno ore cuncti precemur, ſi forte per eos ſtat
qui pręſunt, quominus Eccleſiæ periclitanti ſuccurratur,
quandoquidem in ipſius manu corda ſunt principum, vt Prouer. 21.
ipſe inclinet ea, ad illa conſilia capienda, quibus diu deſi=
derata pax & tranquillitas Eccleſiæ Dei reſtitui tandem
poſsit. Quam enim ſataniſtæ rationem ſequuntur, vt ſiue
declament de loco ſuperiore, ſiue ſcribant aliquid, non alia
in re plus temporis conſumant, quam in pontificibus ma=
ledictis inceſſendis, in fama eorum multis etiam confictis
criminibus laceranda, magis id adeo, ad maiorem etiam
excitandam, quam ad excitatam tempeſtatem trãquillã/
dam facere videtur. Sed hæc tandem dicta ſufficiant quo
ad explicationem huius articuli, quo nos credere ſan=
ctam Eccleſiam catholicam profitemur.

# QVAE SIT SANCTORVM COMMVnio. Caput. XXX.

VISVM autem eſt operepreciū aliquid etiā de ſanctorum cōmunione dicere, Sunt qui putent ijs verbis Eccleſiam definiri, quod ea ſit quaſi communio quedam, hoc eſt ſocietas ſanctorum, quorum nos hanc ſententiam non reijcimus, modo ne ſolos iuſtos intelligi ſanctos velint. Primis illis Eccleſiæ temporibus, ſicut ſuperius etiam à nobis dictum eſt, vocabant̃ ſancti fideles omnes, quicumq; Chriſto nomen dediſſent, & eius eccleſiæ aſcripti eſſent, etiamſi minus ſanctæ atq; integræ vixiſſent. Horum communionē hoc eſt ſocietatē quādā Eccleſiam eſſe libenter cōcedimus, eſt enim Eccleſia fidelium congregatio. Eſt corpus vnum ex multis membris cōpactum, cuius caput eſt Chriſtus, ipſum enim Deus dedit caput ſuper omnem Eccleſiam quæ eſt corpus ipſius. Sicut in vno corpe multa mēbra habemus, omnia autē mēbra non eundem actum habent, ita multi vnum corpus ſūmus in Chriſto, ſinguli autem alter alterius membra. Qualis itaq; mēbrorum inter ſe ſocietas eſt, vt operatio cuiuſq; membri cadat in commodum totius corporis, talis eſt inter Eccleſiæ membra qui ſunt fideles bonorum operum, quædam communio, non ſolum eorū quæ fecit Chriſtus caput huius corporis, ex quo manat in reliquum corpus omne, & in ſingula eius membra, quicquid eſt boni, quicquid eſt meriti, verum & piorum hominum omnium qui ſunt quiq; fuerunt ab inicio mundi, nobis vt eorum benefacta

*Epheſ. 5.*

*Romano. 12, & 1. Cori. 12.*

nefacta ſubueniant,nos iuuent,nos ædificent, vt bonorum
omnium ſpiritualium quæ fiunt,& quæ facta ſunt olim in
Eccleſia quoad illius eſſe membra non deſierimus partici=
pes efficiamur.Hoc eſt quod à Propheta dicit. Particeps *Psalmo. 118.*
ego ſum omnium timentium te,& cuſtodientium manda=
ta tua.Hoc eſt quod Chriſtus nos orare docens iubet,non
ſibi quemq; peculiariter petere, ſed velut vnius corporis
membra,eodem animata ſpiritu,quod in communi cũctis
expediat, à communi omnium patre poſtulare, dicendo, *Matthei. 6.*
da nobis,dimitte nobis,libera nos,ita vt alter alterius one= *Galat.6.*
ra portemus,& ſic legem Chriſti adimpleamus. Hoc eſt *Matth. 10.*
quod in Euangelio legimus,qui recipit prophetam in no=
mine prophetæ,mercedem prophetæ accipiet: & qui reci=
pit iuſtum in nomine iuſti,mercedem iuſti accipiet. Hoc ē
quod in Geneſi quoq; ſcribitur.Si decem iuſti Sodomis re *Gene. 18.*
perti fuiſſent,quod propter eos non fuerit Deus ciuitatem
deleturus.Neq; verò eorum tantum qui nobiſcum in hac
vita degunt, verum & illorum qui multó felicius cũ Chri/
ſto viuunt nobis & orationes patrocinantur,& merita ſuf=
fragantur.Teſtatur hoc in Geneſi ſcribens Chryſoſtomus, *Homi. 41.*
ſæpe,quando non eſt inuentus iuſtus in preſenti vita, pro=
pter defunctorum virtutem,uiuentium Deus miſeretur & *Eſaiæ.37.&*
curam habet,vnde clamat dicens.Protegã ciuitatem hãc *4.regum.19.*
propter me & propter Dauid puerum meũ, quaſi diceret
Licet ipſi indigni ſint,& nullam ſalutis habeant occaſionẽ,
verum quia ſolitus ſum miſericorditer agere & ad miſeri=
cordiam promptus ſum,propter meipſum faciam, & pro=
pter puerum meum Dauid qui ante hos annos è vita mi=

grauit. Hic erit author ſalutis, ijs qui ſua ſeſe perdiderunt deſidia. Vidiſti domine miſericordiam, quomodo eos qui virtute pollent toti multitudini opponit, & rependit. Rurſus explicans pſalmum quinquageſimum. Hic inquit ſanctus Dauid, non ſolum cum eſſet in corpore placuit Deo, ſed & poſt mortem ſuam viuis grande preſtitiſſe ſolatium inuenitur. Contigit nanq; Ezechiæ regi inimicas in temporibus Iudeorum gentes Hieroſolymam circumualaſſe, & cum eſſet Ezechias iuſtus vir rogauit Deum, & proſtratus lachrymis depręcabatur vltionem de aduerſarijs poſtulãs Venit ad eum Eſaias propheta, et dicit. Ne putaret ille qa iuſticia ſua exauditus eſt, & certè iam deſecerat Dauid, & habebat multos annos requieſcens: Quid ergo dicit ei, Protegam hanc ciuitatem propter me & propter Dauid ſeruũ meum. Dauid mortuus eſt, & merita eius vigent. O rẽ admirandam, o ineffabilis clementia Dei, homo mortuus, viuo patrocinatur. Et rurſus alio loco. Adeo poſt illa vulne-
Homil. 27 in Mattheum ra Dauid refulſit, ſic ſe à maculis abluit, ita mundum effecit animum, vt vel mortuus pręcãtibus ſuccureret. Et qđ de Abraham id quoq; de Dauid Deum dixiſſe ſcriptura teſtatur, immouero multo magis de Dauid, de Abrahã eñ ſcriptum eſt, Recordatus ſum teſtamẽti mei quod erat ad
Exodi. 6. Abraham, hic verò non dicit teſtamenti ſed propter Dauid ſeruum meum protegam ciuitatem hanc. Repetit idẽ
Sermone. 3 breuiter ſcribens ad Philipenſes. Neq; eſt quiſquã ferè ſanctorum, qui non eiuſdem ſit ſententiæ. Hæc itaq; ſanctorum eſt intelligenda communio, quod merita ſanctorum omnia tam eorum qui militant adhuc nobiſcum in terris,

quam

quam illorum qui poſteaq̃ certauerunt bonum certamen & coronam gloriæ conſequuti ſunt, iam triumphant in cœlis, nobis communicantur, nobis ſufragantur, nos adiuuãt. Hoc eſt quod contra Fauſtum ſcribens dicit Auguſtinus, Li. 20 ca. 21.
Populus Chriſtianus memorias martyrum religioſa ſolẽnitate concelebrat, & ad excitandam imitationem, & vt meritis eorum conſocietur. Cæterum, eſt ſanctus ſanctorũ dominus noſter Ieſus Chriſtus, cuius ſanctitate ſanctus ẽ quicunq; ſanctus eſt, cuius iuſticia iuſtus eſt quicumq; iuſtus eſt. Cuius niſi crux itercesſiſſet, nulla eſſet ſãctitas, nulla eſſet iuſticia, nulla eſſent merita cuiuſq̃. Quid eñ aliud ẽ hoĩs meritũ, niſi quẽadmodũ ſuperius dictum eſt, miſeratio domini? niſi mors illa crucis acerba quam ille miſertus generis noſtri noſtra cauſa ſubire dignatus eſt? Hanc ſi ſuſtuleris, quid erunt aliud vniuerſæ iuſticiæ noſtræ, niſi pannus menſtruatæ, quæ erunt alia merita noſtra, niſi ignis gehennæ? Hic itaq; ſanctus ſanctorum quem dedit deus caput ſuper omnem Eccleſiam quæ eſt corpus ipſius, merita ſua omnia, pręcipuè verò paſsionis & mortis ſuæ meritum cum membris ſuis communicat. Fit autem iſta communicatio per Eccleſiæ ſacramenta quæ vocantur ſancta, quorum & ipſorum eſt in Eccleſia communio quædam & ſocietas, quemadmodum Paulus dicit. Vnus panis & vnũ corpus multi ſumus, qui de vno pane participamus. Quãobrem vbi ijſdem ſanctis, hoc eſt communibus ſacramentis vtuntur omnes, per quæ Chriſti meritorum facti participes, vnum cum illo capite ſuo corpus efficiuntur, vbi pręterea ſocietas quedam eſt & communio bonorum operũ

Eſaiæ. 64

1. Corinti. 10.

omnium, quecumq; vel faciunt, qui verſãtur adhuc in hoc ſeculo, vel fecerunt qui iam recepti ſunt in ſedes beatorum ibi recte ſanctorum eſſe communionem intelligimus.

## QVI SINT EXTRA SANCTORVM communionem. Caput. XXXI.

EXTRA communionem hanc ſanctorũ ſũt infideles omnes, quos ethnicos ſiue paganos vocamus, qui nunquàm in Eccleſia, ſed foris
1. Corinth. 5. fuerunt ſemper, quod paulus indicat dicens, Quid enim mihi de ĳs qui foris ſunt iudicare? ſunt extra eã qui prodierunt ex illa, ſed ſegregauerunt ſemetipſos, vt dicit Iudas, animales, ſpiritum non habentes hæretici et ſchiſ
1. Ioannis. 2. matici. De quibus dicit Ioannes. Ex nobis prodierunt, ſed non erant ex nobis, nam ſi fuiſſent ex nobis, permanſiſſent vtiq; nobiſcum, qui non ſatis habent, ſegregaſſe ſemetipſos
Matthe. 24. verũ ſeducunt præterea multos, dicentes: Ecte hic eſt Chriſtus, ecte illic, ecte in deſerto, ecte in penetralibus. Quos nõ audiri iubet Chriſtus, quos poſt vnam atq; alterã correp=
Titt. 2. tionem vitari præcipit Apoſtolus, tãquam viperam & Ba=
Ioannis. 2. ſiliſcum, quibus etiam aue dici prohibet Ioannes, qui tantum abeſt vt in Eccleſia communicandum cum illis puta= uerit, vt ne balneum quidem ingredi voluerit, in quo Cerinthum viderat veritatis inimicum lauantem. Sunt deniq; extra eam, qui non ſua ſponte exierunt, ſed tanquam
Matth. 18. putrida membra ab eius corpore ſunt reſecti, proq; eã poteſtate ligandi & ſoluendi quæ data eſt apoſtolis & eorũ

ſucceſ=

ſucceſſoribus declarati, vt pro Ethnicis & publicanis iuxta Chriſti præceptum haberentur, atq; à communiõe fidelium reijcerentur. Vnde etiam excommunicati dicuntur, quod neq; Chriſti, neq; ſanctorum cum eis vlla merita cõmunicantur. Quamobrem & à ſacramentis arcentur, & eorum conſuetudine pijs omnibus interdicitur. Quod ſi qs recte expendat, incomparabile damnũ eſt. Traduntur enĩ eiuſmodi Sathanæ, qui cum & CHriſti meritis & Eccleſiæ ſint ſuffragijs deſtituti, plenam in eos acipit poteſtatem, Hoc nunc agit in Eccleſia dicit Auguſtinus excõnicatio, quod agebat in veteri teſtamento iterfectio. Tunc vt eſt apud Cyprianũ gladio occidebant, quando adhuc & circũciſio carnalis manebat. Nunc aũt quia circumciſio ſpiritualis eſſe ad fideles DEI ſeruos cæpit, ſpirituali gladio ſuperbi & contumaces necantur, dum ab Eccleſia eijciuntur, neq; enim viuere foris poſſũt cum domus DEI vna ſit, & nemini ſalus eſſe niſi in Eccleſia poſsit. Indiſciplinatos autem perire, dum non audiunt, n ec obtemperant cõſilijs ſalubribus, teſtatur diuina ſcriptura quæ dicit. Non diligit indiſciplinatus caſtigantem ſe. Qui autem oderunt correptionem, conſumentur turpiter. Quãobrem nihil æque formidandum eſt homini Chriſtiano, quam à Chriſti corpore quæ eſt Eccleſia ſeparari. Si quis enim ab ea ſeparatur, iam non eſt membrum Chriſti nõ vegetatur ſpiritu Chriſti, à communione ſanctorum, hoc eſt à participatione ſacramentorũ, & ab Eccleſiæ ſuffragijs excluditur. Quãuis autem hæc ſit pœnarum grauiſsima, quoniam tamẽ ſicut à quodam huius ſæculi ſapiente ſcriptum ẽ, medicinèquoq; penæ

*In Deutrono. Capite. 39.*

*Ariſtothe. 10.*

Ariſto. 10. penę ſunt medicinę cauſa debet adhiberi, neq; ꝓpterea no=
Ethicorum. bis hoc animaduerſiōis genere vtendū eſt, vt quē è cætu pi=
orum eijcim9, eū ꝑpetuo iā cōdēnatū, ac gehēnę ſupplicijs
traditum velimus, verum illud magis propoſitum eſſe no=
bis debet, vt qui caſtigatur ad hunc modum, is ad mentē
1.Corinth. 5. aliquando ſanam redeat, ac ab eo quo ligatus eſt vinculo
abſolui petat, Hoc à Paulo ita faciendum eſſe diſcamus li=
cet, idem enim ad Corinthios ſcribens: Iudicaui inquit tra=
dere huiuſmodi hominem ſathanæ in interitum carnis vt
ſpiritus ſaluus ſit, non ad ſpiritus ſed ad carnis interitū tra=
didit eum ſathanæ, hoc eſt vt libido, vt tumor, ſuperbia, con
tumacia, & ſi quæ ſunt alia carnis opera, ea domarētur ac
planè mortificarentur, quo domitis ijs, tanto minore nego=
2.Theſſalo.3. tio ſpiritus ſaluus fieri poſsit. Ad Theſalonicē quoq; ſcri=
bens. Quod ſi quis inquit non obedierit verbo noſtro, per
epiſtolam, hunc notate & non commiſceamini cum illo vt
confundatur, & nolite quaſi inimicum exiſtimare, ſed cor=
ripite vt fratrem, à quo ſeparationem indixit, dilectionem
non pręcidit, in hoc modo vitare volens vt erubeſcat, &
ad mentem ſanam redeat, Quod ſi pudore correptus non
fuerit, tum ipſe ſibi cauſa eſt mortis, non is qui ſanatum eū
hoc remedij genere cupiebat. Quod autem excommunica
tio mortem & quidem æternam adferat, pręter multos a=
lios, docet etiam is qui pro Chriſti fide ſanguinem ſuum ꝓ
fudit ſanctus ille pontifex Vrbanus: Qui prohibens ne fa=
cultates Eccleſiæ raperentur in alios vſus conuertēdæ, vni
cuiq; diripienti excommunicationem minatus, hæc inquit

fratres

fratres valdè cauenda ſunt & timenda, quia res Eccleſiæ non quaſi propriæ, ſed vt communes & domino oblatæ, cum ſummo timore,nō in alios quam in prefatos vſus fi= deliter ſunt diſpenſandæ,ne ſacrilegij reatum incurrant, q eas inde abſtrahunt vbi traditæ ſunt,ne pœnam & mortē Ananiæ & Zaphiræ incurrant,& quod peius eſt Anathe= *Actuum.5.* ma Maranatha fiant.Etſi non corpore vt Ananias & Za *1.Corin. ulti.* phira mortui ceciderint,anima tamen quæ potior eſt cor= pore mortua,& à conſortio fidelium alienata cadat, & in profundum baratri labatur. Vnde attendendum eſt om= nibus,& fideliter cuſtodiendum,et vſurpationis illius con tumelia depellenda, ne prodigia vſibus ſacrorū cœleſtiū dedicata à quibuſdam irruentibus vexentur: Quod ſi quis fecerit,poſt debitæ vltionis acrimoniam,quæ erga ſacrile= gos iure promenda eſt,propterea damnet̃ infamia, & car ceri tradatur,aut exilio perpetuæ deportationis ſeruetur. Quoniam iuxta Apoſtolum,tradere oportet hominē hu= iuſmodi ſathanæ.Hæc ſanctus ille martyr,ante mille tre= centos & amplius annos.

## DE SACRAMENTIS.
## Ca. XXXII.

QVONIAM verò ſancta ſacramenta per quæ ſanctificamur,& ſanctorum communio= nem ſacramentorū participationem ſignifi= cari diximus,horum quoq; nobis ratio venit explicanda. *Li.2. de doctri. chriſtiana* ſunt autem ſacramenta ſigna quædam. Porrò ſignum vt ē *Capite. 1.* apud Auguſtinum,eſt quod preter ſpeciem quam ingerit ſenſibus

ſenſibus facit aliquid aliud in cognitionē venire. Sicut veſtigio viſo tranſiſſe animal cuius veſtigium eſt cogitamus, & fumo viſo ignem ſubeſſe cognoſcimus, & voce animantis audita affectionem animi eiuſdem aduertimus, & tuba ſonante milites vel progredi, vel egredi, & ſi quid aliud pugna poſtulat oportere nouerunt. Sic circumciſio fuit ſignum per quod veniebatur in agnitionem eum qui circūciſus eſſet, eſſe Iudeum. Sic baptiſmus, Euchariſtia, & alia ſacramenta ſunt ſigna quæ præter ſpeciem quam ingerunt ſenſibus faciunt in agnitionem venire, qui vtuntur illis eos eſſe Chriſtianos. Sunt igitur ſacramenta ſigna quedam ſiue ſymbola, aut notæ, quibus Chriſtiani à non Chriſtianis diſcernuntur, qualia ſigna queuis vt habeat congregatio neceſſe eſt. Nam ſicut ab eodem Auguſtino ſcriptum eſt, In nullum nomen, aut verum, aut falſum, coagulari poſſūt homines niſi ſignaculorum vel ſacramentorum viſibilium aliquo conſortio colligentur. Neq; vero huius tantum generis ſigna ſunt ſacramenta, ſed ſunt ſigna ſacræ rei, nimirū inuiſibilis gratiæ quæ in viſibili elemento confertur. Neq; qualiacunq; ſigna, ſed efficacia, vt quæ & continēt ipſa gratiam, & eius cauſa ſunt, atq; id quod ſignant efficiunt. Sunt ſigna quibus & pręteritorū admonemur, & præſentiū & futurorum. Admonemur eius quæ præterijt CHriſti paſſionis, ex qua virtutē habēt omnia ſacramēta: Admonemur pręſentis gratiæ quæ nobis cōfertur ſacramēta ſumentibus, admonemur futuræ gloriæ, cuiꝰ quaſi pignora quedā ſunt, quod per illa nos ad illam peruenturos certam ſpem concipimus, Exempli gratia; Cum Baptiſamur, admonemur

*Lib. 19 con. fauſtu. ca. 11*

CHriſti

CHriſti paſſionis & mortis quæ iam præterijt, conſepelli- mur enim cum illo per baptiſmum in mortem, & in morte ipſius baptiſamur, ipſam in nobis repreſentantes, admone mur preterea gratiæ quæ nobis confertur in baptiſmo, ni- mirum peccatorum remiſsionis, à quibus ita cor emunda- tur dum aqua corpus tangitur, quemadmodū ſordes cor- poris per aquam ablui cõſueuerunt. Admonemur poſtre- mo vitæ illius & gloriæ æternæ ad quam nobis aditus pa- tet per baptiſmum, quam nos conſequuturos hoc quaſi pi gnore dato certos Chriſtus reddidit, ſi in ea puritate quam nobis baptiſmus attulit permanſerimus. Ex quo videre li- cet non vnius rei ſignum eſſe ſacramentum, ſicut baptiſ- mus paſsionis Chriſti quæ preterijt ſignum eſt rememora tiuum, præſentis gratiæ demonſtratiuum, futuræ gloriæ ꝓ- gnoſticon. Signa autem hæc eiuſmodi ſunt, quæ ſub ſenſū cadere, quæ videri poſsint, ſub quorum tegumento diuina virtus ſecretius operatur ſalutem. Propterea autem virtu- tem ſuam in viſibilibus eiuſmodi ſignis operari voluit, vt noſtre ſe imbecillitati diuina maieſtas accommodaret. Si tu incorporeus eſſes dicit Chryſoſtomus, nuda ipſa bona incorporea tradidiſſet tibi. Quoniam verò corpori coniun cta eſt anima tua, in ſenſibilibus intelligenda, tibi tradunt. Ita autem natura comparatum eſt, vt ad eorum quæ intel ligenda ſunt agnitionem non fere niſi per ea quæ ſenſu per cipiuntur peruenire poſsimus. Quod non ab huius modo ſeculi ſapiente traditum eſt, qui dixit principium noſtrę co gnitionis eſſe à ſenſu, & nihil eſſe in intellectu quod nõ pri- us fuerit in ſenſu, verum ab illo quoq; qui plenus cœleſti ſa

*Roma. 6.*
*Homi. 83.*
*in Mathe.*
*2. Poſte. & 2. de anima.*

 pientia

pientia ſcriptũ reliquit, quod inuiſibilia Dei à creatura mũ
di, per ea que facta ſunt intellecta conſpiciuntur. Quo fa-
cilius itaq; ſecretior operatio Dei mente comprehendi poſ
ſit, ſignis quibuſdam viſibilibus id demonſtrari Deus vo-
luit, cuius etiam ſapientiæ cógruebat, vt ſicut à viſibilibus
lapſus occaſio ſumpta fuit, ſic in eiſdem viſibilibus remedi
um inueniret. Signa autem hæc elementa quoq; licet ap-
pellare, ad que ſimul vt acceſſerit verbum, iam erunt ſacra
menta. Quæ cum eſſe medicinæ quedam videantur, homi
ni adhibendæ qui ex corpore conſtat & anima ad vtrumq;
eas accommodari oportuit, vt eſſet quod corpus tangeret
eſſet preterea quod animum afficeret. Corpus tangit ele-
mentum, animam afficit verbum, quod illa cum audit cre
dit, credendo vero munda fit, & ſanatur è lepra peccatorũ,
*Ioannis. 15.* ſicut dicit Chriſtus: Iam vos mundi eſtis propter ſermonẽ.
*Tractatu 80 in Ioannem.* Quem locum explicans Auguſtinus: Quare non ait mun-
di eſtis propter baptiſmum quo loti eſtis, ſed ait propter
ſermonem quem loquutus ſum vobis, niſi quia & in aqua
verbum mundat, detrahe verbum, & quid eſt aqua, niſi a-
qua, accedit verbum ad elementum & fit ſacramentum, e-
tiam ipſum viſibile verbum. Ac paulo poſt, vnde iſta tan-
ta virtus aquæ vt corpus tangat & cor abluat? niſi faciẽte
verbo, non quia dicitur ſed quia creditur. Hinc eſt quod in
*Actu. 15.* actis apoſtolorum legimus, Fide purificans corda. Fides
*Romano. 10.* autem ex auditu, auditus per verbum Dei. Eſt itaq; ſignũ
ſiue elementum in ſacramẽto inſtar materiæ, verbum verò
inſtar formæ. Neq; vero eiuſmói ſigna ſunt ſacramẽta noue
legis, q̃lia fuerũt ſacramẽta veteris legis, ſiqdẽ ſacramẽta no

ui teſta-

ui teſtamẽti, ſicut ab Auguſt. ſcriptũ ẽ dãt ſalutẽ, ſacramẽta *In pſal. 73.*
veteris legis ꝓmiſerunt ſaluatorẽ. Illa nihil aliud quàm ſig
nificabant, hæc vero quòd ſignificant, & continent in ſe &
efficiunt. Continent enim in ſe gratiam, & propterea vocã
tur vaſa gratiæ, & ſunt cauſa illius, non quod in eis gratia
ſubſtantialiter contineatur, vel cauſaliter efficiatur, cũ re=
ceptaculum gratiæ ſit anima, ſed quod ipſa ſignificant gra
tiam quæ in ipſis inuenitur & ſemper cõfertur. Deinde ve=
ro ſicut quod eſt in vaſe, non eſt de ipſo, nec ex ipſo, ſed ab
ipſo hauritur, ſic gratia non eſt à ſacramentis, nec de ſacra=
mentis, ſed oritur à fonte æterno, & ab illo hauritur ab ipſa
anima de ipſis ſacramentis. Et ſicut quis recurrit ad vas cũ
requirit liquorem, ſic querenti gratiæ liquorem & non ha=
benti recurrendum eſt ad ipſa ſacramenta, per quæ tãquã
inſtrumenta quædam & vaſa gratiam curationis à ſum=
mo medico Chriſto haurire oportet, qui tamen haud ita
gratiam ſuam ſacramentis alligaſſe credendus eſt, vt non
per alias quoq; vias quando vult eam cõferre queat: Quo
melius autem res intelligi poſsit, exemplo ſiue ſimilitudine
quadam illuſtrabimus. Quis nõ intelligit in curatiõe mor=
bi quo corpus afficitur, ſolum eſſe Deum qui virtute pote=
ſtateq; ſua pulſo morbo ſanitatem reſtituit? ſanare tamen
dicit' nihilominus medicina, quod ſubtracta materia quæ
peccabat ſanitatem efficit. Sanare dicitur dieta, quod ho=
minem in ſanitate cõſeruat. Sanare dicit' vas in quo medi
cina continetur, quod ex illo hauritur, poſtremo ſanare di
citur medicus tanq̃ miniſter & inſtrumentum Dei. Sic in
curatione morbi ſpiritualis, quæ nihil eſt aliud quam ſan=

ctificatio, ſanctificat ſolus Deus authoritate ſua, ſanctifi=
cat gratia formaliter expellendo morbum, hoc eſt pecca=
tum, ſanctificat impletio mandatorum vt diæta, ſanctificat
ſacramenta tanquam vaſa medicinalia, in quibus confer=
tur gratia, ſanctificat ſacerdos tanquam miniſter. Atq; hæc
quidem de vi ſacramentorum dicta ſufficiant.

## DE NVMERO SACRAMENTORVM.
## Caput. XXXIII.

QVOD ad numerum ſacramentorum atti
net, ſunt qui iam olim receptum & vetuſta
te conſecratum, parũ prudẽter, minus ipſi
prudentes inſtitutum fuiſſe dicũt, atq; ideò
ad examen eum reuocare conent̃, quod quid aliud eſt q̃
velle populo perſuadere non ſatis tuta eſſe ac firma fidei
noſtræ fundamenta. Quid autem habet ea res reprehenſio
nis, ſi maioribus noſtris viſum fuit ſacramenta nouæ legis
eo numero complecti qui ſacris literis admodum eſt fami
liaris? preſertim cum non eandem neq; vim, neq; neceſsita
tem tribuant omnibus. Quid hic vel Euangelicæ doctrinæ
aduerſatur, vel eam obſcurat, ſi qui ſpiritui ſancto familia=
ris eſt numerus, eo ſacramenta comprehendi voluit Eccle
ſiam? cum etiam dona ſpiritus ſancti ſeptem recenſeantur
*Eſaiæ.* 11 cum ſeptem ſigillis quibus fuit veteris teſtamenti pagina
*Apoca.* 5. ſignata, quæ agnus qui habet clauem Dauid, qui aperit &
*Apoca.* 8. nemo claudit reſerauit, ſeptem tubis quibus angeli cecine=
*Apoca.* 2. runt, ſeptem ſtellis quas habebat ſimilis filio hominis in
*Matthe.* 15. dextera ſua, ſeptem panibus quibus dominus turbas pa=
*Zacha.* 3.

uit

uit, ſeptem oculis ſuper vnum lapidem, ſeptem lucernis ta Zachą 4
bernaculi ſuper vnum candelabrum poſitis ſeptem lotio= 4. Regū 5.
nibus Nahaman, ea adumbrata eſſe exiſtimentur, cum ad
ſeptem etiam virtutes animos hominum preparare vide=
antur: Baptiſmus enim eſt ſacramentum fidei, confirma=
tio ſpei, Euchariſtia charitatis, pœnitentia iuſticiæ, extre=
ma vnctio, perſeuerantię quæ perfectio quedam eſt forti=
tudinis, ordo prudentiæ, matrimonium temperantiæ. Ad
ſeptem etiam hominum genera accommodentur. Baptiſ=
mus enim eſt intrantium in vitam, confirmatio pugnantiū
Euchariſtia vires reſumentium, pœnitentia de lapſu reſur
gentium, extrema vnctio ex hac vita exeuntium, ordo mi=
niſtrantium, matrimonium nouos milites introducentium
Per baptiſmum enim ſpiritualiter renaſcimur, ac in nouā
vitam ingredimur, per confirmationem augemur in gratia
& roboramur in fide, renati autē & corroborati nutrimur
diuina Euchariſtiæ alimonia. Quod ſi per peccatum in æ=
gritudinem animæ inciderimus, pręſto eſt pœnitentiæ re=
medium quo ſpiritualiter ſanamur. Porro extrema vnctio
ne; non ſolum ſpiritualiter, verum etiam pro eo vt animæ
expedit corporaliter ſanamur. Per ordinem autem Eccle/
ſia gubernatur, & multiplicatur ſpiritualiter per matrimo
nium augetur corporaliter. Summa itaq; ratione factum
eſt vt ſeptenario numero ſacramenta comprehenderentur
ad quæ rite perficienda tria requiruntur. Res tanquā ma=
teria, verba tanquam forma, & miniſtri ſacramentum con
ferentis perſona, cum intentione faciendi quod facit Eccle
ſia. Horum trium ſi deſit aliquid non perficitur ſacramen=
tum.

tum. Tria autem ſunt ſacramenta quæ characterem impri
munt in anima, hoc eſt ſpirituale quoddam ſignum à cæte-
ris diſtinctum indelebile, Baptiſmus, confirmatio & ordo
propterea iterari non poſſunt, reliqua vero quatuor quo-
niam characterem non imprimunt iterantur.

## DE BAPTISMO. CAPVT. XXXIIII.

AC Primum quidem locum inter ſacramenta baptiſmus obtinet quem fidei ſacramentum eſſe diximus, quod in eo Christianam fidem profitemur, qua etiam ex cauſa fidei ſigillum vocatur à Baſilio. (*Lib. 3 contra Enomium.*) Hæc eſt ianua ſacramentorum omnium in quorum communionem non admittũtur niſi baptiſati, hoc eſt noſtræ iuſtificationis exterius ac viſibile principium. Nam per baptiſmum incipimus eſſe membra Chriſti & corporis eius Eccleſiæ quæ eſt congregatio fidelium, & illius virtute primo fides datur omnibus. Eſt in hoc ſacramento viſibile ſignum aqua, materiæ locum detinens, quod actedẽte verbo: Ego te baptiſo in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti quod verbum forma eſt huius ſacramenti fit ſignum ſacræ rei hoc eſt inuiſibilis gratiæ: quæ non modo ſignificatur, verumetiam confertur multiplex per aquam baptiſmi, ſicut etiam uaria eſt & multiplex aquæ proprietas. Ac prima quidem gratia, quæ & confertur & ſignificatur per aquam baptiſmi eſt hæc, quod qui nati eramus mũdo renaſcimur cælo, qui nati eramus ſerui peccati renaſcimur liberi iuſticiæ, (*Romano. 6. Epheſ. 2.*) qui nati eramus filij iræ, filij diaboli, filij gehennæ, renaſci-

mur

mur filij gratiæ, filij Dei, heredes regni cœlorum. Hoc eſt
quod Paulus baptiſmum vocat lauacrum regenerationis *Titũ. 3.*
dicens. Non ex operibus iuſticiæ quæ fecimus nos, ſed ſe-
cundum miſericordiam ſuam ſaluos nos fecit per lauacrũ
regenerationis, & renouationis ſpiritus ſancti, quē effudit
in nos abunde per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum,
vt iuſtificati gratia ipſius hæredes ſimus, ſecundum ſpem
vitæ æternæ. Quibus verbis indicat ſimul Paulus, & cauſã
noſtræ ſalutis, & rationem, & modum, & finem. Cauſam
eſſe dicit ſpiritum ſanctum, cui regenerationem hanc attri
buit. Sic enim edoctus erat à Chriſto qui dixit. Niſi quis re *Ioannis. 3*
natus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto non introibit in reg-
num Dei. Quem locum explicans Cyrilus. Cum non ſim- *Lib. 1 in Io-annē cap. 42*
plex inquit ſit homo, ſed compoſitus ex corpore ſenſibili
& intellectuali anima duplici quodam ad generationem
indiget modo, qui duplicitate ſua ad vtrumq; poſsit accõ-
modari. Spiritu enim ſancto ſpiritus hominis, aqua verò
corpus ſanctificatur. Quemadmodum cum viribus ignis
intenſius aqua calefacta non aliter quam ignis vrit, ſic ſpi-
ritus ſancti operatione ad diuinam aquæ reformantur vir
tutem, qua baptiſati corpus abſtergunt. Quæ ergo gratia ē
in aqua, non ex natura eſt aquæ, ſed ex præſentia ſpiritus
ſancti, qui tamen non ita cauſa eſt regenerationis & reno-
uationis noſtræ, vt non ſimul cauſa ſit eius & pater & filius
cum inſeparabilia ſint opera trinitatis, & ideo tres ꝑſonas
hoc loco ponit Apoſtolus, in quarum vno nomine bapti-
ſat ſacerdos. Non enim dicit in nominibus, ſed in nomine
patris & filij & ſpiritus ſancti vt quorum vna eſt diuinitas

Vna eſſe largitio nomenq́ꝫ trinitatis, vnus eſſe Deus intelli-
gatur, tres enim perſonæ Deus vnus eſt. Ac ſingulis quidã
perſonis ſua quaſi propria tribuuntur, aliter enim cauſa ẽ
pater, aliter filius, aliter ſpiritusſanctus. Pater eſt cauſa effi
ciens principalis qui ſaluos nos fecit, filius meritoria, nam
per ſanguinis ac mortis eius meritum ſaluos nos fecit, per
*Gala.* 4. eum ſpiritum ſanctum in nos effudit, miſit eũ in corda no-
ſtra clamantem Abba pater. Huic ergo Paulus tribuit re-
generationis & renouationis beneficium cuius cauſa eſt
ſpiritus ſanctus, ex quo & ex aqua renaſcimur. Deus itaq́ꝫ
trinus & vnus ipſe eſt qui ſaluos nos fecit. Quibus autem
racionibus adductus eſt vt ſaluos nos faceret, non ex ope-
ribus iuſticiæ quæ fecimus nos dicit Paulus, ſed ſecundum
miſericordiam ſuam ſaluos nos fecit. Sic ad Iſrahel dixit
*Deutro.* 9. Moiſes. Scito quod nõ propter iuſticias tuas dominus De
us tuus dederit tibi terram hanc. Quid enim opera quæ fi-
dem præceſſerant niſi pænas ignis æterni merebantur? Fa-
*Eſaiæ.* 64. cti eramus vt immundi omnes nos, & quaſi pannus men-
ſtruatæ vniuerſæ iuſticiæ noſtræ, vt recte cum Propheta no
*Threno.* 3. bis dicere licuerit. Miſericordiæ domini quia non ſumus cõ
ſumpti, quia non defecerunt miſericordiæ eius. Verum qui
*Ephe.* 2. diues eſt in miſericordia propter nimiam charitatem qua
dilexit nos, miſit Deus filium ſuum vnigenitum vt ſicut ꝑ
Moiſen exaltatus eſt in deſerto ſerpens ſic ille exaltaretur
in cruce, vt omnis qui credit in ipſo non pereat ſed habeat
*Ioannis.* 3 vitam æternam. Neq́ꝫ tamen ſatis eſſe voluit credere, ſed
adipiſcendæ, ſalutis, & ad vitam æternam perueniendi ac
in Dei regnum introeundi nobis modum hunc preſcripſit,

vt fidẽ

vt fide ſuſcepta renaſcamur ex aqua & ſpiritu. Regenerationis itaq; noſtræ cauſam inſtrumentalem aquam eſſe baptiſmi voluit, quod ad illam repreſentandam nihil aptius aqua reperiri potuit, cui generandi vis conuenire maxime videtur, nam & ſemina ex quibus generãtur omnia nõ ipſa magis animantia quam plantæ humida ſunt & ad aquam pertinent. Qua etiam ex cauſa non defuerunt Philoſophi quidam, qui rerum omnium principium aquam eſſe dicerent. Quare cum aqua baptiſatur homo, non modo ſignificatur, verumetiam confertur ei regenerationis gratia, vt qui natus fuerat filius iræ, ex aqua & ſpiritu renaſcatur filius gratiæ. Vim autem hanc regeneratiuam & purgatiuam aquis tactu ſuæ mũdiſsimæ carnis Chriſtum cõtuliſſe teſtatur Auguſtinus, & eum ſequutus Beda, Saluatoris enim baptiſmo purgata ſunt potius fluenta quam vt ipſa purgarent, ac nouo ſanctificationis genere Chriſtum non tam lauit vnda quam lota eſt, atq; ex quo tempore ſe in aquam merſit, ex eo gurgitum omnium tractus, cunctorũq; fontium venas myſterio baptiſmatis conſecrauit, vitaléq; gratiam, non corpus ex flumine, ſed flumen mutuatum ẽ ex corpore. Qua de re ſic à Leone quoq; Pontifice traditũ legimus. Terra carnis humanæ, quæ in primo fuerat præuaricatore maledicta, in ſolo beatæ virginis partu germen edidit benedictum, & à vicio ſuæ ſtirpis alienum. Cuius originem ſpiritualem in regeneratione quiſq; conſequitur, & omni homini renaſcenti aqua baptiſmatis inſtar eſt vteri virginalis eodem ſpiritu ſancto replente fontem qui repleuit & virginem, vt peccatum quod ibi vacuauit ſacra con-

*Sermon. 29. & . 36. de tẽpore.*

*Li. 1. ca. 10. in Lucam.*

*Sermõ. 4 de natiuitate.*

*Gene. 3.*

ceptio,hic myſtica tollat ablutio. Et proximē inſequenti
Ioannis. 1. ſermone,niſi Verbum Dei caro fieret & habitaret in nobis,
niſi in communionem creaturæ creator ipſe deſcenderet,et
Vetuſtatem humanam ad nouum principium ſua natiui-
tate reuocaret,regnaret mors ab Adam Vſq; in finem & ſu
per homines inſolubilis condemnatio permaneret, cū de
ſola conditione naſcendi Vna cunctis eſſet cauſa pereundi
Solus itaq; inter filios hominum dominus IESVS inno-
cens natus quia ſolus ſine carnalis concupiſcentiæ poluti-
one ſuſceptus factus eſt homo noſtri generis, Vt nos diuinę
Luce. 1. naturæ poſſemus eſſe conſortes, originem quā ſumpſit in
Vtero Virginis,poſuit in fonte baptiſmatis, dedit aquæ qd'
Lucæ. 2. dedit matri,Virtus enim altiſsimi & obumbratio ſpiritus ſā
cti quæ fecit Vt Maria pareret ſaluatorem, eadem fecit Vt
regeneret Vnda credentem. Hęc eſt itaq; prima gratia,cu-
ius ſignum efficax eſt,quamq; nobis re ipſa confert aqua
baptiſmatis regeneratio ſpiritualis,qua iuſtificati hæredes
efficimur ſecundum ſpem Vitæ æternæ,qui finis eſt regene-
rationis huius,quam præcedit ablutio peccatorum,que et
ipſa eſt inuiſibilis gratia, cuius Viſibile ſignum & quidem
efficax eſt baptiſmus: Propterea Vocatᷣ à Paulo lauacrū
non hoc tantum loco quem nunc explicauimus, Verume-
Ephes. 5. tiam cum ad Epheſeos ſcribens dicit de Eccleſia,mundās
eam lauacro aquę in Verbo Vitę. Hęc eſt aqua illa de qua
Ezechi. 36. Propheta predixit,Effundam ſuper Vos aquam mundam
& mundabimini ab omnibus inquinamentis Veſtris, hic ē
ille fons de quo narrat alius Propheta: In die illa erit fons
Zacharie. 13. patens domui Dauid in ablutionem peccatoris & mēſtru

ate

atæ. Huic ablutioni ſignificandæ quid eſſe potuit magis accommodum quam aqua, per quam ſordes corporis abluuntur? Datur itaq; baptiſmus in ablutionem, remiſsionem, & indulgentiam omnium peccatorum. Quod ita tamen intelligi vult Auguſtinus, vt auferre credatur crimina non radere. Quamuis enim omnia peccata baptiſmus abluat, & quidem prorſus omnia, dictorum, factorũ, cogitatorum, ſiue originalia, ſiue addita, ſiue quæ ignorantur, ſiue quæ ſcienter admiſſa ſunt, non tamen aufert infirmitatem cui regeneratus reſiſtit, quamdiu bonũ certamen certat, conſentit autẽ quãdo ſicut homo in aliquo delicto pręocupatur. Deleta eſt igitur per Baptiſmum iniqtas ſed cauet infirmitas. Porro infirmitas hæc, eſt concupiſcentia carnis quæ dimittitur quidem in baptiſmo, verum non ita vt non ſit, ſed vt in peccatum non imputetur. Nã cum ſine aduerſario marceſcat virtus, in hoc relinquitur, vt habeat homo baptiſatus materiam virtutem ſuam exercendi. In huius figura dictum eſt in libro Iudicum Hæ ſunt gentes quas dominus dereliquit vt erudiret in eis Iſraelem & poſtea diſcerent filij eorum certare cum hoſtibus, & haberẽt conſuetudinem pręliandi. Vocatur autem hæc concupiſcẽtia peccatum, non vtiq; quia peccatum eſt, ſed quia peccato primi hominis facta eſt, ſicut ſcriptura manus cuiuſq; dicitur, quod manus ea fecerit, ſiue etiam quod peccandi delectatione moueatur. Etſi ei vincente delectatione iuſtitiæ non conſentiatur. Quamobrem & Paulus de hoc peccato ſcribens, non dixit non ſit, ſed non regnet peccatum in veſtro mortali corpore. Quia quãdiu corpus noſtrũ mortale hoc

*Contra duas Epiſtolas Pelagia. Lib. 1 Capite. 12*

*2 Timo. 4*
*Galat. 6.*

*Iudicum 3*

*Roman. 6*



le hoc

ſe hoc eſt neceſsitati morti addictum eſt, fieri non poteſt;
quin ſit in illo fomes concupiſcentiæ, qui minus quidē pro-
priè, ſed peccatum tamen vocatur. Quoniam verò per ba-
ptiſmum in quo vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt vt
Roman. 6 deſtruatur corpus peccati, virtus peccati ſic eſt debilitata:
regnum vt illius prorſus eſſe ſublatum videatur. Monet
Paulus vt omni cura prouideamus, ne quod ſemel amiſit
regnum recuperet. Nam quod habemus concupiſcentiā,
nihil ex eo nobis damnationis eſt, cæterum ſi ſeruiamus il-
li, ſi regnū illi⁹ ferāus, ea demū res reos nos facit æternę dā-
natiōis. Quāobrē haud aliter ſe habet baptiſmus ad refrige-
rand' ęſtum concupiſcētiæ quā ſe habet aqua ad calorē ni-
miū tēperand', vt apte admod' & appoſitè huius quoq; rei
ſacræ hoc eſt inuiſibilis gratię viſibile ſignū aqua eſſe baptiſ-
mi dicat' & qdē ſignū efficax. Remiſsis aūt pc̄tis à quibus
abluimur per aquam baptiſmi, conſequens eſt ſimul vt re-
mittatur pœna quæ peccatis debetur, quod & ipſum fit ꝑ
aquam baptiſmi. Sicut enim elementum aquæ flammas
huius ignis temporalis extinguit, ſic illa delet incendium
ignis æterni. Hoc enim ꝑſuaſum eſſe debet ōnibus in Chri-
Roman. 6 ſtum credentibus, quod à Paulo ſcriptum eſt. In baptiſmo
Chriſto nos commori, atq; haud aliter paſsiōis eius & mor-
tis participes fieri, quā ſi paſsi ipſi & mortui eſſemus. Quo-
niam vero paſsione ſua Chriſtus pro peccatis totius mun-
di ſatisfecit poſteaquàm per baptiſmum ipſius membra
facti ſumus haud aliter hac ſatisfactione Chriſti liberamꝛ
à penis omnibus quæ peccatis noſtris debebantur, quam ſi
ipſi pœnas eaſdem ſuſtinendo pro illis ſatisfeciſſemus. Qđ
tamē

tamen de ſolis æternis pœnis intelligi debet. Has enim &
non alias morte ſua Chriſtus aboleuit. Famem autem, ſiti,
& alia corporis incommoda, quin & mortem ipſam qua
ſeparat᷑ à corpore anima minimè ſuſtuliſſe morte ſua Chri-
ſtus credendus eſt. Nam poſt acceptum etiam baptiſmū
ęque ſumus ĳs malis obnoxĳ atq; ātea fuimus. Habet hoc
quoq; natura aquæ clara vt ſit & perſpicua. Qua ratione
comprimis eſt idonea ad ſignificandum ſplendorem iuſti-
ciæ, qui baptiſatis infunditur, eius iuſticiæ quæ virtutes in
ſe continet omnes, qua renouatur homo non vt iam idem
ſit qui prius fuit, verum à ſordibus peccatorū ablutus om-
nium virtutum ſplendore fiat illuſtris, quod quidem fit do-
no ſpiritus ſancti, quem gratiarum & virtutum omniū lar-
gitorem accipimus in Baptiſmo remiſsionem peccatorum
conſequuti. Quod illa Petri verba indicant dicentis, Bapti- Actuum 2.
ſetur vnuſquiſq; veſtrum in nomine IESV Chriſti in re-
miſsionem peccatorum, & accipietis donum ſpiritus ſan-
cti. Confertur & hæc in baptiſmo gratia, quod qui de eo e-
greditur illi ianua regni cœleſtis aperitur. Applicatur em̄
baptiſato virtus paſsionis Chriſti, per quam quæ fuit ātea
clauſa, cūctis fidelibus ianua regni cœleſtis eſt aperta. Hu-
ic virtuti Chriſti paſsionis impiè detrahunt qui non dubi-
tant affirmare, etiam poſt paſſum Chriſtum & mortuum
non perueniſſe quenquā ſanctorum ad regnum cœlorum.
Quod ſi concedi debeat, nihil nobis fructus attuliſſe vide-
bitur Chriſti paſsio, ſi non meliore nunc ſumus conditione
poſt profuſum illius ſanguinem quam fuerunt ſancti pa-
triarchæ & prophetæ qui paſsionem illius & mortem pre-
ceſſerunt

ceſſerunt. Habemus ergo iã quàm varia ſit & multiplex gratia, cuius aqua baptiſmi ſignum eſt, & quidem efficax, verum quo nobis hæc ordine conferantur breuiter explice
*Eſaiæ.59.* mus. Primo, quoniam iniquitates noſtræ ſunt quæ diuidũt inter nos & Deum, quæ nos ab illo ſeparant & elongant,
*Sapienti.14.* Nam odio DEVS habet impium & impietatem eius, reconciliari cum eo neceſſe habemus. Quod fit quando pro foribus templi ſtantes, neq; nos illius ingreſſu dignos iudicantes abrenunciamus ſathanæ & operibus eius, atq; nos in Chriſtum credere, in illo fiduciam noſtram omnem collocare, illi tota mente nos adherere velle profitemur. Qua profeſsione facta quo planum fiat omnibus reconciliatum nobis eſſe Deum, accedemus ad aquam baptiſmi, qua cum abluimur indubitatum ſignum accipimus, nos cum Deo per mortem filij eius recõciliatos, atq; haud aliter à peccatis omnibus ablutos, quam ab inquinamentis ablui corpus aqua conſueuit, neq; ſecus per baptiſmũ ignis æterni pænas quæ peccatis noſtris debebantur eſſe deletas, quam extingui flammarum incendia per aquam videmus, ita vt plenæ iam ſimus & culpæ & pœnæ remiſsionem conſequuti. Neq; vero finibus ijs clauditur diuina in nos miſericordia. Non ſatis habet poſt factam reconciliationem nos à peccatis mundaſſe, & ea nobis vnà cum penis illis debitis clementer condonaſſe, verum omne gratiarum genus nobis infundens quo poſsimus in conſpectu illius grati eſſe, induit eum qui baptiſat
*Epheſ. 4.* nouum hominem, qui ſecundum Deum creatus eſt in iuſticia & ſãctitate. Nouus hic homo Chriſtus eſt, de quo Pau

lus

lus dicit. Induimini dominum Ieſum Chriſtum, hũc indui Roma. 13.
mus in baptiſmo, ſicut idem teſtatur dicens. Quicunq; in Galat. 3.
Chriſto baptiſati eſtis Chriſtũ induiſtis. Quid hoc ẽ Chri-
ſtum induiſtis? facti eſtis hoc quod Chriſtus eſt: Quid eſt
Chriſtus? Eſt filius Dei, quod ille natura eſt, hoc vos per
gratiam adoptionis facti eſtis filij Dei. Chriſtus eſt hæres
regni cœlorum, vos quoq; nõ veſtro ſed illius merito facti
eſtis hæredes regni cœlorum. Qui veſte aliqua induitur, p-
tegitur & contegitur ea, & apparet ſub colore veſtis eius
occultato colore proprio, ad eundem modum, qui Chriſtũ
induitur, protegitur, & contegitur à Chriſto, neq; iam ap-
paret in eo peccatum quod fuit ante, ſed ſola iuſticia & in-
nocentia Chriſti. Et ſicut lignum actenſum induitur ignẽ
& virtutis eius fit particeps, ita baptiſatus in Chriſto Chri
ſtum induitur, & virtutum eius fit particeps. Non ampli-
us dicitur filius Adam, neq; reus eſt deinceps peccati eius,
verum dicitur filius Dei, frater Chriſti, dicitur hæres Dei, Romano. 8.
cohæres Chriſti, dicitur ſanctus, innocẽs, immaculatus, nõ
ſuam ſed Chriſti iuſticiam indutus, hoc eſt non quam à ſe-
ipſo habet, quamue ſuo merito conſequutus, ſed quam à
Chriſto acceptam illius meritis eſt adeptus. Neq; enim au
diendi ſunt, qui nos ea iuſticia qua Chriſtus ipſe iuſtus eſt,
iuſtos dici volunt, quin illud potius modis omnibus eſt te-
nendum, Chriſti quidem iuſticia nos iuſtos eſſe, verum nõ
ea qua ipſe iuſtus eſt, ſed ea quam nobis impertit, qua nos
iuſtos ipſe facit, qua donati ab eo renouamur ſpiritu men-
tis noſtræ, ac non modo reputamur, ſed vere iuſti nomina-
mur & ſumus. Neq; enim exiſtimandũ eſt, nihil aliud nos

Gal. 6. in baptiſmo, quã remiſsionem peccatorum conſequi. Re=
nouamur præterea atq; vt Paulus vocat, noua quedã cre=
atura efficimur. Neq; vero aliud eſt noua creatura, quàm
fides charitate formata, quæ cum baptiſamur, per ſpiritũ
ſanctum qui datur omnibus renatis diffunditur in cordi=
Li.2.Epiſt.2. bus noſtris, & nobis inhæret. Quamobrem à Cypriano ba
ptiſmus, non modo mors criminum, verumetiam vita vo=
catur virtutum, quod in eo iuſticia que virtutes in ſe conti=
net omnes baptiſatis infunditur. Manet quidem poſt bap=
tiſmum eadem compago corporis quæ fuit ante, ſed ſepul
ta peccatorum vetuſtate, mens hominis renouatur, & ad
integritatem naturæ quodammodo redditur. Propterea
Paulus hoc ſacramentum vocat lauacrum regeneratiõis
& renouationis, in quo adeo mutamur ab illis qui fuimus
Colo. 3. ante, vt veterem hominem cum ſuis actibus expoliantes
2.Petri. 1. diuinæ naturæ cõſortes efficiamur, filijq; Dei nominem̃r &
1. Ioannis. 3. ſimus, ſi autem filij & hæredes, hæredes quidem Dei, cohe/
Romano.8, redes autem Chriſti. Si tamen compatimur, vt & conglo=
rificemur. Poſteaquam enim in baptiſmo Chriſtum indui
1.Ioannis.2. mus debemus ſicut ipſe ambulauit & nos ambulare, & cũ
Lucæ. 24. illum oportuerit pati prius, & ita intrare in gloriam ſuam,
non debemus meliore conditione eſſe velle, quam fuerit il=
le qui principalis eſt hæres, cuius meritò factum eſt
vt & nobis eiuſdem regni cœleſtis hæredibus eſſe lice=
ret, vt ſine vllis operibus, ſine vllo labore noſtro aut
moleſtia hæreditatem hanc aſſequi nos poſſe credamus.
Si quid autem, aut facere nobis aut pati pro Chriſti nomi
ne contigerit, nemini dubium eſſe debet, quin id nobis iam
regenera

regeneratis & renouatis, iam Chriſti corpori inſitis iam in Dei filios adoptatis ad promerendam hæreditatem illius, æternæ gloriæ ſit vel maxime profuturum. Eſt quidem ita quod non ſunt condigne paſsiones huius temporis ad futuram gloriam, ſed nihilominus quod in præſenti momentaneum eſt & leue tribulationis noſtræ, ſupra modũ in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur. Tolle ſublimitatem hanc ad quam nos Deus benignitate ſua prouehere dignatus eſt, qui nos in filiorum ſuorum numerum adoptauit, qui dignos fecit in partem ſortis ſanctorum, qui diuinæ ſuæ naturæ conſortes reddidit, quis ambiget, quin omnes labores, omnes paſsiones & tribulationes noſtræ quoniam ſunt huius temporis leues & momentaneæ, neq; ad futuram gloriam quæ ſempiterna eſt ſint condigne: Cæterum duplici ratione meritis operum quæ fiunt à regeneratis & renouatis deberi cœleſtia præmia dicimus, primũ ex Dei promiſſo liberali qui fallere neſcit, deinde ex ea dignitate quam regeneratis nobis præter omne meritum noſtrũ conferre dignatus eſt. Chriſtum enim induimus in baptiſmo, quod ille natura eſt, per adoptionis gratiam filij Dei facti ſumus. Quare ſi Chriſtum induimus, quæ proficiſcuntur à nobis opera tanquam Chriſti opera placere Deo, neq; ſecus ab illo acceptari perſuaſum habere debemus. Et ſicut Paulus dicit, Viuo autem iam nõ ego, viuit verò in me Chriſtus, ita & nos poſt acceptam regenerationis gratiam dicere poſſumus, operor autem iam non ego, operatur verò in me Chriſtus: Mereor iã non ego, meretur in me Chriſtus, ſatisfacio iam nõ ego, ſatisfacit in me Chriſtus. Huius

Roma. 8.
2 Corint. 4
Coloſſe. 1
Galath. 2.

 enim

enim vita viuimus,huius merito meremur. Ex quo videre licet quemadmodum Chriſti gloriam obſcurare crucem euacuare, & ſanguinis eius precium imminuere conantur, qui vitæ qua viuit Chriſtus in nobis qui meritis operum quæ operatur in nobis omnem dignitatem atq; omne præmium ademptum cupiunt. Reuera, ſi ipſa ex ſe opera metiare,momentanea ſunt,leuia ſunt,non ſunt có digna ad futuram gloriam quæ æterna eſt. Rectè enim illud dictum eſt quod finiti ad infinitum nulla eſt proportio Sed ſi conſideres immenſum illud precium ſanguinis Chriſti quo reſperſa ſunt,ex quo meritum habent omne, illius dignitati derogaueris quantum operibus derogaueris. Si ſpecies etiam ea tanquam ab Adæ filio ꝓfecta,in quo mortui ſumus omnes,quamlibet iuſta,quamlibet in ſpeciem ſácta videantur.haud aliter tamen apparebunt in conſpectu Dei quam pannus menſtruatæ. Si vero contempleris ea tanquam à filio Dei tanquam ab eo profecta qui Chriſtum induit,in quo Chriſtus viuit,in quo Chriſtus operat᷑ non iam hominis verum Chriſti meritis detraxeris, ſi nullum eorum eſſe meritum dixeris. Hæc nos ideo fuſius aliquanto duximus explicanda,planum vt omnibus faceremus,quantum ſit diſcrimen inter opera regeneratorũ qui Chriſtum induti ſunt,& eius corpori inſiti,atq; infidelium qui ſunt adhuc filij iræ,filij diaboli. Illis Deum diligẽtibus

Rombno.8 omnia etiam peccata cooperantur in bonum, cum enim

Pſalmo. 36. ceciderit iuſtus non collidetur,quia dominus ſupponit manum ſuam,ijs contra etiam quæ recte facta videbũtur magis adeo ad damnationem,quam ad gloriam æternam ꝑfecerint

fecerint. Nulla enim iuſticia extra Chriſtum, nulla ſunt ex tra fidem eius recte facta, abominatio ſunt apud Deũ que cunq; fiunt ab ijs qui non credunt in eum. Quamobrem nõ mediocria bona ſunt quæ nobis baptiſmus affert, per illũ reconciliamur cũ Deo reconciliatis & culpa & pœna om- nis peccatis debita remittitur, poſtquam remiſſa ſunt no- bis peccata, regeneramur & renouamr̃ ĩfuſa nobis fide, ſpe & charitate que dicitur iuſticia Chriſtiana. Neq; iam dein ceps filij Adæ, ſed filij Dei nominamur & ſumus, ſi filij & hæredes, hæredes autem ſecundum ſpem vitæ æternæ, quã nos aſſequuturos certo perſuaſum habemus ſi vel bapti- ſati ſtatim ex hac vita exceſſerimus, vel poſt baptiſmum ambulauerimus digne, Deo per omnia placentes & abun- Coloſ. 1. dauerimus in omni opere bono, ſciẽtes quod labor noſter 1.Corinth. 15 non eſt inanis in domino, cum bonorum laborum glorio- Sapien. 3. ſus ſit fructus, neq; iniuſtus eſt Deus vt obliuiſcatur operis Hebreo. 6. noſtri & dilectionis quam oſtenderemus in nomine ipſius atq; hæc quidem de eo cuius inuiſibilis gratia viſibile ſignũ ſit baptiſmus dicta ſufficiant. Nunc de ſuſcipientibus bap tiſmum paucis diſſeramus.

## DE SVSCIPIENTIBVS BAPTISMVM Caput. XXXIIII.

EX omnibus Eccleſiæ ſacramentis nullum ẽ æque cunctis neceſſarium atq; Baptiſmus, ſine quo aut eius voto, nihil eſt quod quiſquã ſalutem ſe conſequi poſſe ſperet. Clara enim ſunt & aperta Chriſti verba dicentis. Niſi quis renatus fu- Ioan. 3.

erit ex aqua & ſpiritu ſancto non poteſt introire in regnũ Dei. Cuius hæreditatem quiſquis adire cupit, neceſſe eſt vt ab eo ſtatu in quo natus eſt filius primi Adæ transferatur in ſtatum gratiæ & adoptionis filiorum Dei per ſecundum Adam IESVM Chriſtum ſaluatorem noſtrũ. Quæ tranſlatio quoniam vt diximus in baptiſmo fit ad aſſequendã æternam illã gloriã apprimè cunctis eſt neceſſarius. Quãobrem ferendus non eſt error hic noſtri ſæculi Pelagianorum, qui contra clarum & apertum Dei verbum, contra cõmunem totius Eccleſiæ ſenſum & conſenſum aſſeuerare non dubitant paruulos fidelium hoc ſolo quod filij ſunt fidelium regnum cœlorum conſequi: Contra quorum errorem ſic iam indè à multis ſeculis ab Auguſtino ſcriptum ẽ. Quiſquis dixerit quod in Chriſto viuificabuntur etiã paruuli qui ſine ſacramenti eius participatione de vita exeũt, hic profectò & contra Apoſtolicam predicationem venit, & totam condemnat Eccleſiam, vbi propterea cum baptiſandis paruulis feſtinatur & curritur, quia ſine dubio creditur aliter eos in Chriſto viuificari omnino non poſſe. Verum idem illi contra ſanctorum patrum omnium & Eccleſiæ totius receptum ſenſum non verentur illa Chriſti verba: Niſi quis renatus fuerit ex aqua non de aquæ elemento, verum de mortificatione actipi debere affirmare. Huc audaciæ atq; amentiæ progreſſi ſunt homines inflati ſenſu carnis ſue, & non tenentes caput dum ſibi licere volũt iuxta priuatum ſpiritum ſuum ſcripturas ĩterpretari. Sed nos repudiatis horum tam craſſis erroribus cum Chriſto capite noſtro, & cum eius corpore Eccleſia dicamus & ſentiamus,

*Epiſto, 28.*

mus,

mus, quod niſi quis renatus fuerit ex aqua viſibili & ſpiritu inuiſibili non poteſt introire in regnum Dei. Qua tamen de re ſentiendum eſt & illud quod ab Auguſtino ſcriptum eſt. Baptiſmi vicem inqt aliquando implere paſsionem de latrone illo cui non baptiſato dictum eſt: Hodie mecum eris in paradiſo, non leue documentum beatus Cyprianus aſſumit, quod etiam atq; etiam conſiderans inuenio, non tantum paſsionem pro nomine Chriſti id quod ex baptiſmo deerat poſſe ſuplere, ſed etiam fidem, conuerſionemq; cordis ſi forte ad celebrandum myſterium baptiſmi in anguſtijs temporum ſuccurri non poteſt. Neq; enim latro ille pro Chriſti nomine crucifixus eſt, ſed pro meritis facinorum ſuorum: nec quia credidit paſſus eſt, ſed dum patitur credidit. Quantum itaq; valeat etiam ſine viſibili ſacramẽto baptiſmi quod ait Apoſtolus. Corde creditur ad iuſticiam, ore autem confeſsio fit ad ſalutem, in illo latrone declaratum eſt. Sed tunc impletur inuiſibiliter, cum myſterium baptiſmi non contemptus religionis, ſed articulus neceſsitatis excludit. Ex quibus Auguſtini verbis triplicem eſſe baptiſmum patres noſtri collegerunt flaminis, fluminis & ſanguinis, ac paruulos quidem non ſaluari perſuaſum habuerunt, niſi aut aqua, aut quod de innocentibus illis herodis iuſſu trucidatis factum legimus ſanguine ſuo fuiſſent baptiſati. Quæ etiam res in cauſa eſt, quod feminis baptiſandi quoq; poteſtas conceditur, ſi periculum ſit ne prius infans moriatur quam copia ſacerdotis haberi queat. Cæterum ſi quis ex adultis, nec opinata morte præuentus cum cuperet maximè ſacerdotis tamen baptiſantis poteſtatẽ

*Li. 4. de bap. con. Dona. C. 23.*
*Lucæ. 23.*
*Sermo. de cœna domini.*
*Roma. 10.*
*Matthei. 2.*

In pſal. CIII. concione 1. 2. Corinth. 8. teſtatem habere non potuit, ſit illud quod ab Auguſtino ſcriptum eſt. Coronat Deus intus voluntatem cum non inuenit facultatem, ſi enim voluntas prompta eſt, ſecundũ id quod habet acctepta eſt, non ſecundum id quod non habet affectum Deus penſat non effectum, voluntas pro facto reputatur vbi factum neceſsitas excludit. Quod etiam exemplo Valẽtiniani comprobatur qui quamuis ex aqua & ſpiritu renatus non eſſet quia tamẽ popoſcit, eo ipſo qđ popoſcit quam deſiderauit gratiam cum acctepiſſe ſcribit

In oratiõe funeb. de obitu Valentiniani. Epiſtola. 77. Ambroſius. Fuit Bernhardi temporibus qui diceret abſq; actuali baptiſmo ſaluari poſſe neminem, euius errorem ad Hugonẽ ſcribens grauiter confutauit. Eſt itaq; baptiſmus omnibus ad ſalutem neceſſarius, quem niſi re paruuli receperint, ab ingreſſu regni cælorum arcẽtur. In adultis tamẽ modo contemptus abſit, ſi baptiſantis poteſtas non datur voluntas prompta ſufficit. Indulgentius autem agitur in eo cum paruulis quam cum adultis, quod illis regenerationis hoc beneficium, non ſolum non libentibus, verumetiã reluctantibus quandoq; datur, nec fides in eis propria requiritur, ſed ſatis ad ſalutem eſſe fides Eccleſiæ creditur. Nam quod aſſerunt quidam propria fide, quam ex auditu verborum formæ baptiſmatis concipiunt iuſtificari paruulos, commentum id abſurdius eſt quam vt refelli oporteat, quandoquidem ſenſus etiam ipſe communis ſatis refellere videtur, ac veriſsimum illud eſſe conſtat, quod ab

Epiſtola 106. Auguſtino ſcriptum eſt. Eius mũeris merito iuſtificari paruulos, quod eis cum profuit neſcierunt, vſq; adeò autẽ neſcierunt, vt vocibus etiam quibus poſſent & motibus reluctari

ctari viſi fuerint. Quam etiam cauſam eſſe ſcribit Augusti- Epiſto. 57
nus, quod eis non imputatur, atq; omnis hic eorum reuiſus
nihilipenditur, donec in eis ſacramenta peragãtur, quibus
id quod de originali damnatione tractum eſt expietur, in-
tantum enim neſciunt quid faciunt, vt nec facere iudicent.
Quamobrem cum fides in voluntate ſit, paruuli aũt ratio-
nis & voluntatis arbitrio non vtantur, portentoſum quid-
dam eſſe videtur, fidem illius quę ex auditu eſt tribuere, cũ
quecunq; fiunt in paruulis in Eccleſiæ non in eorum pro-
pria fide fiant. Mater enim Eccleſia cuius brachijs ad bap De peccatorũ
tiſmum feruntur infantes, cor maternum vt eſt apud Au- meritis & re-
guſtinum eis preſtat vt ſacris myſterijs imbuantur, quia miſſione Li. 1
nondum poſſunt corde ſuo proprio credere ad iuſticiam, Capite 25.
nec ore proprio confiteri ad ſalutem. Sicut autem cor ad
credendum, ita aures ad audiendum, intellectum ad capi-
endum, linguam accomodat ad confitendum. Neq; verò
id rationi & æquitati conſentaneum non eſt. Nam cum a-
liena preuaricatione peccatum paruuli contraxerint, vt ire
filij naſcerentur, non iniquum viſum eſt, vt aliena quoq;
fide intercedente mundarentur quo filij gratiæ regenerarẽ
tur. At in adultis & propria fides requiritur, & ea pœniten
tiæ pars, cuius cauſa fides eſt, quam cõtritionem vocamus,
nam per baptiſmum veteri vite peccati moritur homo &
nouam vitam inchoat, conſepulti enim ſumus Chriſto p̄ Romano. 6
baptiſmum in mortem, vt quomodo Chriſtus reſurrexit à
mortuis per gloriam patris ita & nos in nouitate vitæ am-
bulemus. Is autem veteri vitæ peccati mori dicitur, quem
illius pœnitet, quiq; deinceps à peccatis abſtinere delibera

 tum

tum habet,neq; ad nouam vitam cuius principium eſt ip-
ſa baptiſmi ſuſceptio,niſi per veteris vitæ pœnitētiam cuiq̄
*In tractatu.* ingreſſus patet,hoc eſt quod ab Auguſtino dictū eſt.Nul
*de utilitate.* lus voluntatis ſuæ arbiter conſtitutus poteſt nouam vitā
*pœnitentie.* *Actuum* 2 inchoare,niſi eum veteris vitæ pœniteat.Propterea Petrū
admonuiſſe baptiſandos legimus,prius vt pænitentiā age
*In eodē quo* rent,quod etiam ab Auguſtino in libro cathechiſando fa-
*ſupra Libro* ctum eſſe diligenter videmus.Hæc autem pœnitentia quę
requiritur in adulto baptiſando,nihil eſt aliud quam odiū
& deteſtatio vitæ prioris.Atq; hæc quidem de ſuſcipienti-
bus baptiſmi ſacramentum.

## DE MINISTRO HVIVS SACRA- menti. Caput. XXXV.

QVOD autem ad miniſtrum attinet propri
us eſt huius ſacramenti miniſter ſacerdos,niſi
neceſsitas aliud poſtulauerit,quo tēpore cu-
iuis baptiſare licet.Neq; verò ad integritatē baptiſmi quic
q̄ refert qua vita ſit preditus qui baptiſat,nam neq; qui plā
*I Corinth.* 3 tat eſt aliquid,neq; qui rigat ſed qui incrementum dat De-
*Ioannis.* 1. us,hic eſt qui baptiſat, huius inſtrumentum eſt ſacerdos.
Cæterum qui ſanctificat qui lauacro aquę in verbo vbi mi
niſter videtur corporaliter operari ipſe abluit,ipſe mūdat,
non niſi Chriſtus eſt.Præclara ſunt Ambroſij verba, non
mundauit Petrus,non mundauit Ambroſius,non munda-
uit Gregorius,noſtra enim ſeruitia ſed tua ſunt ſacramenta
*In plogo libro* Neq; enim humani operis eſt diuina conferre, tuū domi-
*rorum de ſpi* ne munus & patris eſt, qui loquutus eſt per prophetas di-
*ritu ſancto.*
cens

cens. Effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnē. Quā- Ioel: 3.
obrem ſiue à fideli, ſiue à perfido diſpenſatore baptiſmi ſa-
cramentum aliquis perceperit, ſpes ei omnis in Chriſto eſ-
ſe debet cuius baptiſmum percipit: nō in hoīe à quo pcipit
Nam maledictus hō qui ſpē ſuā ponit in homine, & ponit Hieremie. 17
carnē brachiū ſuū. Benedictus vir q confidit in dn̄o & erit
dominus fiducia eius. Quid Ioanne baptiſta fuit ſanctius Matthei. 11
cui propter ſingularem virtutem & ſanctimoniam hoc à
Chriſto tributum elogium legimus: Quod inter natos mu
lierum non ſurrexit maior Ioanne baptiſta, quid contra Iu
da proditore ſceleratius, & tamen poſt Ioannis baptiſmū Actuum 19.
baptiſaſſe Paulum ſcribitur, poſt Iudæ baptiſmum bapti-
ſaſſe quemq̄ non comperimus. Quid ita? Quoniam ille ba
ptiſmus hominis erat Ioannis per hominem autem gratia
remiſsionis peccatorum & renouationis quod Chriſti mu
nus eſt proprium conferri nō potuit. Quo verò baptiſauit
Iudas, fuit baptiſmus Chriſti, agni illius immaculati qui Ioannis 1.
tollit peccata mundi. Porrò Chriſti baptiſmum cuiuſcūq;
tandem miniſterio ſemel datum iterari fas non fuit, adeò
vt etiam ſi ab hæretico datus eſſet eum repeti non liceret,
quodq; maius eſt etiam ſi non baptiſatus baptiſaſſet, mo-
do formā debitam obſeruaſſet valere baptiſmum nec eū
iterandum eſſe viſum eſt. Verum illud interea ſcire opor-
tet baptiſmum eſſe quidem extra Eccleſiam poſſe, prodeſ
ſe non poſſe. Eccleſia enim paradiſo comparata ſicut ab
Auguſtino ſcriptum eſt, indicat nobis poſſe quidem eius Lib. 4. de uni
baptiſmum homines etiam foris accipere, ſed ſalutem bea co bapti. ca 1
titudinis extra eam neminem vel percipere vel tenere. Nā

Geneſis 2. & flumina de fonte paradiſi ſicut ſcriptura teſtatur etiam foras largiter manauerunt. Nominatim quippe commemorantur per quas terras fluant, & quia extra paradiſum conſtituta ſunt omnibus notum eſt. Nec tamen in Meſopotania, vel in Aegipto, quo illa flumina peruenerunt eſt fœlicitas vitæ quæ in paradiſo commemoratur, ita fit, vt cũ paradiſi aqua ſit extra paradiſum, beatitudo tamen non ſit niſi itra paradiſum. Sic ergo baptiſmus Eccleſiæ poteſt eſſe extra Eccleſiam munus autem beatæ vitæ non niſi intra Eccleſiam. Et ſicut in arca Noe que & ipſa figura eſt Eccleſiæ non alia ſed eadem aqua in arca poſitos ſaluos fecit, & extra arcam poſitos interemit. Sic non alio ſed eodẽ baptiſmo, & boni catholici ſalui fiunt, & mali catholici vel hæretici pereunt. Communis itaq; nobis eſt cum hæreticis baptiſmus ſicut & Euangelium cum illis eſt commune verum illis extra arcam poſitis & Euangeliũ & baptiſmus in damnationem, nobis vero vtrunq; eſt in ſalutem. Quamobrem redeuntes ad Eccleſiam heretici rebaptiſandi non ſunt, verum poſt abiuratam hæreſim per manuum impoſitionem ſuſcipiendi ut quod acceperant ad perniciem, habere iam incipiant ad ſalutem, ſicut copioſe de eo contra Donatiſtas ſcribens multis in locis diſſerit Auguſtinus.

Gene. 7.

## DE RITIBVS ET CEREMONIIS baptiſmi. Caput. XXXVI.

ADhibentur autem huic ſacramento quedam cerimoniæ, non ille quidem adeò neceſſariæ vt ſine illis baptiſmus pfici nó poſsit, ſed quas tamen

tamen peccet ſi quis nulla vrgente neceſsitate ſolo contẽp
tu prætermittat, cum earum vſum antiquiſsimũ eſſe cõſtet
vt ſi quis ab ipſis Apoſtolis per longam Epiſcoporum &
ſacerdotum ſucceſsionem nobis per manus eſſe traditas
affirmauerit, minime à vero aberraſſe videat: Memine=
runt enim earum antiquiſſimi quiq; ſcriptores. Adhibent
autem ij ritus maioris cuiuſdam ſolẽnitatis & decoris gra=
tia, tribus potiſsimum ex cauſis. Primo vt tanto maiore pi
etate ac reuerentia ad ſacramẽtum hoc accedatur neue cõ=
munis ablutio quedam eſſe putetur ſi citra ſolennitatem
vllam fiat, atq; ita ſacramentum hoc cõtemni incipiat. De
inde vt p benedictiones, orationes & alia id genus vis de=
monis arceatur, qui nihil non facit vt impediat quominus
fructum huius ſacramenti baptiſandus percipiat. Poſtre=
mò quo per hæc exteriora qui ſunt ex fidelibus rudiores di
ligentius inſtruantur aut ſaltem excitentur ad hoc vt in=
ſtrui deſiderent quid ſibi ritus iſti velint, atq; ita quæ geran
tur in baptiſmo cognoſcant, nihil enim eorum vacat my=
ſterio ſingulari. Quamuis autem hæc perſequi non eſt prę
ſentis inſtituti, quoniam tamen inſtigante ſathana factum
videmus, vt et ceremoniæ vetuſtate cõſecratæ à pleriſq; cõ=
temnantur, breuiter quid ſibi nonnullæ earum velint expli
cabimus. Principio non ſtatim baptiſandus templum in= Pſalm. xcij.
greditur, neq; enim ſe dignum iudicat qui domum illam in
grediatur quam decet ſãctitudo, cum nõ modo ſit expers
omnis ſanctitatis, verũ adhuc diaboli poteſtati ſubiectus
omni ſit ſpurcicia plenus. In hunc pro foribus templi con=
ſtitutum inſuflat ſacerdos, neq; id ſine exemplo Chriſti, cu

 ius perſo=

ius perſonam gerit,cuius virtute ſacramentum id confert
*Io. 20.* qui & ipſe inſuflaſſe in diſcipulos legitur, ſpiritum ſanctũ
eis daturus.Propterea autem exuflantur paruuli & exor=
*De ſymbolo ad Cathechumen.li.1. c. 1.* ciſantur dicit Auguſtinus, vt pellatur ab eis diaboli pote=
ſtas inimica,quæ decepit hominem vt poſsideret homines
*Li.2. de gratia & peccato originali. capi. 40.* Quam alio loco priſcam eſſe traditionem ſcribit. Ac recte
cum & Dioniſius Areopagita Pauli diſcipulus exuflatiõis
& exorciſmi meminerit.Inſuflatione facta ſacerdos exorci
*Eccle.hiſt.c.1* ſat,cuius moris meminit etiam Chriſoſtomus. Eſt autem
*In homilia de Adã & Eua.* exorciſare nihil aliud quam per diuina verba ſpiritum im=
mundum adiurando expellere.Quod Apoſtolorum quo=
q; temporibus factitatum legimus.Dum exorciſatur bap=
tiſandus,ſignat eum ſacerdos ſigno ſanctę crucis in fronte
primum,vbi ſedes eſt pudoris,deinde in pectore vt intelli=
gat diabolus expelli ſe virtute eius qui in cruce pependit,
vnde ſuam virtutem crux contra eum actepit,neq; impedi
*Roma.10.* mento ſit quominus qui baptiſatur,& corde credat ad iu=
ſticiam,& ore confiteatur ad ſalutem.Quantum autem e=
xorciſmo & catechiſmo qui baptiſmum precedunt ſancti
*Homilia 40. in Epiſtolam ad Corinthi.* patres tribuerint,vel ex eo Chriſoſtomi loco perſpicuum
eſſe cuiuis poteſt,vbi quę præcedunt baptiſmum vocat ar=
chana verba & metuenda ac horribiles canones dogmatũ
de cœlo tranſmiſſorum.Talia viſa ſunt priſcis temporibus
viris grauiſsimis,nunc non deſunt homines impij qui ca=
chinnis etiam ea proſequi non verentur.Poſt exorciſmum
leguntur ſuper baptiſandum orationes vt fiat cathechu=
menus,hoc eſt vt edoceri poſsit myſterium ſacrę fidei,quæ
cum Dei ſolius donum ſit,ab illo petendam eam eſſe doce

mur

mur, qui & adiuuat incredulitatem noſtram, & fidem ad/ *Marci. 9.*
auget, qui niſi docuerit intus, fruſtra vox hominis docentis *Lucæ. 17.*
foris perſtrepit. Recte autem atq; ordine fit quod precedit catechiſmũ exorciſmus, prius enim eripi vaſa neceſſe fuit iniuſto poſſeſſori diabolo, ac ita demum in poſſeſſionem victoris illius transferri qui captiuam duxit captiuitatem. *Pſalmo. 67.*
Quod verò ſal in os infantis imponit ſacerdos, quod aures & nares poſtea ſputo linit, aurium linitio ſignificat receptionem doctrinæ fidei, narium approbationem, ſal miſſum in os confeſſionem. Aperiuntur aures ad audienda mandata Dei, nares ad percipiendum odorem noticiæ eius, labia ad reſpõdend' ſacerdoti de fide interrogãti. Facit aũt & hęc ſacerdos ad imitationẽ Chriſti, quẽ legimus liniuiſſe lutum ſup oculos cæci, & iuſiſſe abire vt ablueret, miſiſſe deinde digittos in auriculas ſurdi, dixiſſeq; Epheta, quod eſt *Ioan. 9.*
adaperire, expuentem etiam tetigiſſe linguam muti. Hu- *Marci. 7.*
ius autem linitionis minime recẽtem vſum eſſe vel ex Am *Mar. 7.*
broſij ſcriptis videre licet. Legitur autem dum catechiſat' *De ſacramẽ.*
baptiſandus Euangelium, admonẽtur poſtea ſuſceptores *Lib. 1. Cap. 1.*
ſiue patrini vt manus imponant capiti paruuli baptiſandi ac eius nomine profiteantur ſymbolum & orationem dominicam. Tenẽtur autem ſuſceptores dare operam vt inſtruantur paruuli cum ad vſum rationis peruenerint de ijs quæ ad fidem pertinent. Quos & Auguſtinus in ſermone quodã admonuit ijs verbis. Admoneo fratres Chariſsimi
quicumq; viri quæcumq; mulieres de ſacro fonte filios ſpi- *Sermon. 163.*
ritaliter exceperunt, agnoſcant ſe pro ipſis fideiuſſores a- *de tempore.*
pud Deum extitiſſe, & ideò ſemper illis ſollicitudinem ve

tæ cha

ræ charitatis impendant. Quod autem benedictiones pręli um cũ ipoſitiõe manuũ inter cathechiſandũ fiũt, cauſa hęc eſt, vt qui ſemel per exorciſmum pulſus iam eſt diabolus, ei reditus pręcludatur. In troducit̃ poſtea baptiſandus in Eccleſiam, ac interogatus à ſacerdote, reſpondet per ſuſce ptores ſuos, niſi forte ſit adultus, tum enim ipſe loquat̃ neceſſe eſt, abrenunciare ſe ſathanæ, & omnibus operibus eius, & õnibus põpis eius, ac Chr̃o ſe cõiũgi velle, in cuius etiã rei ſignum ad ſingulos articulos fidei, de q̃bus interrogatur per ſacerdotem credere ſe reſpondet. De hac abrenunciatione ita ſcribit Auguſtinus. In veritate & non in falſitate poteſtas diabolica exorciſatur in paruulis, eiq; renunciant, quia per ſua non poſſunt, per corda & ora geſtantium vt eruti à poteſtate tenebrarum in regnum ſui domini trãſ ferantur. Poſteaquam abrenunciauerunt diabolo, & Chriſto nomen dederunt, vngit eos ſacerdos oleo, more athletarum qui ſtadium iam ingreſſuri ſunt vt futuri iam Chriſti athletę deſignentur, quibus colluctatio futura eſt non aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus principes & poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarum harum contra ſpiritualia nequiciæ in cœleſtibus. Qua de re ita ſcribit Auguſtinus. Chriſti nomen à chriſmate dictum eſt χρισμα autem grece, latine vnctio nominatur. Ideo autem nos vnxit, quia luctatores contra diabolum fecit. Sed & ante eũ Cyprianus. Vngi quoq; neceſſe eſt eum qui ſit baptiſatus, vt accepto chriſmate & vnctione eſſe vnctus Dei, & habere in ſe gratiam Chriſti poſsit. Quin & vetuſtiſsimi Dionisius, & Tertulianus unctionis meminerunt. Vngitur autẽ

*De nuptijs & concupiſcencia. li. 1. ca. 20*

*Epheſum 6.*

*Tractatu 33. in Ioannem.*

*li. 1. epiſt. 12. Eccleſia hiera. ca. 7. de baptiſmo.*

& in

ſius,& Tertulianus vnctionis meminerunt. Vngitur autē & in pectore vt intrepidus diabolo reſiſtat charitate erga Deum inflammatus cui nihil eſt difficile,& inter ſcapulas vt ad ſuaue iugum domini ferendum tanto fiat robuſtior. Vnctione facta baptiſatur,ac ter immergitur,quę trina im merſio vt eſt apud Damaſcenum tres dominicę dies ſepul turæ repreſentat, vel etiam trinitatem perſonarum. Ante Damaſcenum autem idem à Leone quoq; pontifice anno tatum eſt, ſepulturam inquit triduanam imitatur trina demerſio, & ab aquis eleuatio, reſurgentis adinſtar eſt de ſepulchro. Neq; verò id ita fieri neceſſe eſt vt non vna immerſione baptiſmus abſolui poſsit qua et vnum eſſe Deum qui trinus eſt in perſonis, & ſemel tantum mortuum, nec deinceps amplius moriturum ſignifice-tur. Quod etiam in concilio quodam Toletano in deteſta tionem erroris cuiuſdam ita conſtitutum eſſe legimus, vt vna tantum fieret immerſio. Quin & ipſa immerſio preter mitti recte poteſt,ac vel ſola aſperſio vel perfuſio,qua mul ti nunc vtuntur ſufficit, quemadmodum Cyprianus etiā teſtis eſt. Baptiſatum puerum ſignat cruce cum chriſmate in vertice capitis ſacerdos ſuper cerebrum,vt hoc ſigno il-lum admoneat,quandoquidem vetus homo crucifixus in illo eſt,atq; cum Chriſto conſurrexit,vt in nouitate vitæ ā-bulet,quæ ſurſum ſunt quærat,vbi Chriſtus ē in gloria Dei ſedens,quæ ſurſum ſunt ſapiat non quæ ſuper terram, qñq dem ex terreno cœleſtis,ex Adæ filio Dei filius factus eſt, vt iam non ad aliam illi magis,quam ad cœleſtem hæredi tatem aſpirare fas ſit. Poſtea dat illi veſtem candidam, vt

*Matthei.11.*

*Li.4.cap.10*

*Epiſto.4.ca.3*

*Li.4.Epi.7.*

*Coloſſ.3.*

Lib. de ijs qui iniciantur mi ſterijs Cap. 7
Li. 7 ca. 17.

ſit indicium quemadmodum ſcribit Ambroſius quod exuerit inuolucrum peccatorum & induerit innocentiæ caſta velamina. Meminit etiam Socrates poſt Dioniſium in Eccleſiaſtica hiſtoria, candide veſtis huius, quæ dabatur baptiſatis. Quin & adhuc durat nomen dominice in Albis, nam in primitiua Eccleſia fuit mos vt non baptiſarentur niſi in vigilia Paſchæ & Pentecoſtes. Qui itaq; baptiſabantur in vigilia Paſchæ incedebant veſte candida induti per octo dies, ac vocabantur albati. Atq; octauo demum die veſtem albam deponebant, vnde tractum nomen dominicæ. Quod autem ſuſceptores quos patrinos vocant adhibentur in baptiſmo, qui quaſi ſponſores paruulorum voluntatis eſſe videntur, atq; inſtruere baptiſatos de ijs quæ ad fidem pertinent obſtricti ſunt, eſt & hoc ſicut Dionyſius teſtatur apoſtolicæ traditionis. Contrahi autem cognationem ex baptiſmo recens non eſt. Antiquiſsimus Origenes huius cognationis meminit explicans illum Pauli locum. Lucius & Iaſon & ſoſipater cognati mei. Hanc inqt cognationem vel conſanguinitatem arbitror eſſe ex baptiſmo contractam. Datur extremo baptiſato cereus ardens, vt meminerit, quandoquidem ſponſauit eum ſibi Chriſtus in fide, cum venerit ſponſus ad nupcias quo ſe preparet ad occurrendum ei cum lampade non extincta ſicut fatuæ illæ virgines ſed ardente, hoc eſt cum fide, non illa mortua, ſed quæ igne charitatis actenſa ocioſa eſſe non poteſt. Hic perſpicere licet, quam nihil non ſacrum, nihil non veneratione dignum ſit in ijs ceremonijs, in quibus recōdita ſunt myſteria multa homini chriſtiano cognitu cumprimis neceſſaria,

Eccleſia. Hiera. Capite 2

Roman. 16.
Oſeæ. 2.
Matthei. 25.

ceſſaria, quæ vt ſcrutetur diligentius per exteriora hæc excitari videtur. Non ſunt itaq; temere prætermittendæ quas ipſis etiam Apoſtolorum temporibus obſeruatas ac deinceps longe ſeculorum tractu nunq̃ intermiſſas ad hæc vſq; noſtra tẽpora ex vetuſtiſsimis quibuſq; ſcriptoribus abunde liquere poteſt. Verum nos reliqua perſequamur.

## DE SACRAMENTO CONFIRMAtionis. Caput. XXXVII.

BAPTISMVS intrãtium eſt vt diximus confirmatio vero pugnãtium. In Baptiſmo CHriſto nomẽ damus & eius milites efficimur. atq; ad ineundum prælium cum aduerſarijs poteſtatibus præparamur, coronam accepturi ſi victores euaſerimus. Neq; enim coronabitur quiſquam niſi qui legittime certauerit. 2 Timoth. 2 Eſt quidem ita, quod ſi qui baptiſatur paruulus preſertim ex hac vita ſtatim vt baptiſmum accepit migrauerit, citra vllam dubitationem non ſuis verum Chriſti quem induit, cuius corpori inſitus eſt meritis coronam gloriæ conſequitur. Sed cui iam vſum rationis adepto poſt acceptum baptiſmum, vitam Deus in hoc ſeculo propagare dignatur, 2 Timoth. 4. non eſt quod exiſtimet is nihil aliud ſibi reſtare poſt baptiſmum quam vt credat ocioſus immo perſuaſum ſibi hoc habere debet ſe ad graue certamen vocari, quod niſi certauerit bonum hoc certamen curſumq; conſumauerit, nihil

eſt quod ſe iuſticie coronam quæ non eſt repoſita niſi legit=
time certantibus aſſequi poſſe ſperet. Neq; enim perinde
oppugnat homines ante baptiſmũ ſathanas atq; poſt. Nã
qui non ſunt baptiſati eos pro ſuis habet & omnem in eos
tanquam ſibi ſubiectos poteſtatem exercet. Qui vero ca=
ſtra ſua deſeruerunt, atq; ad Chriſti vexillum confuge=
runt, eos è poteſtate ſua ereptos, dolet, atq; omni inſidiarũ
genere pertrahere rurſus in eam in qua fuerunt antea cap=
tiuitatem conatur. Ipſe etiam Chriſtus documento nobis
eſſe poteſt, quem non prius aggreſſus eſt tentare ſathanas,
*Matthei* 4. quã fuiſſet à Ioãne baptiſatꝰ. Quamobrem cum in Baptiſ=
mo non ad fidem ocioſam, ſed ad pugnam periculoſã vo=
cati ſimus, ad quam recte gerendam vires noſtræ ſufficere
nequaquã poſſũt, dare nobis remediũ dignatus eſt CHri=
ſtus in ſacramento confirmationis, in quo confertur nobis
is cuius ope adiuti, facile poſſumus, & carnem & mundũ,
& eum cui ſemel in baptiſmo renunciauimus diabolũ ſu=
perare. Is eſt ſpiritus ſanctus qui adiuuat infirmitatem no=
ſtram, qui niſi pręſto nobis adeſſet, turpiter nos ex acie fu=
gere, atq; hoſtibus noſtris terga dare oporteret, quorũ ma=
ior eſt vis, quam vt ſolis humanis viribus ei reſiſtere quea=
mus. Quamobrem ſicut in baptiſmo ſpiritum ſanctum ac=
cepimus in remiſsionem peccatorum, ita in confirmatiõe
datur nobis idem ſpiritus ſanctus in robur contra hoſtes
noſtros, quo adiuti atq; animati facilius impetum eorum
propulſare queamus. Sacramenti huius meminit Petri ſuc
*Epiſtola* 3. ceſſor Clemens, ac abſq; eo negat aliquem perfectũ Chri=
ſtianum eſſe, aut ſedem habere inter perfectos poſſe, ſi non
neceſ=

neceſsitate,ſed incuria aut voluntate remanſerit, his enim ille verbis vtitur. Ac mox ſubdit,quod à Petro inquit acte-pimus,ac cæteri ſancti Apoſtoli precipiente domino docu erunt. Materia huius ſacramenti eſt χρησμα ex oleo oliuarũ & balſamo confectũ. Forma eſt hæc. Quod præmiſſo nomine eius qui confirmatur dicit Epiſcopus. Signo te ſigno crucis.& confirmo te chriſmate ſalutis In nomine Patris & filij & Spiritus Sancti vt replearis eodem ſpiritu ſancto & habeas vitam æternam. Simul vt ad ſignum & elementũ viſibile vnctionis quæ fit in fronte CHriſmate, verbum acteſſerit, ſit ſacramentum. hoc eſt ſacre rei,nimirum inviſibilis gratiæ qua cõfert̃ ſpiritus ſanctus,ſignũ viſibile vnctiõis ſimul em̃ vt ꝓlatis verbis vnctus fuerit cõfirmãdus,è veſtigio dat̃ ei ſpiritusſc̃tũs,qui tueatur eum aduerſus inſidias Diaboli,qui vires & robur ſuppeditet ad omnes aduerſarias poteſtates debellandas. Cum itaq; tam ſacræ rei ſignum ſit confirmatio, & quidem efficax, nihil eſt quod quiſquam dubitare queat ei ſacramenti nomen tribuere, cum ab ipſis apoſtolorum temporibus ad hæc vſq; noſtra fuerit inter ſacramenta numerata. Certe Auguſtinus vocat ſacramentum chriſmatis,quod quidem inquit in genere ſignaculorum ſacroſanctum eſt,ſicut ipſe baptiſmus,nõ minus id quam ipſum baptiſmum ſacro ſanctum eſſe vult Quod autem in hoc ſacramento ſpiritus ſanctus conferat̃ aperta ſunt ſcripturæ teſtimonia.Legimus in actis de Petro & Ioanne,quod imponebãt manus ſuper illos qui Dei verbum in Samaria receperant.& erant baptiſati in nomine domini Ieſu,& actipiebant ſpiritum ſanctum.Ac rurſus

*Li. 2. contra literas Petiliani. Cap. 104*

*Actuum. 8.*

Actuum 19. alio loco de Paulo quo facto iposuit illis manus Neq; vero quia Chriſmatis mentio non fit ideo putandũ eſt eius vſũ non fuiſſe temporibus Apoſtolorum. Extat inter alia in libro conciliorum Epiſtola ſancti Fabiani pontificis & martyris qui fuit à Petro decimus octauus, quam ſcripſit ad Epiſcopos orientales, in qua diſertis verbis teſtatur: Quod poſtquam cœnauit dominus cum diſcipulis ſuis, & lauit eorum pedes Chriſma conficere docuit, Sicut inquit à ſanctis apoſtolis prędeceſſores noſtri acteperunt nobiſq; reliquerunt: Et ſubdit. Ipſa enim lauatio pedum noſtrum ſignificat baptiſmum quando ſancti chriſmatis vnctione perficitur atq; confirmatur: Hæc ille ante mille tricentos annos, Neq; multo poſterior Cyprianus librum etiam edidit de Chriſmate. Sed & vtroq; vetuſtior Dionyſius Areopagita copioſe de eo multa ſcripſit, ſanctiq; doctores paſſim in multis locis meminerunt ante mille centum annos. In Carthaginenſi tertio & quarto & Toletano primo concilijs, poſtea vero in Andiſiorieñ & Bracarenſi fuit conſtitutum, vt ne quiſquam alius præter Epiſcopum Chriſma conſecrare auderet. Quod etiam à Leone pontifice cautum eſt, dũ ad Germaniæ & Galliæ ſcribit Epiſcopos. Eſt autem materia Chriſmatis cóprimis idonea ad exprimendam ſignificationem quæ non modo ſignificatur verumetiam confertur in hoc ſacramento, Datur enim in hoc ſacramento plenitudo ſancti ſpiritus ad robur ſpirituale qđ perfectæ iam ætati conuenit, ad quam cum ꝑuenit homo, incipit actiones ſuas ad alios quoq; communicare, cum antea ſibi ſoli viueret, Gratia itaq; ſanctiſpiritus deſignatur oleo

*Ca. 4. Eccleſiaſticæ Hierarchie*

*Epiſtola. 88.*

oleo. Vnde & Chriſtus dicit̃ eſſe vnctus oleo leticiæ pro/
pter plenitudinem ſancti ſpiritus quam habuit. Admiſcet̃ *Pſalmo. 44.*
autem balſamum.propter flagrantiam odoris quæ redun=
dat ad alios. Hoc eſt ꝙ dicit Apoſtolꝰ,Chriſti bonus odor *2 Corinth. 2.*
ſumus. Quamobrẽ non quia nõ eſt expræſſe quicq̃ in ſcri=
pturis de eo traditũ. idcirco vſum eius fuiſſe negãdum eſt.
Recte enim ab Auguſtino ſcriptum eſt. Non omnia quæ *Epiſtola 108.*
facta ſunt ab apoſtolis etiam ſcripta inueniuntur. Verum=
tamen facta eſſe ex cæteris documẽtis probantur. Fit autẽ
vnctio in fronte chriſmate ſigno crucis quod niſi adhibeat̃
ſiue frontibus credentium. ſiue ipſi aquæ qua regenerãtur
ſiue oleo quo chriſmate vnguntur,nihil eorum rite perficit̃
dicit Auguſtinus. Fit itaq; ideo in frõte tanq̃ in ſede pudo= *Tractatu 118*
ris, nę Chriſti oprobrio Chriſtianꝰ erubeſcat qui illud po= *in Ioannem.*
tius pręſeferat, de illo glorietur, in illo fidat, ex illo animũ *Auguſtin. in Pſal. 30. Cõ*
ſumat viriliter contra hoſtes pugnãdi, Inſtitutũ autem eſt *cione ſecũda*
hoc ſacramentum à Chriſto non exhibendo ſedpro mittẽ=
do. Promiſit enim ille cũ dixit Ego mittã promiſſũ patris *Lucæ. 24. Ioannis 14.*
in vos, Item Paracletus autem ſpiritus ſanctus quem mit=
tet pater in nomine meo.ille vos docebit omnia, non ille ꝑ
ſe.ſed per Apoſtolorum ora ſacramentum hoc patefacere
nobis voluit, Neque id ſine cauſa Nam cum ſacramentũ
hoc contineat in ſe plenitudinẽ ſancti ſpiritus quæ confert̃
omnibus qui chriſmate conſignantut. qnamdiu Chriſtus
in hoc ſeculo verſabatur hæc plenitudo ſancti ſpiritus dari
non debuit. Sic enim ille dixerat. Si nõ abiero paracletus *Ioannis. 16.*
nõ veniet ad vos, ſi aũt abiero mittã eũ ad vos. Quamob=
rem antequã in cœlum Chriſtus aſcẽdiſſet dari plenitudo

ſancti ſpiritus nō debuit. Qđ etiā ille locus īdicat, nōđ erat
Ioannis. 7. ſpiritus ſctūs dat9, quia Ieſus nōdū erat glorificat9. Neq;
vero propterea minoris authoritatis eſſe debet hoc ſacra
*In ſermo. de ablutiōe pedum* mentum quod à Chriſto promiſſum tantum, ab apoſtolis
vero exhibitum, nam nō minus ratum eſt dicit Cyprianus
quod dictāte ſpirituſancto apoſtoli tradiderunt, quā quod
ipſe Chriſtus tradidit, & in ſui commemorationem fieri prę
cepit. Miniſter autem huius ſacramenti quod vocat ſacra-
*Epiſtola* 3. mentum manuum impoſitionis Euſebius. non eſt niſi Epi-
*Epiſtola* 4. ſcopus/quod pręter apoſtolos nemo ſacramentumhoc cō
*Epiſtola* 1. tuliſſe legitur, quemadmodum etiam ab Vrbano Damaſo
*Capite* 2. Innocentio. & leone ſanctiſſimis pōtificibus, traditum eſt,
*Epiſtola* 83. quin & in Aurelianenſi & Meldenſi concilijs idem eſt cō-
ſtitutum. Quo magis autem vis huius ſacramēti cognoſci
poſit, viſum eſt adſcribere quedam ex epiſto la Melchiadis
papæ, quā ille ante mille ducētos ānos ad epiſcopos hiſpa-
niæ cōſcripſit De ijs vero inquit ſuper quibus rogitaſtis vos
informari, ideſt vtrum maius eſſet ſacramentū manus im-
poſicio epiſcoporū aut baptiſm9, ſcitote vtrūq; magnū eſſe
ſacramentum & ſicut vnum à maioribus fit ideſt à ſūmis
pōtificibus. quod à minoribus perfici nō poteſt, ita & ma-
iori veneratione venerandum & tenendum eſt. Sed ita co-
niuncta ſūt hæc duo ſacramenta, vt ab inuicem niſi morte
pręueniente nullatenus poſſint ſegregari & vnum ſine alte-
ro rite perfici non poteſt, Nam vnū pręueniente morte ſal
uare ſine altero poteſt, aliud autem non poteſt, vn de ſcri-
Ioelis. 2. ptū eſt, Indiebus illis dicit domius, effūdam deſpiritu meo
ſuper omnem carnem Aduertamus ſumas diuicias boni-
tatis Dei,

quod in confirmandis Neophitis manus impoſitio tribuit ſingulis, hoc tũc ſpiritus ſancti deſcenſio incredentiũ populos donauit vniuerſis. Sed quia diximus quod manus impoſitio & confirmatio ad baptiſmi prefectionẽ pertineat, & qui iã regeneratus in Chriſto eſt, cõfirmare aliq uid poſſit. Forte cogitat ſibi aliqs, qd mi ꝓdeſt poſt myſteriũ baptiſmatis myſteriũ cõfirmatiõis? aut qñtũ video nõ totũ de fonte ſuſcepim9, ſi poſt fontẽ adiectiõe noui generis indigemus. Nõ ita dilectiſſimi atẽdat charitas veſtra, ſicut exigit militaris ordo, vt cum imperator quemcumq; in militũ receperit numerum, non ſolum ſignet receptum, ſed etiã armis competentibus inſtruat pugnatorum, ita in baptiſato benedictio illa munitio eſt. Dediſti militem, da ei adiumẽtum militiæ, nunquid prodeſt ſi quiſquam parentum magnam pupillo conferat facultatem, niſi providere ſtudeat & tutorẽ. Itaq; paracletus regeneratis in Chriſto, cuſtos & conſolator, & tutor eſt. Ideo dicit ſermo diuinus. Niſi dominus cuſtodierit ciuitatem fruſtra vigilat qui cuſtodit eã. Ergo ſpiritus ſanctus qui ſuper aquas Baptiſmi ſalutifero *Pſalmo. 126.* deſcendit illapſu, in fonte plenitudinem tribuit ad innocentiam, in confirmatione augmentum pręſtat ad gratiã. Et quia in hoc mundo tota ætate victuris inter inuiſibiles hoſtes & pericula gradiendum eſt, in baptiſmo regeneramur ad vitam poſt baptiſmũ cõfirmamur ad pugnã. In Baptiſmo abluimur, poſt baptiſmum roboramur. Ac ſi cõtinuo tranſituris ſufficiãt regenerationis beneficia, victuris tamẽ neceſſaria ſunt confirmationis auxilia. Regeneratio per ſe ſaluat, mox in pace beati ſeculi recipiẽdas, cõfirmatio au-

aũt armat & inſtruit ad agones mundi huius & pręlia re-
ſeruandas. Qui aũt poſt baptiſmum cum acquiſita innocẽ
tia immaculatus peruenit ad mortem, confirmatur morte,
quia non poteſt peccare poſt mortẽ. Hic ſi forte illud etiã
requirere velimus, poſt paſsionem & reſurectionem Chri-
ſti quid Apoſtolis profuerit aduentus ſpũs ſcti? Ipſe dñs
Ioannis 16. eis euidenter exponit. Quæ dico inquit vobis, non poteſtis
ea portare modo, cum autẽ venerit ille ſpũs veritatis ipſe
docebit vos omnem veritatem. Vides quia cum ſpũs ſctũs
infundit, cor fidele ad prudentiam & conſtantiã dilatat.
Itaq; ante deſcenſionẽ ſpũs ſcti vſq; ad negationẽ apoſto-
li deterrentur, poſt viſitationẽ verò eius, vſq; ad martiriũ
contemptu ſalutis armant. Secundum hoc per Chriſtum
redimimur, per ſpiritũ vero ſanctũ dono ſapientię ſpiritua-
lis illuminamur, ædificamur, erudimur, inſtruimur, conſu-
mamur, vt illã ſancti ſpũs vocem audire poſsimus. Intel-
lectum tibi dabo & inſtruam te in via hac qua gradieris.
De ſpũ ſãcto actipimus vt ſpirituales efficiamur, quia a-
nimalis homo nõ percipit ea quæ dei ſunt, de ſpuſctõ acti-
pimus vt ſapiamus inter bonũ malumq; diſcernere, iuſta
diligere, iniuſta reſpuere, vt maliciæ ac ſuperbiæ repugne-
mus, vt luxuriæ ac diuerſis illecebris & fœdis indigniſq; cu
Pſalmo. 31. piditatibus reſiſtamus. De ſpũſctõ actipimus vitæ amorẽ,
1 Corint. 2. & gloriæ ardorẽ, vt actenſi diuinitus erigere à terrenis men
tem ad ſuperna & diuia valeamus. Hæc ideo viſum eſt ex
Epiſtola ſancti pontificis adſcribere, vt & dignitas, & effe-
ctus huius ſacramenti iuxta eam doctrinam quæ fuit ante
tot ſecula cognoſci poſſet.

DE SA-

# DE SACRAMENTO EVCHARISTIAE CAPVT XXXVIII.

PER Baptiſmum exuto veteri homine nouã quandam vitam ingredimur, & Chriſti militiæ aſcribimur. Quò fortius aũt ac virilius hoſtium impetum propulſare queamus, in ſacramento confirmationis chriſmate vngimur, in quo nobis datur ſpiritus ſanctus qui & fiduciam ad pugnandum, & robur præſtet ad hoſtes ſuperandos. Cæterum cui non modo viuendum verumetiam pugnandum eſt, is alimonia ſi deſtituatur, neq; viuere diu, neq; vires ad reſiſtendum habere põt. Quare cum & vita quam ingreſsi ſumus baptiſati, & pugna quam gerimus Chriſmatis vnctione confirmati, vtraq; ſit ſpiritualis, pater ille miſericordiarum, & deus totius conſolationis, vt ne vires noſtræ deficerent, de ſpirituali nobis alimonia prouidendum eſſe putauit qua in re ſingularem ſuam erga nos charitatẽ maioremq; quam vt vlla vis orationis eam ſatis explicare queat nobis declarauit. Neq; eñ vulgari aliquo & vſitato cibi genere, ſed ſui ſanctiſſimi corporis ſui pręcioſiſſimi ſanguinis alimento nos refficiendos eſſe putauit, quod angeli videntes tremunt, nec abſq; pauore propter fulgorẽ qui inde reſilit aſpicere poſſunt, eo vt aleremur nos dignos iudicauit quo ſic in vnam cum illo maſſã reduceremur, vnũ Chriſti corpus omnes, vna Chri-
ſti caro effecti. Quis loquet᷑ potentias domini? auditas fa- Pſalmo 105.
ciet omnes laudes eius? quis paſtor vnquã ſuis mẽbris oues ſuas nutriuit? quæ multas matres videmus, quẽ nõ ſuis

vberibus quos pepererunt infantes lactauerũt, ſed eos nũ-
tricibus alendos dederunt. At nõ ita dominus noſter Ieſus
Chriſtus nulla dilectio: non dicã verbis explicari, ſed neq̃
cogitatione concipi tanta poteſt quæ ſit cum hac illius dile
ctione cõferẽda. Proprio ille corpore ſuo, proprio ſanguine
ſuo nos alere, ſibiq̃ cõiungere & cõglutinare dignatus eſt
Illud ipſum corpus quod pro nobis in cruce pependit, illũ
ipſum ſanguinem qui fuſus eſt in remiſsionem peccatorũ
noſtrorum nobis in cibum & potum dedit. Ipſum quidem
ſed non eo ipſo modo quo fuit in cruce. Nam neq̃ ſub illa
ſpecie viſibili qua pependit in cruce, ſed ipſum quidem in-
viſibile ſub viſibilibus panis et vini ſpeciebus, neq̃ quale fu
it tum, quum eſſet cruci affixum, corruptioni & morti ob-
*Roma. 6.* noxium, ſed prorſus incorruptibile iam et immortale. Chri
ſtus enim reſurgens à mortuis, iam non moritur, mors illi
amplius non dominabitur, illud corpus nobis manducan
dum dedit, quod clauſo tumulo reſurrexit, quod per clau-
*Ioannis. 20.* ſas ianuas in eum locum vbi erant Apoſtoli ingreſſum eſt,
corpus ſpirituale, corpus incorruptibile, corpus glorifica-
tum. Aliud eſt igitur in hoc ſacramento quod oculis cerni-
tur, aliud quod ſola fide comprehenditur. Et propterea vo
catur ſacramentum, ſacræ rei ſignum & quidem efficax, ſa
cra res cuius eſt ſignum hoc ſacramentum eſt viuum & ve
rum corpus, eſt viuus & verus ſanguis domini noſtri Ieſu
Chriſti, quod ita per ſpecies iſtas viſibiles panis & vini ſig-
nificatur, vt ſimul ſub illis reipſa quamuis inuiſibiliter con
tineatur. Eſt præterea ſignum inuiſibilis gràciæ, quæ confer
tur digne accedẽtibus ſub iſtis panis et vini viſibilibus ſpe-
ciebus

ciebus, qua de re poſtea diſſeremus. Nam illud admonendum prius duximus, eſſe quoddam diſcrimen inter hoc ſacramentum, & alia quæ & ipſa materiam habent ſenſibilē Nam Euchariſtia continet in ſe rem ſacram abſolute, nimirum Chriſtum ipſum quo nihil magis eſt ſacroſanctū, aqua vero baptiſmi continet rem ſacram quatenus ad alium illa refertur & alij communicatur, continet enim virtutem ad abluendum, ad ſanctificandum, ad iuſtificandum, Eadem eſt & chriſmatis & ſimilium ratio. Quamobrē ſacramentum Euchariſtiæ perficitur in ipſa materiæ conſecratione, alia vero non perficiuntur niſi in applicatiōe materiæ ad hominem ſanctificandum. Exempli gratia. Si benedicatur aqua baptiſmi, manet nihilominus aqua. Neq; enim fit vlla ipſius tranſmutatio, neq; ſacramentum dicit̄ niſi cum homo abluitur. At in hoc ſacramento, ſimulat ad elementum panis & vini verbum acceſſerit, fit ſacramentum, fit vt Chryſoſtomus dicit tranſmutatio, vel vt Theophilactus tranſelementatio, vel vt in magno illo concilio Lateraneñ, in quo & Conſtantinopolitanus, & Hieroſolimitanus patriarchæ præſentes adfuerunt definitum eſt, fit tranſubſtāciatio, panis & vini in corpus & ſanguinem domini noſtri Ieſu Chriſti. Quamobrem audiendi non ſunt q negant eſſe Chriſti corpus niſi cum ſumitur. Fuit hic error etiam Cyrilli temporibus qui ſcribens ad Caloſirium Epiſcopum, audio inqt quod dicant myſticam benedictionē ſi ex ea remanſerint in ſequentem diem reliquiæ ad ſanctificationem inutilem eſſe, ſed inſaniunt hæc dicentes. Non enim alius eſt Chriſtus, neq; ſanctum eius corpus immuta

*In miſſa in ca 14. Marcij.*

bitur, ſed benedictionis virtus & viuifica gratia perpetua manet in illa. Hæc ille ante mille ducētos annos. Quæ aūt per Deum immortalem hæc eſt audatia atq; amētia Chriſti preſentiā in ſacramēto tpib9 & momētis circūſcribere velle? deniq; tanquam finium regundorū ſis arbiter conſtitutus, inter ſacramentum & non ſacramentum fines & terminos diſtinguere? Verbi gratia: Si ſūpſerit cōmunicaturus, ſit ita demum ſacramentum, ne ſit autem, ſi non ſumpſerit, Quid ſi eo animo communicaturus actedat vt ſtatim ſumat, q̄niā vero non temere dictū eſt illd'. Multa cadūt iter calicē ſupremaq; labia ſubito ac repentino caſu aliquo ne ſumat īpediatur, aut animi paſſus deliquiū, aut comicia'i morbo correptus, aut quidq̄d tandem eiuſmodi euenerit quod impedimēto ſit quo minus ſumere queat, quid dicēt iſti finium regūdorum arbitri à ſathana conſtituti? cōtinuo nè Chriſtum à ſacramēto diſcedere, an expectare pauliſper dum ad ſe redeat cōmonicaturus, dū reſpiret, dū vires colligat ad ſumendū? Quod ſi pro ſua benignitate Chriſtus expectet aliquantiſper, ſcilicet iſti pręſcribent moræ terminum, vt vnam horam, mediam aut quartam communicaturum impeditum expectet, duas ne expectet. Quis ē qui ſtatuere poſsit, abſurdane magis an impia ſint, hæc ſathaniſtarum commenta, quæ non modo cum verbo Dei, verūetiam cum ipſo communi ſenſu pugnare videntur. Ecquam ſcripturam proferunt iſti qui ſcripturas erroribus ſuis libēter pretendunt ex qua poſsint oſtendere non eſſe ſub ſpeciebus iſtis corpus chriſti niſi cum ſumitur ſacramentum? dixit Chriſtus hoc eſt corpus meum, nunquid addidit quando ſu=

do ſumitur? quod certe addidiſſet ille qui tantopere fuit ſa
lutis noſtre ſitiēs, nec nos reos idololatriæ fieri paſſ9 eſſet ſi
extra ſumptionē Chriſtum in hoc ſacramento adoraremꝰ
Poſſet ijs recte dici quod illi populo dictum eſt quondam
ab Elia, vſquæquo claudicatis in duas partes, ſi dominus 3.Regū. 108.
eſt Deus, ſequimini eū, ſi autē Baal, ſequimini illū, ſi Chri=
ſtum Deum agnoſcitis: ſequimini illum, credite illi dicenti
hoc eſt corpus meum. Non ſolum cum ſumitur, ſed ſtatim
etiam vt verbo Dei conſecratur cuius verbi Dei non ſump
tionis meæ aut alterius virtute, quod erat ante conſecratio
nem panis fit corpus Chriſti. Neq; enim manducatio mea
ſed ſermo Chriſti panis & vini ſubſtantiam cōuertit in ſub
ſtantiam corporis & ſanguinis Chriſti. Sin autem non cre
ditis Chriſto dicenti hoc eſt corpus meum, quod reuera fa
citis, cur id obſcure fertis? cur non apertè profitemini vos
Baal ſequi, & illius prophetis credere, qui dicunt, hoc non
eſt corpus meum, Non eſt verum quod dixit Chriſtus non
eſt corpus ſed ſignificat corpus, nō eſt corpus, ſed eſt figura
corporis Chriſti. Si ſic dilecta perſona, rē ageretis quis
non ſtatim agnoſceret angelos ſathane? quis non quo ſum
mo poſſet ſtudio ab illis ſibi caueret. Sed verum eſt quod
dicit ſcriptura. Erat ſerpens callidior cunctis animantibus, Geneſis. 2.
nulla eſt aſtutia quæ cum illius aſtutia poſſit comparari,
Intelligit ille qui nō aliūde conſtat niſi ex dolo & fallacijs,
ſi ſe ſubito talem exhiberet qualis reuera eſt, nihil ſe profec
turum. Nam ſi ſtatim prorumperet per membra ſua & di
ceret: Non eſt hoc corpus Chriſti ſicut ipſe dixit, ſed ſignifi
cat modo corpus, eſt figura corporis, quis eſſet qui quos tā
impiā

impiam vocem proferre audiuiſſet eos ferendos, ac non auferẽdos potius atq; extremis ſupplicijs aficiendos cenſeret? Quamobrem pedetentim callidiſſima beſtia in mentes hominum illabendum, ac per gradus quoſdã ad extremam hanc impietatem eos adducendos eſſe putauit. Principio, verbi dei ſpeciem prætexens. Neq; cum ad homines decipiendos alia magis apta & expedita via eſt, de ſpeciebus huius ſacramenti diſceptationem induxit, vt ſic cuius rei ſymbolum eſt hoc ſacramentum, charitatem ex animis hominum tolleret, vnitatemq; ſcinderet deĩde corpus exangue dari nobis manducandum, neq; verum ſanguinẽ ſed cruorẽ dari bibendum perſuadere conatus eſt, affirmãdo quod ſub ſpeciæ panis corpus tantũ ſine ſanguine, ſub ſpecie vini ſanguis tantum ſit ſine corpore, ac illa arte cum effeciſſet, minus vt iam reuerenter ad hoc ſacramentũ homines actederent, quod fruſtra ab eo vita expectetur in q̃ vita non eſt, progreſſus eſt vlterius, neq; tamen ſtatim negauit eſſe corpus Chriſti, ſed panem in ſacramento ſimul eſſe cum corpore Chriſti docuit, iampridem ſopitã Ioãnis Vvecleffi & Ioannis Huſsi hæreſim renouans, cum tamen Chriſtus non dixerit hic panis eſt corpus meum, ſed hoc ẽ corpus meum. Explicans Auguſtinus illam inſcriptionem pſalmi. Pſalmus Dauid cum mutaret vultum ſuum coram Abimelech, & dimiſit eum & abijt, ac locum illum ex libris Regum ſecundum editionem ſeptuaginta pertractans ferebatur in manibus ſuis, hoc verò fratres inquit quomodo poſsit fieri in homine quis intelligat? quis enim portat in manibus ſuis? manibus aliorum portari poteſt homo,

*In pſal. 30.*

I. Regũ, 21.

ſuis

ſuis manibus nemo portatur. Quomodo intelligatur in ipſo Dauid ſecundum literam nõ inuenimus, in Chriſto aũt inuenimus. Ferebat enim Chriſtus in manibus ſuis quãdo commendans ipſum corpus ſuũ ait. Hoc eſt corpus meũ. Ferebat enim illud corpus in manibus ſuis, Seipſũ itaq; ferebat Chriſtus in manibus ſuis quãdo dixit hoc eſt corpus meum non panem cum corpore, quod nunc per membra ſua falſo docet ſathanas. Qui poſteaquam id perſuaſit hominibus manere panem cum Chriſti corpore, neq; parum venerationis huic venerabili ſacramento falſa hac doctrina ſua detraxit, ſerpit beſtia longius, neq; tamen adhuc audet profiteri quod ſentit, verũ cõcedit eſſe ibi corpus Chriſti, ſed non alio tamen tempore quam quo ſumitur, qui verò extra ſumptionem adorauerit, eum idololatriæ reum pnunciat. Hoc poſito & conceſſo, tollit ſacerdotium, tollit ſacrificium, omnem Chriſti beneficiorum memoriam prorſus obliterare conatur, atq; omni ratione diligenter cauet ne qua in Eccleſia Dei ſummi illius & immenſi beneficij quo ſemetipſum Chriſtus dedit redemptionem pro nobis fiat repreſentatio. His ex animi ſui ſententia confectis tum demum eò peruenit quò tendebat inicio vt dicat impius, Pſal. 13 & 52
dicat inſipiens in corde ſuo, non eſt Deus. Non eſt Deus in hoc ſacramento, non eſt in eo corpus Chriſti, merus eſt panis piſtorius, cui diuinos honores tribuere eſt idololatram eſſe. Hoc ſi callida illa & truculẽta beſtia ſtatim inicio per membra ſua dixiſſet, nullo negocio ſemota quauis cunctatiõe fuiſſet obſtructum os loquentium iniqua. Pſalmo. 62.
Neq; facile quenquam in naſſam ſuam pertraxiſſet vt tam impie voci

auſcultaret, eiq; fidē haberet, verum vt dictū eſt, paulatim
irrependū in animos hominū atq; ijs gradibus qui iā enu-
merati ſunt incedendum eſſe putauit, quod ſciret extreme
impiā doctrinam non ita ſubito Chriſtiano homini perſua
deri poſſe. Quamobrem quicumq; catholicā & orthodo-
xam fidem amplectitur diligenter ſibi caueat ab ijs ſerpē-
tis inſidijs, qui nunquàm calcaneo noſtro inſidiari ceſſat,
Cauendi autem hæc eſt ratio, ſi omnem diſputationē fuge
rit de hoc ſacramento in quo ſtultam Deus fecit ſapiētiam
huius mundi. Nuſquam enim Dei maior eſt tentatio quā
1.Corin. 1. in hoc ſacramento in quo tentat nos Deus vtrū credamus
Gene. 2. illi. Noluit Adam credere deo dicēti: In quacumq; die co-
mederetis ex hoc ligno, morte moriemini, credidit ſerpenti
decipienti cū diceret: Aperientur oculi veſtri & eritis ſicut
dij credidit quod non videbat. Nam in illo fructu ligni vir-
tutem tantæ rei effectiuam quam ſerpens promiſit oculis
non cernebat. Credidit ſerpenti diabolo, non credidit crea
tori ſuo Deo, quo illius peccato facti ſumus om̄es rei mor
tis ætenæ. Sacrilegiū illud per iſtud euchariſtiæ ſacramētū
emēdare deus voluit, vt ſine vlla dubitaciōe crederemus
filio dicenti: Actipite & comedite hoc eſt corpus meū, nō
autem crederemus ſerpēti dicenti hoc nō eſt corpus Chri
ſti ſed figura eius. Sicut cibum à deo vetitum Adam gu-
ſtando ē vita illa beata excidit, ſic nos quem Chriſtus pręc-
cepit cibum manducantes & verbo eius credētes ad vitā
per illum amiſſā redire oportet, Quamobrem non querat
Ioannis. 6. homo chriſtianus cū Capanarctis. Quomodo hic poteſt
nobis carnem ſuam dare ad manducandum, ſed captiuet

intellectum

intellectum ſuum in obſequiū Chriſti, dicat quicquid ve=
lit omnis homo mendax, nos credamus ei qui ſolus eſt ve= *Pſal.* CXV.
rax Deo. Ipſe dixit & facta ſunt, ipſe dixit Hoc eſt corpus *Roma.* 3.
meū, ipſe dixit panis quē ego dabo caro mea eſt pro mun= *Pſa*CXLVIII
di vita. Credamus veritati de veritate ſui corporis nos ad=
monenti, nec deinceps queramus quomodo, non eſt impo *Luce.* 1.
ſſibile apud Deum omne verbum. Etiam ſi angelus de cœ *Gal.* 1.
lo nobis aliud anunciaret quā quod Chriſtumdei filiū di=
centem audimus anathema ſit, non ei credamus, nō po=
teſt mentiri veritas. Verbum domini manet in æternū ſen= *Eſa.* 40.
ſus noſtri falli poſſunt. Chriſtus qui eſt veritas, neq; falli
poteſt, neq; fallere. Viderat Petrus Chriſtum in mō *2. Petri.* 1.
te transfiguratum, audiuerat vocem de cœlo allatam
Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi complacui ip/
ſum audite, & tamen habemus inquit firmiorem propheti
cum ſermonem, certius illi viſum eſt & firmius quod à pro
pheta ſcriptum legerat, quam vox de cœlo allata quā au=
ribus audierat. Si propheticus ſermo tā illi certus viſus eſt
quanto nobis certior videri debet Chriſti ſermo, qui pro= *Li.4.de ſacra*
phetas inſpirauit. Qua de re ſic aliquando ſcripſit Ambro *ramen. Ca* 4.
ſius: Sermo Chriſti conficit hoc ſacramentum quis ſermo
Chriſti? nempe is quo facta ſunt omnia, iuſſit dominus &
factum eſt cœlū, iuſſit dominus & facta eſt terra, iuſſit do= *Gene.* 1.
minus & facta ſunt maria, iuſſit dominus, omnis creatura
generata eſt. Vides ergo quàm operatorius ſit ſermo Chri=
ſti. Si ergo tanta vis eſt in ſermone domini Ieſu, vt incipe=
rent eſſe quę non erant quāto magis operatorius eſt vt ſint

 quæ erant,

quæ erant,& in aliud commutentur. Cęlum non erat,ma-
re non erat,terr anō erat,ſed audi dicētem. Ipſe dixit & fa-
cta ſunt,ipſe mādauit & creata ſunt. Ergo tibi vt reſpondeā
non erat corpus Chriſti āte conſecrationem, ſed poſt con-
ſecrationem dico tibi,quod iam corpus eſt Chriſti,ipſe di-
De ijs qui ini ciantur miſte ijsr Ca. 9. xit & factum eſt,ipſe mandauit et creatum eſt. Et alio loco
forte dicas,aliud video quomodo tu mihi aſſeris q̄d Chri
ſti corpus accipiam,& hoc nobis iā ſupereſt vt probemus
Quantis igit̄ vtimur exēplis, probemus nō hoc eſſe quod
natura formauit,ſed quod benedictio conſecrauit, maio-
remq; vim eſſe benedictionis quam naturæ,quia benedicti
Exodi, 4. one etiam natura ipſa mutatur. Virgā tenebat Moiſes,
proiecit eam & facta ē ſerpens. Rurſus aprehēdit caudam
ſerpentis,& in virgę naturā reuertitur. Vides igitur prophe
tica gratia bis mutatam eſſe naturam & ſerpentis & virgæ
Ac poſt multa alia exempla eius generis ex veteri teſtamē
4. Regum. 1. to producta ſubiungit. Quod ſi tantum valuit humana be
nedictio vt naturam conuerteret,quid dicemus de ipſa cō
ſecratiōe diuina vbi verba ipſa domini ſaluatoris operant̄
Nam ſacramentum iſtud quod actipis Chriſti ſermone cō
ficitur. Quod ſi tantum valuit ſermo Heliæ vt ignem de
cœlo deponeret,non valebit Chriſti ſermo vt ſpecies mu-
tet elementorum. De totius mundi operibus legiſti quia ip
ſe dixit & facta ſunt,ipſe mandauit & creata ſunt. Sermo
ergo Chriſti qui potuit ex nihilo facere quod non erat,non
poteſt ea quæ ſunt in id mutare quod non erat. Non enim
minus eſt nouas rebus dare quam mutare naturas. Sed q̄d
argumentis vtimur,ſuis vtamur exemplis, incarnationiſq;
aſtruamus

aſtruamus myſterij veritatem. Nunquid naturæ vſus præceſsit, cum IESVS dominus ex Maria naſceretur. Si ordinem quærimus, viro mixta fœmina generare conſueuerat. Liquet igitur quod preter naturæ ordinē virgo generauit, & hoc quod conficimus corpus ex virgine ē. Quid hic queris naturæ ordinem in Chriſti corpore, cum prętér naturam ſit ipſe dominus Ieſus factus ex virgine? Neq; diſsimilia ijs apud Ioãnem Damaſcenum in quarto libro de fide orthodoxa reperire licet. Sed & Auguſtinus in ſermone quodam, hoc accipietis inqt in pane quod pependit in cruce. & hoc accipietis in calice quod effuſum eſt de Chriſti latere. Erit enim illi mors & non vita qui mendacem putauerit vitam. Neq; multo ſecus Ioannes Chriſoſtomus qui paulò fuit Auguſtino antiquior. Num vides inquit panem, num vinum, num ſicut reliqui cibi in receſſū vadunt, abſit ne ſic cogites, quemadmodum enim, ſi cæra igni adhibita illi aſsimilatur nihil ſubſtantiæ remanet, nihil ſuperfluit, ſic & hic puta myſteria cõſumi corporis ſubſtantiæ. Atq; ijs omnibus ducentis plusminus annis poſterior Ioannes Damaſcenus cum pleraq; ſcripſiſſet in eandē ſententiam ſicut ex Ambroſio citauimus ſubiungit poſtea, non eſt figura panis & vini corporis & ſanguinis Chriſti, ab ſit enim hoc, ſed eſt ipſum corpus domini deificatū ipſo domino dicente hoc eſt meum, nõ figura corporis, ſed corpus, & non figura ſanguinis, ſed ſanguis. Et ante hoc ipſis Iudeis, quoniam niſi manducaueritis carnem filij hominis & biberitis eius ſanguinem non habebitis vitam æternam. Caro mea vere eſt cibus, & ſanguis meus vere eſt potus. Et

*Ca. 14.*

*Homili. de Eucharistia, in Encenijs.*

*Li. 4. Ca. 14.*

*Ioannis. 6.*

In Ca. 6. Ioan nis. rurſus qui manducat me viuet. Ac totidem annis Damaſceno poſterior Theophilactus. Attende inquit quod panis qui à nobis in myſterijs manducatur, non eſt tantum figuratio quædam carnis domini, ſed ipſa caro domini. Non enim dixit panis quem ego dabo figura eſt carnis, ſed caro mea eſt, transformatur enim arcanis verbis panis ille per myſticam benedictionem & acteſsionem ſanctiſpiritus in carnem domini. Et hoc aliquot ſeculis poſterior vir doctiſ

In Ca. 6 Ioan ſimus Rupertus abbas Tuicieñ, qui vixit ante annos quadringẽtos. Nõne hic idẽ Euangeliſta Ioannes dicit in Apo

Apoca. ulti. calipſi, ſi quis appoſuerit ad hæc, apponat ſuper illum Deus plagas ſcriptas in libro iſto. Et ſi quis diminuerit de verbis prophetiæ libri huius auferat deus partem eius de libro vitæ? Nunquid verò minus timenda eſt hic illa maledictio, vt non detrahamus vel apponamus quicq̃ verbis dicentis hoc eſt corpus meum quod pro vobis tradetur, hic eſt ſanguis meus. Cum enim illo dicẽte hoc eſt corpus meum nos ſubauditionem apoſuerimus dicentes figuratiuũ vel per ſimilitudinem dictum, cum inquam illo dicẽte hoc eſt corpus nos dixerimus hoc ſignificat corpus, nonne multum eſt quod apponimus, vel praua demutatione detrahimus & ſenſum generamus quem tantus author Deus et homo nunquam eſt loquutus, nec aſcendit vnq̃ in cor eius nempe cum obijcit quis ſuiſq; ſcriptitat in ſchedulis, quod

Ioannis. 15. itidem dixerit eadem veritas. ego ſum vitis, tam audacter quam imperitè in argumentum mendoſum illud attrahit: cum ſtatim ſub ſequentia verba dicentis ſicut palmes non poteſt fructum ferre à ſemetipſo niſi mãſerit in vite, ſic nec

vos

vos niſi in me manſeritis, manifeſte per ſimilitudinem dic-
tum compellant intelligi, preſertim cum non ſignanter di-
xerit. Ego ſum hæc vitis, ſicut ſignãter dixit hoc eſt corpus
meum, hic eſt ſanguis meus, appoſita proxime deſcriptiõe
veræ proprietatis de corpore inquiens quod pro vobis tra
detur, de ſanguine autem qui pro multis effundetur. Igitur
ne veniãt ſuper nos plagæ nouiſsimæ, neq; apponimus ne-
q; diminuimus quicq̃ diuinę definitioni vel deſcriptiõi quę
incarnatum verbum ore proprio deprompſit. Immo quia 1 Ioannis. 4.
perfecta charitas foras mittit timorem, non tam plagarũ
timore quam veritatis amore confitemur, quod panis iſte
corporeus poſtquã ſignauerit eum pater, & vinum hoc ex
preſſum acinis preſentibus, mox vt eodem ſigno ſignatum
eſt per manus Eccleſię dicentis, vt nobis corpus & ſanguis
fiat dilectiſsimi filij tui domini noſtri Ieſu Chriſti, vſq; in
mei memoriam facietis, corpus & ſanguis eius qui huius
traditionis author eſt, & hoc ſacrificium ipſe Chriſtus eſt,
cuius paſsione vt ſacrificium fieret à Deo patre in veritate
ſignatum eſt. Docet idem tres modos eſſe eſſentiæ, quibus
Chriſti corpus eſt in Euchariſtia, quarto autẽ differre. Eſt
eñ nomine, re, atq; effectu. Eſt nomine, quia ſummus cœlo
rum pontifex, qui cum ſit ipſa veritas, nomina non vana re
bus imponere ſolet, adeò fortiter hoc nomen impreſsit, vt
non ſolum diceret hoc vocetur corpus meum, hic vocetur
ſanguis meus, ſed hoc eſt inquit corpus meum, hic eſt ſan-
guis meus. Eſt etiam re, quia nimirum ſanctum ſanctorũ
eſt, quam verè in illa ſpecie qua traditus & lanceatus eſt,
ipſe ſanctus ſanctorum eſt. Eſt nihilominus effectu, quia
quã

quam vere in illa ſpecie qua pependit in cruce, remiſsionẽ peccatorum operatus eſt omnibus, qui illam expectabant ab origine mundi cum fide, ſiue legalibus ſidei ſacramen=
Lucæ. 23. tis à iuſto Abel vſq; ad latronem, quem in cruce confitentẽ ſuſcepit, tam vere in ijſdem ſpeciebus panis & vini eandẽ remiſsionem operatur omnibus qui ſunt ingreſsi vel ingre diuntur ad eandem fidem, poſtquam illa ſpecies hinc tran ſiuit, & in cœlum ſeſe recepit. Quarto idem ſpecie differt, quod & plurimum prodeſt, non modo ne color & ſapor humani ſanguinis horrorem ſumentibus illum faciat, ſed vt competenti antidoto, nimia parentum noſtrorum cure/tur credulitas. Crediderunt enim deceptori diabolo in eo quod non videbant, videlicet quod illi ligno conſequendæ diuinitatis effectiua virtus ineſſet, & comedentes mortui ſunt. Credamus ecõtra fideli ſaluatori Deo, in eo quod nõ videmus ſcilicet panem & vinum in verã corporis & ſan=guinis tranſiuiſſe ſubſtnatiam vt comedentes atq; bibẽtes viuamus in æternum. Hæc ideo viſum eſt adferre, planum vt omnibus fieret quæ fuerit Eccleſiæ catholicæ per vni=verſum orbem diffuſa iam inde ab Apoſtolorum tempori bus ad hæc vſq; noſtra conſtans fides de veritate corporis & ſangninis Chriſti. Et contra quam ante Berengarium q vixit ante ãnos quingentos nemo venire auſus eſt. Primus ille fuiſſe perhibetur qui Chriſto aduerſari non dubitaret dicenti hoc eſt corpus meum, ac figuram ſignificationẽq; corporis eſſe affirmaret, qui tamen poſtea errorem hũc ſu=um reuocauit. Quamuis actiderit illi deinceps quod eſt in
2. Petri. 2. prouerbio canis ad ſuum vomitum reuerſus eſt & ſus lota

in volutabro

in volutabro luti. Contra hunc extat libellus Lancfranci Epiſcopi Canthuarieñ & pie & doctè ſcriptus. Sed neq; ſequutus poſtea quiſquam eſt errorem hunc donec ad hoc noſtrum infœlix ſæculum ventum eſt, in quo nihil non audẽt homines, licereq; ſibi quiſq; vult, quamlibet occulta fidei myſteria pertractare, ac ore in cœlum poſito ſecreta cœleſtia rimari. Qua vna re nihil eſſe poteſt magis pernicioſum, ſi quidem homini Chriſtiano credendum eſt non diſputandum, non diſcutiendum, non quærendum quomodo, Iuſtus ex fide viuit dicit ſcriptura, non ex argumentis aut rationibus cœleſtibus myſterijs fidem adhibendo, fit vt ad premia fidei perueniamus, ſicut ſcriptum eſt: Credite & intelligetis. Fide autem ommiſſa in ratione comprehendendis ijs que ſenſum omnem & intellectum humanũ ſuperant, fruſtra laboramus. Hoc eſt quod ſapiens nos ad monet. Altiora te ne queſiueris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris, ſed quæ tibi præcepit Deus ea cogita ſemp, & in pluribus operibus eius ne fueris curioſus. Non eſt enim tibi neceſſarium ea quæ ſunt abſcondita videre oculis tuis. Scrutator maieſtatis opprimetur à gloria. Hæc de veritate corporis & ſanguinis Chriſti in ſacramento Euchariſtiæ dicta ſufficiant.

*Eccleſiaſti. 3.*

*Prouerbi. 25.*

## DE MATERIA HVIVS SACRAMENTI. Caput. XXXIX.

MAteria huius ſacramenti panis eſt & vinum aqua mixtum. Neq; enim aliter illud conficere licet cum ita ſit inſtitutum à Chriſto cu-

ius inſtitutionem ab homine violari fas non eſt. Quam etiã ita firmiter obſeruauit ſemper & obſeruat etiamnum Ecclesia Dei, nunquam vt ab ea ſibi diſcedendum eſſe putauerit. Quamobrem nec licuit per eam aliquando, nec licebit cuiquam aliter aut conſecrare, aut poſt conſecrationẽ offerre, aut oblatione facta ſumere, nihil vt ſit, quod arguere quiſquam Eccleſiam inſtitutionis Chriſti violatæ iure poſsit. Verum hic videre licet miram ſerpentis calliditatem qui cum intelligat inuictam eſſe rem, concordiam ſimul iũctam, omnia facit vt illam rumpat, vt vnitatem ſcindat, vt coniunctos diuidat ac ſeparet, quod non aliter ſuis inſidijs
Canti. 6. eos oportunos fore perſpicit. Nam caſtrorum hanc aciem ordinatam, perrumpere nulla ratione poteſt, ſed qui deſeruerint ordines in ijs debellandis nihil eſt ei negocij. Huc ergo vt adducat homines quo ſegregent ſemetipſos nihil curæ, diligentiæ, laboris pretermittit. Quamobrem non ſtatim orditur ab eo quod ſolum habet maximè propoſitum vt Chriſtum tollat ex Euchariſtiæ ſacramento, vt corporis eius & ſanguinis veritatem negare doceat. Neq; enim non intelligit verſipellis iſta beſtia quod hac ratione facile deterreret omnes. Quamobrem captat inicio beneuolentiam, cum ſit in artis rhetoricæ preceptis diligenter exercitatus, fingit ſe Chriſti cauſam agere, illius iniuriã dolere, queritur huc audaciæ progreſſos homines vt illius inſtitutioni derogare, vt contra illam plebi calicem adimere veriti nõ ſint. Eſſe diſerta Chriſti verba, bibite ex hoc omnes, contra
Mathei. 26. hæc ventum eſſe, cum populo calix eſt ſubtractus. Nõ eſſe ferendam tyrannidem hanc Pontificum, qui tantum ſib

ſicere volunt vt Chriſti etiam inſtitutionem violēt. Vides lupum aqno vt caueremus monuit Chriſtus, veſtimentis ouium indutum, vides ſathanam in angelum lucis transfiguratum. Dolet ſcilicet iniuriam Chriſti, qui ſtudium ſuū omne in hac vna re conſumit vt Chriſtum tollat, nō ex hoc modo ſacramēto, verum ex omni etiam hominum memoria. Quid nos ad hæc? Vellera quibus obuoluit ſe ſerpens hoc eſt è lege Dei prolatam ſententiam libenter amplectimur, grata nobis eſt lanarum hæc mollicies, verum interea cauendum nobis eſt ab aculeis dentium lupi ferocis. Diximus hac de re non pauca, cum de Eccleſia ſermo nobis eſſet. Quoniam vero temporum horum peruerſitas hoc in primis poſtulare videtur, inculcandum eſt etiam diligentius. Libet autem hic adſcribere grauiſsimi, doctiſsimiq; viri cui perpetuum fuit cum hæreticis certamen ſententiam. Memento inquit, neminem hæreticorum eſſe qui ſe nunc non ſecūdum ſcripturas predicare ea que blaſphemat mētiatur. Hinc enim Marcion verbum Dei cum legit neſcit: hinc Photinus hominem Ieſum Chriſtum cum loquitur ignorat, hinc & Sabelius dum quod ego & pater vnum ſumus non intelligit, ſine Deo patre, & ſine Deo filio eſt. Hic & Montanus per inſanas fœminas ſuas paracletum aliū defendit. Hinc & Manicheus & Marcion legem odit, quia litera occidit, & mundi princeps diabolus eſt. Omnes ſcripturas ſine ſenſu loquuntur, & fidem ſine fide prętendunt. Scripturæ enim non in legendo ſunt ſed in intelligendo, nō in preuaricatione ſunt, ſed in charitate. Ex ijs Hilarij verbis illud diſcimus, vt non ſtatim quicquid verbum eſſe Dei

*Mathei. 7.*
*2. Corinthi. II*
*Hilarius in libro ad Conſtantium.*
*Ioannis. IO.*
*2. Corinth. 4.*

pretenditur id verbum eſſe Dei credamus. Non enim qđ ſcriptum in libris canonicis reperitur, ſed quod ſanè in illis intellectum eſt, hoc verbum Dei cenſendum eſt. Diximus de Ario quod ſcripturam protulit, pater maior eſt me, ſed quo ſenſu ille protulit non erat verbū Dei, neq; verò ſolus id Arius. Omnes propemodum hæretici ſcripturarum teſtimonijs ad errores ſuos confirmandos vſi ſunt. Nulla enim eſt ad fallendum via facilior quam ſi vbi nefarij erroris ſubinducitur fraudulentia, ibi diuinorum verborum prætendatur authoritas. Scripturā proferebat Nouatus. Impoſsibile eſt eos qui ſemel ſunt illuminari, guſtauerunt etiam donum cœleſte, & participes facti ſunt ſpiritusſancti & prolapſi ſunt rurſus renouati ad pœnitentiam. Si hoc ſenſu protuliſſet, negari vt diceret per hæc verba ſecundū baptiſmū, quod ſicut ab Ambroſio, & Auguſtino animaduerſum eſt, ipſum etiam renouationis verbum ſatis indicat quæ in baptiſmi non in pœnitentiæ ſacramento confertur. Dei verbum erat, neq; fas eſſet cuiquā homini chriſtiano contradicere. Quoniam vero non ſecundum baptiſmum per hæc verba, ſed lapſis negari pœnitentiam intelligi voluit, tuum hoc verbum erat o ſathana per Nouatum loquentis, non erat Dei verbum. Nunquā enim quo dictante ſcripſit hæc Apoſtolus ſpiritus ſanctus, qui ſumma bonitas ē, qui ſpem in nobis erigit, hoc ſenſu verba hæc actipi voluit, vt omnem veniæ ſpem præcideret ſi poſt baptiſmū in peccatum prolapſi eſſemus. Profertur & nunc ſcriptura. Qui crediderit & baptiſatus fuerit ſaluus erit. Eūtes docete omnes gentes baptiſantes eos, &c. Si hoc ſenſu profertur vt

quicūq;

*Ioannis. 14.* — *Hebreo. 6.* — *Li. 2. de pœnitentia cap. 2. in Epiſtolam ad Romanos* — *Mar. ultimo* — *Matthei. ulti*

quicunq; rationis compos eſt,cum ad baptiſmum acceſſe-
rit,fidem adferat ſine qua impoſsibile eſt placere Deo,quā Hebreorū.11.
niſi attulerit ſalutem conſequuturus non ſit.Dei verbum ē
omni veneratione amplectendum.Sin autem per hæc ver
ba paruulos à baptiſmi ſacramento velis excluſos, quod ij
fidem non habent quæ eſt ex auditu,tuum eſt hoc verbum
Satana,qui ſaluti mortalium inuides,& quibus potes mo
dis eam impedire conaris. Non eſt verbum Dei, nam qui 1.Thimot.11.
vult omnes homines ſaluos fieri,qui guſtauit mortem pro Hebreorū. 2.
omnibus,qui ſanguinem ſuum æque pro paruulis fudit at-
q; pro adultis,nunquam eos excluſos à regno ſuo voluit,
ad quod extra baptiſmū aut baptiſmi votum aditus mor
talium patet nulli,cum preſertim etiam in terris verſatus
teſtatam omnibus voluntatem ea de re ſuam fecerit dicēs,
ſinite paruulos venire ad me,& niſi conuerſi fueritis & effi Matthei. 20.
ciamini ſicut paruuli non intrabitis in regnum cœlorum. Matthei. 20.
Quamuis illi ſuam fidem propriam ad baptiſmum nō ad-
ferant,ſufficere tamen illis voluit benignus & miſericors
dominus Eccleſiæ fidem,in qua cum baptiſantur, quoniā
fidei ſacramentum baptiſmus eſt,habitum in eo fidei con-
ſequuntur,& iam deinceps fideles vocātur & ſunt, vt ſi eo
ipſo momento quo baptiſati ſunt deceſſerint,in fide & con
feſsiōe Chr̄i nom̄is deceſiſſe credāť.Nā &ſi ꝓpter defectū
ratiōis actu fidē adhuc exercere nō poſſunt, ſi tn̄ vita ſup-
peditauerit,cū ad vſum rationis ꝑuenerint exercebūt.Pro-
ferť ab alijs q̄q; ſcriptura. Nō in manu ſācta Ieſus introijt Hebreorū 9.
exemplaria verorum,ſed in ipſum cœlum vt appareat nūc
vultui Dei ꝓ nobis,Neq; vt ſæpe offerat ſemetipſum,quē-

admodum pontifex intrat in ſancta per ſingulos annos in
ſanguine aliæno, alioqui oportebat eum frequẽter pati ab
origine mundi. Nunc autem ſemel in conſumatione ſeculo
rum ad deſtitutionem peccati per hoſtiam ſuam apparuit
Et quemadmodum ſtatutum eſt hominibus ſemel mori
Hebreorũ. 10 poſt hoc autem iudicium, ſic & Chrũs ſemel oblatus ẽ ad
multorum exhaurienda peccata. Et iterum. Hic aũt vnã
pro peccatis offerens hoſtiam, in ſempiternũ ſedet in dex-
tera Dei, de cætero expectans, donec ponãtur inimici eius
ſcabellum pedum eius, vna enim oblatione conſumauit in
ſempiternum ſanctificatos. Si quæ ſcripta ſunt ab Apoſto-
lo ſic actipiantur vt viſibiliter & ſenſibiliter ſemel tantum
Chriſti corpus in ara crucis oblatum fuiſſe dicatur, eo ge-
nere oblationis quo inſpectante populo vniuerſo mortem
pro nobis oppetere dignatus eſt, quodq; deinceps eiuſdem
generis alia oblatio non ſit expectanda, nam neq; neceſſa-
ria eſt, cum ad redimendum genus humanum vniuerſum,
ad abluendos omnes à peccatis, ad ſanctificandos, ad iuſti
ficandos omnes, vna illa hoſtia abunde ſuffecerit, Dei ver
bum eſt, certum enim eſt & indubitatum, quod Chriſtus
Romano. 6. reſurgens à mortuis iam non moritur, mors illi vltra non
dominabitur, quod enim mortuus eſt, peccato mortuus ẽ
ſemel. Sed ſi ita hæc verba interpreteris, vt incruentum il-
In libro car. lud ſacrificium, ſic enim non à Gregorio modo Nazanſe-
no, verum & à patribus in ſacroſancto concilio Epheſino
congregatis appellari legimus, in quo memoria fit et reprę
ſentatio ſacrificij pro nobis in cruce peracti per Pontificem
noſtrum dominum Ieſum Chriſtũ, vt illud in Eccleſia de-
inceps

inceps amplius non eſſe celebrandum exiſtimes, tuum eſt hoc verbum ô ſathana, qui per impium Caluinum, & eiuſdem farinæ non paucos alios, id populo perſuadere conaris, non eſt Dei verbum, nũquam enim ſpiritusſanctus quo ſuggerente Paulus hæc ſcripſit ſic ea verba intelligi voluit, cuius rei ne cæteros commemorem, vel ſolus Ioãnes Chryſoſtomus Pauli Germanus ĩterpres locuples teſtis eſſe poteſt, qui ſcribẽs in illud caput ad Hebreos. Quid ergo nos inquit, nonne per ſingulos dies offerimus? offerimus quidẽ ſed ad recordationem facientes mortis eius, & vna hæc eſt hoſtia, non multæ. Quomodo vna eſt & non multæ? quia ſemel oblata eſt, oblata eſt in ſancta ſanctorum. Hoc aũt ſacrificium exemplar eſt illius, id ipſum ſemper offerimus, nec nunc quidem alium agnum craſtina alium, ſed ſemp eundem ipſum. Proinde vnum eſt hoc ſacrificium hac ratione, alioqui quoniam in multis locis offertur multi Chriſti ſunt? nequaquam, ſed vnus vbiq; eſt Chriſtus & hic plenus exiſtens, & illic plenus, vnum corpus, ſicut enim qui vbiq; offertur vnum corpus eſt, & non multa corpora, ita etiam & vnum ſacrificium. Pontifex autem noſter, ille eſt qui hoſtiam mundantem nos obtulit, ipſam offerimus & nunc, quæ tunc oblata quidem conſumi non poteſt. Hoc autem quod facimus in commemorationem quidem fit eius quod factum eſt, hoc enim facite inquit, in meam commemorationem, non aliud ſacrificium ſicut pontifex, ſed id ipſum ſemper facimus, magis autem recordationem ſacrificij operamur. Quid dici potuit clarius ad quotidiani ſacrificij noſtri rationem explicandam? & ad Pauli ſpiritus

*Homilia. 17.*

*Lucæ. 27.*

ſancti

ſancti potius per Paulum loquentis ſententiam explanan-
dam. Primũ diſcrimen oſtendit inter ſacrificium quod of-
fertur à nobis in altari quotidie, & quod in cruce ſemel eſt
oblatum à Chriſto, nunquam ad eundem modum ampli-
us offerendum, quod illud in mortem oblatum ſit, hoc fiat
in mortis recordationem. Deinde, eandem hanc & illam
hoſtiam eſſe demonſtrat, idem enim verum & viuum cor-
pus imolatur in altari quod ſemel in ara crucis fuit immo
latum, quamuis imolationis veritas eadem non eſt. Prop-
terea ſacrificium hoc vocat exemplar illius quod in cruce
peractum eſt, ibi enim verè oblatus, verè paſſus, verè mor-
tuus eſt Chriſtus hic, nihil aliud quam eorum quæ ibi acta
ſunt fit repręſentatio. Docet ad extremum, quicqd eius fa-
cit Eccleſia, eam ex Chriſti præcepto facere, qui quod ipſe
corpus ſuum in mortem ſemel obtulit, à nobis in ſuæ mor-
tis recordationem iugiter offerri iuſſerit, verum hac de re
paulo poſt pluribus diſſeremus. Nam nunc ideo tantum
iſta commemorare viſum eſt, planum vt omnibus facere-
mus, non eſſe ſtatim tanquam Dei verbum actipiendum
quicquid è ſcripturis in prauum aliquem ſenſum detortũ
profertur. Scriptura fuit ea quoq;, quam contra Chriſtum
ipſum tentans eum ſathanas adduxit. Angelis ſuis manda
*Pſalmo. XC.* uit de te. &c. Sed quo ipſe ſenſu produxit, non Dei, ſed ipſi
*& Metthe. 4* us fuit ſathanæ verbum, qui ſi ſe transfigurat in angelum
*2. Corinthi. 11* lucis, non eſt magnum, ſi miniſtri eius transfigurentur ve-
lut miniſtri iuſticiæ, non eſt magnum ſi fuerunt ſemper, &
ſunt etiam nunc pſeudoapoſtoli & operarij ſubdoli tranſ-
figurantes ſe in apoſtolos Chriſti. Etiam ante natum Chri
ſtum

ſtum, non niſi ſub verbi Dei prętextu ſathanas per pſeudo prophetas populum ſeducebat. Quoties enim id apud ꝓphetas legimus de illis dictum quod currebāt cum eos nō miſiſſet dominus, quod ſubinde vociferabantur verbū domini, os domini loquutum eſt. hæc dicit dominus, cū tamē hæc dominus loquutus nō eſſet quæ ipſi dicerent. Iam qui Galatis aliud annunciabant, quam quod à paulo acceperant ſub Euangelij titulo doctrinā ſuā populo venditabāt Sic enim ad eos Paulus loquitur. Miror ꝙ ſic tā cito trāſferimini ab eo qui vos vocauit in gratiam Chriſti in aliud Euangelium, quod non eſt aliud, niſi ſunt aliqui qui vos cōturbant & volunt conuertere Euangelium Chriſti. Quem locum enarrans Ioānes Chryſoſtomus, huiuſmodi inquit diaboli fraus eſt, haud quaquam nudos proponere laqueos quibus venetur homines. Et enim ſi dixiſſent, deſciſcite à Chriſto Galatæ vitaſſent eos velut impoſtores & corruptores, nunc verò ſinētes eos in fide manere, & interim fraudi prętexentes Euangelij nomen, impunè ſummaqꝫ audacia perfodiebant domum videlicet ijs quæ dixi obtentis velamentis, per hæc nomina cœlantibus parietum perfoſſores. Quoniam igitur illi ſuam impoſturam appellabāt Euāgelium ipſe etiam aduerſus nomē repugnat. &c. Quid? An tibi non videtur ijs verbis eos graphicæ depingere, qui Euangelium, qui Dei verbum, hoc noſtro ſæculo ſic ſibi ſolis arrogauerunt vt eius poſſeſsiōe Chriſtianos omnes excluderent, adeo, vt niſi Lutheri quis amplectatur impoſturam, (hanc enim bona pars eorum qui diſceſſerunt ab Eccleſia vocat Euangelium) Chriſtianum cenſeri nolint, quā

Hyere. 23. 14 27. & 29.

Galat. 1.

ſibet is Chriſti ſe doctrinam & eius apoſtolorum ſequi ꝓ-
1. Corin. 14. fiteat & pręſeferat, Quibus nos rectè cũ Paulo dicere poſſ-
umus An à vobis dei verbum proceſsit, aut in vos ſolos ꝑ-
uenit? Sed expendamus nunc & hanc ſcripturam cu-
ius gratia iam alías aliquot excuſsimus. Scriptũ eſſe aiũt,
Bibite ex hoc omnes. Hũc ſi ſenſum eſſe vis vt quibus hoc
dictũ eſt, non licere putes ſacerdotibus, aut conficere, aut
offerre, aut oblatione facta Chriſti corpus & ſanguinẽ ſu-
mereq; niſi ſub vtraq; ſpecie, dei verbũ eſt, quod obuijs qđ
aiunt vlnis reuerenter amplectimur. Sic enim Chriſtus in
ſtituit, ſic vna ſancta, catholica, apoſtolica, ſemper obſerua
uit Eccleſia, neq; faciet vnquam vt iſtud Chriſti mutet in-
ſtitutum. Sin autẽ illud ex ijs verbis colligere conaris qđ
eis tanquam Chriſti pręcepto cuncti compellantur ad v-
triuſq; ſpeciei communionem, quod aliter ſaluo eſſe nemi-
ni liceat, tuum eſt hoc verbum ò ſathana qui per hanc viã
& opinionum, & animorum in Eccleſia Dei diſsidium ex-
citare conaris, non eſt verbum Dei, legantur quæ pręcedũt
verba, totus ille locus acuratius expendatur cuiuis erit per
ſpicuum, cum in domo Simonis leproſi, vbi paſcha cum di
ſcipulis ſuis Chriſtus manducauit, alij quoq; nonnulli fue-
rint, neminem tamen in illa cœna præſentem adfuiſſe prę-
ter duodecem apoſtolos, ac ſolis illis hæc verba dicta eſſe.
26. Dicit Matheus: Veſpere autem facto, diſcumbebat cum
14. duodecem diſcipulis. Dicit Marcus, veſpere autem facto
22. venit cum duodecẽ. Dicit Lucas, & cũ facta eſſet hora di-
ſcubuit & duodecem Apoſtoli cum eo. Putas ne temere
factum eſſe, quod numerus iſte duodecim, ita diligẽter ab
omnibus

omnibus Euangeliſtis expręſſus eſt. Preuidebant illi ſpiritu ſancto pleni futuros nouiſsimis temporibus qui ex verbis ipſorum tanquam à Chriſto præceptum eſſe defenderent quod ab ipſo pręceptum eſt nunquã. Atq; ideo in exprimendo numero tam cauti fuerunt & diligẽtes, ad ſolos vt duodecẽ Apoſtolos, quos etiam tũ ſacerdotes inſtituit Chriſtus, verba hæc pertinere demonſtrarent, vt illi neceſſario ſumerent ſacris operantes, cæteri vero quin & illi ipſi extra ſacrificium Euchariſtiam ſub vtraq; ſpecie ſumendi, nulla eſſent neceſsitate adſtricti. Quãobrẽ nihil adferunt iſti ad inſtitutum ſuum probandũ ex eo loco vbi cæna domini deſcribit' Nam quod præceperat Chriſtus id ab apoſtolis factũ eſt, atteſtante Marco quod biberunt ex eo omnes & fit etiam nunc ab ῆs qui ſacris operant' Intellexerũt hoc qui ante centum ãnos vetuſtum Eccleſiæ morem quo ſub altera tantum ſpecie communicatur mutãtes. priuata ſua authoritate ſibi calicem vſurparunt, ex ῆs verbis bibite ex hoc omnes errorem ſuum confirmari nõ poſſe. Quamobrem ad adſtruendum illum, verba potius Chriſti quæ ſunt apud Ioannem producenda putauerunt. Niſi manducaueritis carnem filῆ hominis & biberitis ſanguinem eius non habebitis vitam in vobis quæ tamen verba qui triginta ῆs annis prodierunt de ſpirituali non de ſacramentali manducatione intelligi volunt. Quæ etiamſi de ſacramentali manducatione actipiantur. ſicut actipi recte poſſunt de vtraq;, tamen in toto illo capite, neq; calicis neq; vini fit vlla mencio, magis vt ad receptũ Eccleſiæ morẽ quam ad iſtorum errorem probandum facere videant', Quamobrẽ

Ioannis 6.

non modo præceptum vbi dari iuſſerit. ſed nec exemplum
vbi dederit ſub vtraq; ſpecie Chriſtus alīs quā Apoſtolis
*Lucæ. 24.* quiſquam in ſcripturis reperiet. Cum oſtendi contra poſsit
à nobis, qui non erant ex apoſtolorū numero, duobus illis
in Emaus euntibus hoc ſacramētum ſub altera tātum ſpe=
cie datum eſſe. Nam quem illis fregerat panē Chriſtus nō
ſimplicem panem, ſed ſacramētum fuiſſe corporis & ſan=
*Homil, 17 in Mattheum* guinis Chriſti teſtātur vno ore Chriſoſtomus Auguſtinus
*Lib. 3 de cōſeßione Euāgelij Cap. 25* Beda, Theophilactus. Quin & Hieroſolimis vnius tantū
ſpeciei communionem in vſu fuiſſe ex ījs quæ de fractione
*In Lucā lib 6* panis in actis Apoſtolorum ſcripſit Lucas, diſcimus. Totū
*In Lucam* præterea Ioānis Caput ſextum ſicut paulo ante cōmemo=
*Actuum 2.* rauimus, nullā neq; calicis neq; vini facit mencionem, nec
obſcurè indicat ſufficere ſolam ſpeciem panis cum dicit q
manducat panem hunc viuet in æternum. Quod ſi ſpectes
figuras quibus hoc ſacramentum in lege fuit præſignatum
*Exodi. 12.* agnum illum paſcalem, & manna quod de cælo iudeis fu=
*Exodi. 16.* erat ſupeditatum, figuram illius geſiſſe reperies, De ījs co=
medebant omnes, de liquore, verbum nullum. Quin illud
*Læuitici 4 6 & 16.* in Leuitico potius legitur, quæ libamina iuxta ritum illius
temporis oblata, conſiſtebant in liquidis, in vſum ſacerdo=
tum omnino ceſiſſe neq; ſibi portionem eorum aliquam of=
ferētes laicos vſurpaſſe vt hæc quoq; figura ad eum quem
retinet Eccleſia catholica morem confirmādum pertinere
videatur. Ad quem abrogandū non modo nihil profertur
è ſcripturis verū etiā ex ījs ſanè intellectis cuiuis perſpicuū
eſſe poteſt vtrāq; ſpeciē ab ījs tantum qui ſacris operantur,
alteram extra ſacrificium ab omnibus recte ſumi, Quid er=
go quiritaris

go quiritaris ò Sathana præceptum Chriſti violari. quod hac quidem de re nullum eſſe conſtat? Quid ſi ille ipſe ꝗ tu quaſi flabello quodam vſus es ad iſtos in Eccleſia dei ventos & tẽpeſtates excitãdas, cuius opera tã multos à Chriſto, & à corpore eius Eccleſia ſegregaſti, teſtimoniũ cõtra te feret. nihil eſſe de vtraqꝫ ſpecie ſumẽda à Chriſto præceptum? Lege quæ ſcripſerit ad Bohemos nondum in reprobũ ſenſum datus, hæc illius verba reperies, Quòniam pulchrum quidem eſſet vtraqꝫ ſpecie Euchariſtiæ vti, & Chriſtꝰ hac in re nihil tãquã neceſſariũ præcepit, pręſtaret pacẽ & vnitatem quam vbiqꝫ Chriſtus præcepit ſectari, quã de ſpeciebus ſacramẽti contendere. Lege quę ſcripſit idem in Euchariſtiæ declaratione. Non dixi inquit, neqꝫ conſului, neqꝫ eſt intẽtio mea ut vnus aut aliquod Epiſcopi propria authoritate alicui incipiãt vtramqꝫ ſpeciem porrigere, niſi ita conſtitueretur & mandaretur in concilio generali, Sic ille non prorſus adhuc odio erga Catholicã Eccleſiam excęcatus. Sed & poſtquã argumẽta illi per te Sathana ſuppeditata ſunt, quibus ſacroſanctum miſſæ ſacrificium euertere, atqꝫ ita redemptionis noſtræ per Chriſtũ in cruce factæ memoriam omnẽ abolere penitus conaretur, ſcripſit ĳs verbis in libro qui de formula miſſæ inſcribit᷑, Si quo caſu cõcilium ſtatueret, minime omnium nos vellemus vtraqꝫ ſpecie potiri, immo tunc primũ in deſpectũ cõcilĳ vellemꝰ aut vna, aut neutra, & nequaquam vtraqꝫ potiri, & planè eos anathema habere, quicũqꝫ authoritate talis cõcilĳ potirentur vtraqꝫ, Hæc iuratus ille tuus æſtro tuo percitus, In cuius ſcriptis, vt facile mẽdacem agnoſcere liceat, vix vlla

pagina reperitur, in qua ſecum ipſe non pugnet. Cum itaq; ſcripturæ pro recepto magis Eccleſiæ more quam contra illum facere videantur cauſæ nihil eſt quamobrem tanta contentione calix nunc exigatur. Sed fuit aiũt eius vſus in primitiua Eccleſia. Fuit, ſed non in vniuerſa, dedit vtramq; ſpeciem Corinthĳs Paulus, dedit alteram tantum Hieroſolimitanis Iacobus. Qua de re nullũ extabat Chriſti præceptum, abundabat vnuſqniſq; in ſenſu ſuo, etiam infantulis mox vt lauacro regenerationis ſanctificati ſunt Euchariſtia dabatur in Eccleſia primitiua, ſicut ex Dionſio Areopagita. Cypriano. Auguſtino. Innocencio pontificibus abunde liquet. Neq; id ſine obtẽto verbi dei fiebat nam ſiue illud proferas bibite ex hoc omnes, ſi ad alios etiam quam ad quos dictũ eſt apoſtolos referẽdum exiſtimas, ſiue illud. Niſi manducaueritis carnem filĳ hõinis & biberitis ſanguinem eius non habebitis vitam in vobis vtrũq; æque ad paruulos atq; ad adultos pertinere videtur, Nam qui dicit omnes, neminem excludit. Excluſi ſunt nihilominus infantes ab vtriuſq; ſpeciei vel potius ab ipſius corporis & ſanguinis Chriſti ſacramentali participatione, neq; tamen quiſquam eſt ex nouatoribus iſtis qui propterea cœlũ terræ miſcendum putet. Quid autem cauſæ eſt quamobrem qua authoritate fecit Eccleſia vt ab om̃i ſacramẽtali Chriſti corporis manducatione, paruulos excluderet, eadẽ authoritate non liceat illi iuſtis & grauibus ex cauſis non ab ipſius Chriſti corporis & ſanguinis, ſed à ſpeciei tantum alterius vſu, eos qui ſacris non operarentur arcere, cum ſub vna, æque ſit integer Chriſtus atq; ſub vtraq;. Neq; ſit in

Eccle. Hierar ca. 7.
Tractatu de lapſis.
Epiſ. 107. & de pctis meritis & remiſſione li. 1. c. 20 & contra Iulianum li. 3. ca. 11. & contra Pelagianos Hipognoſticon. li. 5.
Epiſtola 26.

ſpecie

ſpecie ſalus,ſed in eo qui ſub ſpecie continetur domino no=
ſtro Ieſu Chriſto,extra cuius nomen aliud non eſt in quo Actuum. 4.
nos fieri ſaluos oporteat, neq; vel de altera, vel de vtraq;
ſpecie extra ſacrificium ſumenda Chriſti prçceptum extet
vllũ,verum Eccleſie poteſtas conceſſa ſit quod ratio tẽ=
poris poſtularet ea de re ſtatuẽdi. Quamquã & eius rei li=
cet exempla proferre.vbi cum ratio poſtulabat, nõ modo
ventum eſt ſine peccato contta Dei prçceptum, verũ etiã Geneſis 17.
illud ipſum ſine exprçſſo Dei mãdato eſt abrogatũ. Cir= Exo. 20.
cumciſio & ſabatũ,quin adeo præcepta ſint inficias ire po=
teſt nemo,& tamen etiam ſub lege, & circũciſio in deſerto, Ioſue. 5.
& ſabati ſanctificatio bello ingruente ſine peccato fuit à 1 Macha. 2.
Mahabeis intermiſſa, Quin etiam vtrũq; fuit paulopoſt
quã Chriſtꝰ fuit mortuꝰ Eccleſie auctoritate abrogatũ,nõ
quòd vtrumq; obſeruare malũ eſſet, ſed quod ſolicita de
ſalute noſtra mater Eccleſia nihil nobis cũ iudeis eſſe cõ=
mune voluit.Sed ad noſtra ſacramẽta veniamus. Nonne Mathei vlti.
Chriſtus formã baptiſandi præſcripſit? In nomine patris Actuum. 8.
& filij & ſpiritu ſancti.formam tamen hanc Apoſtolos nõ
obſeruaſſe legimus quos in ſolius Ieſu nomine baptiſaſſe
ſcribit Lucas,neq; tamen vociferabatur quiſpiam Chriſti
inſtitucionem violari,cõtraq; præceptũ eius veniri.Quod
apertius certe eſt de hoc ſacramento quã de Euchariſtia
ſub vtraq; ſumenda. Poſtulabat hoc illorũ temporũ ratio
vt Ieſu nomen & eius virtus quam maxime inculcaret fi=
delium mentibus tum & illud intelligebatur, quod ſolius ad Ampſilo=
huius nominis appellatio,totius eſſet trinitatis confeſſio, chiũ. Ca. 12.
ſicut à Baſilio ſcriptum,& ab Ambroſio legimus repetitũ: Li. 1 de ſpiri=
Quare tu ſãcto Ca. 3

Quare non hoc ipſum cogitatur in alterius ſpeciei ademptione? quandoquidem vnius ſumptio, totius eſt Chriſti cõmunicatio. Factum eſt tamen poſtea, vt quam Chriſtus præſcripsit formam ad eam Eccleſia redeũdũ eſſe putaret: Deinde vero. Nonne præceptũ à Chriſto videtur prius vt doceantur qui baptiſandi ſunt. Euntes inquit docete omnes gentes baptiſantes eos. Et alio loco Qui crediderit & baptiſatus fuerit ſaluus erit. Velle videtur vt fides quæ ex auditu eſt baptiſmum præcedat? ijs ſcripturæ locis vrgent maxime Anabaptiſte, clamãt & ipſi violari præceptũ Chriſti baptiſandis paruulis qui doceri non poſunt, & tamen ab ijs qui malunt Euangelici quã Chriſtiani vocari, quod cu ſuis potius quam Chriſti Euangelium amplectuntur, illi ipſi Anabaptiſtæ pro hæreticis habentur, Neq; videtur eis & quidem recte. Nam hac in parte cum Eccleſia ſenciunt: quicquam fieri contra Chriſti præceptum baptiſandis paruulis, cum ad ſolos adultos hæc verba pertineant: Iam vero, quid eſt baptiſare? Nõne ĩmergere? & in aquã deprimere: Quẽ immergendi ritũ religioſe tenuit & ad poſteros etiam tranſmiſit Eccleſia primitiua, Neq; tamẽ cõtinuauit poſteritas. Quanta autẽ religione mos hic in Eccleſia primitiua fuerit obſeruatus, vel ex eo colligi poteſt, quod cũ Clinici hoc eſt lecto ꝑpter ægritudinẽ decũbentes aſpergi ſiue perfundi cæpiſſent, dubitatũ eſt de perfuſione illa quæ nunc etiam in vſu eſt, vtrum pro baptiſatis habendi eſſent qui perfuſi tantum ſiue aſperſi fuiſſent. Quam dubitationẽ diſcutiens Cyprianus, nihil referre ſcripſit per funderentur ne an mergerent? quod in ſacramentis ſalutaribus neceſsitate cogente

tate cogente & Deo ſuam indulgentiam largiēte, totū cre-dentibus conferunt diuina compēdia, Non putauit ille diuinam benignitatem externis rebus alligatam eſſe, ſed fide potius excipi cæleſtem munificentiam, Ecce in vno baptiſmi ſacramento, quā multa mutata ſunt, non dicam contra præceptum Chriſti, ſed quod negari certe non poteſt, cōtra ſcripturę verba, nullos tamen ea res in Eccleſia dei motus peperit. Neq; eſt aliquis qui tria verba cum quoquàm hoc nomine cōmutanda eſſe putet. Quæ malum eſt hæc amentia, quod de ſpeciebus in quibus non eſt ſalus tanta eſt alteratio, cū tamen neq; recens, neq; perpetuū ſit hoc Eccleſie de vtraq; ſpecie ſumenda interdictū, Ante mille & cētum annos in Epheſino concilio, quod eſt vnū ex quatuor illis, quę tanq̄ quatuor Euāgelia à Chriſtianis omnibus recipiuntur decretum fuit vt ſub ſpecie panis tantum à laicis Euchariſtia ſumeretur. Inde traxit etiam nomen laica cōmunio, cuius & in Sardicenſis & in Agatēſis concilij decretis ſit mentio, Decretum autem illud fuerat propter abolendam hereſim Neſtorij, qui ſub ſpecie panis carnē ſine ſanguine hoc eſt cadauer, ſub ſpecie vini ſanguinē abſq; carne, hoc eſt cruorem cōtineri blaſphemabat. Hic error durat etiam nunc. Scimus enim vtriuſq; ſpeciei vſum permiſſum à Paulo tercio pontifice quibuſdam cætera catholicis hac vero ſola in re ab Eccleſia ſegregatis fuiſſe, modo confiterentur, ſub ſpecie panis corpus & ſanguinē. ſub ſpecie vini ſanguinem & corpus contineri, Quorū ſacerdotes cum deliberandi ſpacium ſibi dari petiuiſſent, poſtridie in templis populum è ſuperiore loco admonuerunt, dixiſſe

Chriſtum actepto pane hoc eſt corpus meum, nō addidiſſe & ſanguis. Actepto verò calice, hic eſt ſanguis meus, non addidiſſe & corpus, hominem vero velle vt dicat hoc eſt corpus & ſanguis, hic eſt ſanguis & corpus. Queſiuerunt deinde vtri magis credendū ſit. Chriſto ue Deo deiq; filio, an hōini? magnoſq; motus excitarūt, atq; irritos pōtificis conatus in reducendis illis ad vnitatem Eccleſiæ fecerūt. Non videtur autē hic error eſſe diſsimilis errori Lucianiſtarum. qui cum legerent, verbum eſſe caro factum, negabant animā in Chriſto fuiſſe, quod nudè ſcriptū eſſet verbum caro, non autem, caro & anima factum eſt. Quos reprehendens Epiphanius. Ecce inquit dicit ſcriptura. Formauit deus hominem, & non dixit. Fecit ipſi epar, aut pulmonem, aut cor, aut venas, aut neruos, aut alia quæ ſunt in corpore. Per hoc intelligimus, vnum quid eſſe ex toto fabrefactum hominem ipſum, eo quod non particulatim compoſitionem totius animalis ſcriptura explicat. Porrò ſublata cauſa, non multo poſt ceſſauit hoc interdictum, & vtraq; ſpecies vſurpari turſus cæpit. Qua tamen in re, non idem apud omnes mos obſeruabatur. quod apud alios vtriuſq; apud alios alterius tm̄ ſpeciei fuit vſus donec ad Gregorij tertij pontificis Romani tempora ventū eſt, q̊ ad Eccleſiæ gubernacula ſedente Germania Chriſti recepit Euangelium, ac ducentis poſt annis Polonia, & ſuctedente tempore, nonnullæ ſeptentrionales aliæ nationes. apud quas vini vſus prorſus fuit incognitus. Nam & in Germania non multo amplius quam trecēti anni interceſſeruntcū excoli vineæ cæptæ ſunt, quæ tamen & ipſa nō

*Epiphan. in Ancora.*

vbique

vbique vini ferax eſt. Apud nos verò nunc quidē frequē-
tior parentum verò noſtrorum & auorum memoria, rarus
& perexiguuis vini fuit vſus, ac minor etiam quo tempore
primum noſtris maioribus Euangelij lumen affulſit. Hoc
itaq; Gregorio tertio Eccleſię vniuerſali pręſidēte āte octin
gentos pluſminus annos, tacito quodam populorum om-
nium cōſenſu, vtriusq; ſpeciei cōmunio videtur abrogata.
Nam qui vino abundabant, cū alios nuper ad Chriſti fi-
dem conuerſos, propter vini penuriam vtraq; ſpecie vti nō
poſſe viderent, ne quid ea res pareret offendiculi, quod nō
vnus & idem apud omnes ritus obſeruaret in hoc pręſer-
tim ſacramento quod proprie ſymbolum eſt vnitatis, ab
vtriusq; ſpeciei vſu abſtinendum ſibi eſſe putauerūt altera
tantum contenti. Ac durauit hæc ſub vna tantū ſpecie cō-
municandi conſuetudo ſine cuiuſquā interpellatione vſq;
ad tempora Concilij Conſtantienſis, quod fuit habitū an-
te annos centū triginta ſex, inquo etiam pręſentes adfuerūt
Ex Prouintia noſtra Andreas Poſnanien̄, & Nicolaus Plo-
cen̄ Epiſcopi. Ibi primū exorti ſunt qui dicerent populum
ſub vtraq; ſpecie, etiam ſumpto prandio, vel cæna ſuſcipe-
re Euchariſtiam debere. Qua de re cū eſſet ad patres Cō-
cilij relatum qui ex toto orbe conuenerant viri ſacrarū li-
terarum peritiſsimi, poſt maturam deliberationem habitā,
decretū eſt quod conſuetudo ab Eccleſia & ſanctis patri-
bus rationabiliter introducta cōmunicandi populū ſub v-
na ſpecie tantum, & diutiſſime obſeruata, habenda eſt pro
lege, quā nō licet reprobare, nec ſine Eccleſie auctoritate pro
libito mutare, quodq; dicere quod hanc conſuetudinē ob-

obſeruare ſit ſacrilegum aut illicitũ, cenſeri debeat eroneũ, & pertinaciter aſſerentes oppoſitum tanquã hæretici ſint arcendi. Decẽ & ſeptẽ annis poſt, habitũ eſt aliud Cõciliũ Baſileæ, in quo cum itidem de vtraq; ſpecie diſceptaret, decretũ eſt & declaratũ, quod fideles laici cõmunicantes, & non cõficientes, nõ aſtringant ex pręcepto domini, ad suſcipiendam Euchariſtiã ſub vtraq; ſpecie, ſed Eccleſia quæ
Matthei. 28. regitur ſpiritu Veritatis, & cum qua Chriſtus eſt vſq; ad cõſumationem ſeculi ordinare habet quomodo ipſis nõ conficientibus miniſtret, prout pro reuerẽtia ipſius ſacramẽti & ſalutę fidelium viderit expedire. Siue autẽ ſub vna ſpecie, ſiue sub duplici quis cõmunicet, ſecundum ordinationem ſeu obſeruantiam eccleſiæ, proficit digne comunicantibus ad ſalutem. Nec vllatenus ambigendũ eſt quod nõ ſub ſpecie panis caro tantũ, nec ſub ſpecie vini ſanguis tãtũ, ſed ſub qualibet ſpecie eſt integre totus Chriſtus. Laudabilis quoq; conſuetudo, cõmunicandi laicum populum ſub vna ſpecie, ab Eccleſia & ſanctis patribus rationabiliter introducta, & hactenus diutiſſime obſeruata, & à doctoribus diuinæ legis, ſacrarum ſcripturarũ atq; canonũ multam peritiam habentibus iã à longeuo tempore comẽdata, pro lege habenda eſt, nec alicui licitum eſt eã reprobare, aut ſine autoritate Eccleſię ipſam immutare. Ecte duorum conſiliorum decreta, quibus vſus hic Eccleſię ſub vna ſpecie cõmunicandi cõfirmatus eſt, in quibus pręſentes etiam ad fuerũt ex hæc prouintia noſtra Epiſcopi, à Regno miſſi, qui regni totius nomine ad ea quæ ſunt in illis conſtituta ſuum aſſenſum prębuerunt, Fingamus autem cõtro-

uerſū adhuc eſſe, nū aſtringamur ex præcepto doīni, ad eu charistiā ſub vtraq; ſpecie ſuſcipiendam. Tibi ſic, mihi ſec9 videbitur, Quis erit contentionis huius noſtræ finis? iudex aliquis vt ſit oportet. Poſtulari nunc à multis audemus cō- cilium. atq; id liberum, Quæ potuerunt autem eſſe concilia magis libera, quam hæc duo fuerunt in Germania congre- gata in quibus ipſos etiam pōtifices loco ſuo motos legi- mus. vt admiranda ſit eorum vel inſcicia, vel impudens cō miniſcendi quidvis audatia, quę pontificia tyrannide cali- cem ademptum populo vociferant. cum nō modo nullū oſtendere queant pontificis alicuius de eo abrogando de- cretū. verū cōtrariū à nobis doceri poſſit. Nā poſt Epheſiū concilium, cū interdicti cauſa cæſaſſe videretur, ad intermi- ſſum ſub vtraq; ſpecie cōmunicandi morem à Leone Pon- tificę populus inuitatus fuiſſe videtur. Sed iſti verū an fal- ſum dicant nihil ſua referre putant, dū pontifices quibus- cumq; conficti criminationibus exoſos populo reddant. Intelligit enim ſathanas, quod à Cypriano ſcriptū antea cōmemorauimus, gubernatore ſublato facilius circa Eccle ſie naufragia ſe graſſari poſſe. Quamobrē hoc laborat per membra ſua, vt illius authoritatem eleuet, vt ab illius obe- dientia homines abſtrahat. Cæterum quæ tyrannis eſt tu- eri cōcilij decreta, neq; permittere quę ſunt Eccleſie totius authoritate conſtituta, vt abſq; eiuſdem authoritate abro- gentur? Si quæ per principē in comitijs, de cunctorū reg- ni ordinum aſſenſu cōſtituta ſunt, contra eorū aliquid prin- ceps ipſe venęrit, quam durum id multis videtur? Si verò contraria conſtitutione aliqua, quod in maioribus regni

*Sermone. 4. in quadrage.*

*Li. 1 Epiſta 3.*

comitĳs ſumma volũtatẽ omniũ ſancitũ eſt, id extra cõitia ſolus ipſe, paucis in conſilium abhibitis antiquare conaret᷑, qui non ędederentur clamores? qui motus non excitarẽtur? Et quod principi licere nolunt, id licebit monacho apoſtatę vt excęcatus erga monacham libidine, ac propterea surſum aç deorſum miſcere volens omnia, tyrannidem hanc ſibi vſurpet vt quæ non de vnius alicuius regni aut prouintię. ſed quę de totius orbis Chriſtiani, de tot regnorum, prouintiarum, populorum, nationum aſſenſu doctiſſimis, grauiſsimis, ſanctiſſimis viris, in conſilium adhibitis in generali cõcilio & eo qđ duplici cõſtituta ſunt, ea priuata ſua auctoritate qd dicã auctoritate quã nullã habet? qui potiꝰ affectata tyrannide quadã abrogare conet᷑? Si quæ paulo grauior eſt cauſa, dicit᷑ hic eſſe comicialis articulus, neq; principi fas eſſe putatur extra comitia quicquam de ea decernere, & de Euchariſtia ſtatuere articulus eſt mona chalis, vt ipſe cũ ſua nonna decernat, num Conſtantienſis & Baſilieñ concilĳ decreta recte ſe hab eãt nec ne? Quę eſt ſi nõ hæc eſt extrema dementia? tantam aut monacho apoſtatę, aut rhetorculo alicui tyrannidem permittere. Vt is mihi de conciliorum decretis de ve ſanctorum patrũ ſcriptis ferat ſententiam, vt hoc rectum, illud minus rectum, hoc amplectendum, illud reĳciendum eſſe pronunciet. Certe ſi quis hoc de regni comitiorum ſtatutis facere tẽptaret, aut pro inſano haberetur aut ſibi debitas pœnas non effugeret. Quid autem cauſæ eſt cur ſanctior eſſe debeat comitiorum quam conciliorum authoritas? cur non liceat in illa quod licere volunt in hæc. Dicat quiſpiam, legem in comi-

tĳs non

tijs non recte latam eſſe, ac ſuum iuditium omnium eorum qui legem hanc ſciuerunt in comitijs iuditio anteponendũ, neq; enim deerunt illi rationes, modo non prorſus ingenio ſit deſtitutus, quibus eam infirmare conetur. Fortaſsis etiã cõtra vitam & mores eorum qui legẽ ſanxerunt declama=bit, verò, an falſo, non multum ſua intereſſe exiſtimãs. Ne=q; enim fuit maior unquam non modo dicendi, verum etiam mentiendi quiduis impunitas & licentia, quam ſub iſto Euangelio, atq; ita ſeditionẽ in populo concitet. Num ferendus videbitur? Scilicet, Quod cõtra terrę alicuius co=mitia factum fuerit, nemo tollerandum putabit, quod ve=rò contra totius orbis comitia factum erit, id ferri poterit? Merito comendatur ab Euſebio pręclara Platonis illa ſen=tentia. Vobis quidem inquit ſi recte conſtitutæ ſunt leges Vna certè lex erit pręclariſsima, quæ iubeat. Ne quis iuue=nũ querere audeat, recte ne an contra ſe leges habeant, ſed vno omnium ore unaq; voce rectè tanquam à dijs poſitas concedi pręcipiat, nec vllo modo aliter pati quicquam à iu=uenibus cogitari. Senem autem ſi quid excogitarit, princi=pibus & æqualibus, nomine iuuenũ audiente, referre. Ne querere quidem vir ille ſapientiſsimus adoleſcentibus per mittit num Laconũ aut Cretenſium lex recte ſe an cõtra habeat ſeni verò non plus concedit quam vt principibus referat, quo ſi iuſtas & graues ali quas cauſas attulerit, per quos condita lex eſt, per eos aut declaretur, aut mutetur, aut prorſus abrogetur. Vult autẽ id à ſene fieri nemine iu=uenum audiente, quod hæc ætas affectionibus magis quã rationis magiſterio gubernari conſueuerit Quam etiã ob

*Lib. 1 de Log*
*Lib. 12. de pręparatione Euangelica. Ca. 1.*

cauſam

Li.1.Eticorũ. cauſam Ariſtoteles,humanæ quoq; philoſophie minus eos
idoneos auditores eſſe cenſet. Notum eſt illud quoq; ex
Nevij ludo,Percuntãtibus enim,cædo qui veſtrã rempub=
licam tantã amiſiſtis tam cito? reſpondetur.Proueniebant
oratores noui,ſtulti adoleſcentuli, temeritas videlicet eſt
florentis ætatis prudentia ſenectutis.Nunc non alij de cõ=
ciliorum decretis iudicant, audatius ne dicam an impudẽ=
tius,quã oratores,noui ſtulti,adoleſcẽtuli Qui ſimul vt lo=
cos alicuius communes per legerint, ſtatim ſe theologos
profitentur,ac eiuſmodi theologos vt non illud modo ſu=
Pſal. 1. 18. per ſenes intellexi verũ & id quod proxime pręcedit ſuper
om̃es docẽtes me intellexi ſibi arogare audeãt. Adeo verũ
Deutro. 3.2. eſt quod ꝓuerbio dicit᷑.inſcitia cõfidentiam,eruditio cõten
Lucæ. 1. tionem parit.Dicit ſcriptura,Interoga patrẽ tuum & anũ=
ciabit tibi,maiores tuos & dicẽt tibi,& alio loco corda pa=
trum conuertit in filios,nunc à filijs diſcunt parentes male
credere aut nihil credere,& corda filiorum in patres cõuer
tuntur,quid eſſe poteſt magis ab ſurdum ac prępoſterum?
Laconum aut Cretenſium leges haberi Plato vult tanquã
à Deo ſancitas, vt neq; mutire quiſquam contra eas aude=
at,& quæ citra omnem dubitationem à ſpiritu ſancto latæ
ſunt qui concilijs pręſidet afflatuq; ſuo fouet ac vegetat Ec
cleſiam,nec eam in erorrem vllum labi permittit,non mo=
do querere de ijs,verum etiam eas conuellere & labefacta
De uera reli. re velle rerum imperito adoleſcenti licebit? atqui in tempo
Ca. 3. 1. ralibus etiã legibus dicit Auguſtinus quamq̃ de ijs homi=
nos iudicãt cum eas inſtituunt,tamen cum fuerint inſtitutæ
& firmatę,nõ licebit iudici de ipſis iudicare ſed ſecundum
ipſas,

ipſas. Quanto magis id obſeruandum eſt in legibus diui-
nis, cuius generis ſunt quæ feruntur in generali concilio le-
gittime congregato, vt ne cuiquam de illis iudicium per-
mittat. Atq; hæc quidem de vtraq; ſpecie. Hortamur aūt,
oramus, & p viſcera miſericordiæ Dei obſecramus fideles
omnes in prouincia noſtra conſtitutos, quandoquidem in
hoc ſacramento varia eſt & multiplex ſathanæ tētatio, for
titer vt illi reſiſtant, neq; enim aliud ille agit, quam vt hac
de ſpeciebus altercatione à Chriſto & ab eius corpore Ec-
cleſia ſegreget homīes, quod ſegregatis facile ſe cætera quę
velit omnia perſuadere poſſe credit. Decet autē fideles om
nes expendere, quod ſicut in hoc ſacramento verum eſt &
viuum Chriſti corpus, ſic qui volūt illud ſumere ad vitam
æternā, & non ad mortē æternam nos & ipſos oportet eſſe
Chriſti corpus, conſyderēt quid ſit quod agat in hoc ſacra
mento. Quid enim aliud niſi quod dicit Paulus mors do- *1. Corinth. 11*
mini annunciatur. Quare autem mortuus eſt, vt filios Iſra *Ioan. 11.*
el qui erant diſperſi congregaret in vnum, ipſe mortuus eſt
ideo vt congregaret, tu propterea ſub vtraq; ſpecie ſumen-
dum aſſeris, vt ſegreges, vt diuidas, vt diſpergas, quod
ille precioſo ſanguine ſuo collegit. Quid eſt ſi hoc non eſt
antichriſtum eſſe? quid hic eſt niſi ſacramentum pietatis,
niſi ſignum vnitatis, niſi vinculum charitatis? qua tu fron-
te audes illud facere cauſam diſsidīj, materiam diuiſionis,
fomitem odīj? ſaltem ſigna ipſa attende, neq; aliud eſſe ve-
lis, quam quod per illa notatur. Neq; enim ſine cauſa Chri
ſtus in ſpecie panis hoc ſacramentum eſſe voluit, vnus em̄ *1. Corinth. 10*
panis & vnum corpus multi ſumus qui de vno pane parti

cipamus.Nos ergo deſignauit in hoc ſacramento Domi=
nus,nos ad ſe pertinere voluit,myſterium pacis & vnitatis
in hac menſa conſecrauit.Qui accipit myſterium vnitatis,
& non tenet vinculum pacis,non pro ſe myſterium,ſed cõ=
tra ſe teſtimonium accipit indigne enim ſumit, ac reus erit
corporis & ſãguinis domini,occiſor Chriſti reputabit̃, nec
minus peccabit quã ſi Chriſtum ipſum crucifixiſſet,ſi ſan
1. Corin. 11. guinem eius fudiſſet, ex multis granis vnus efficitur panis
& nos ex multis mẽbris efficimur vnũ corpus,corpus autẽ
Chriſti.Hoc ergo corpus ſi lanias,ſi diuidis, qd aliud quã
denuo flagellas,denuo crucifigis,denuo Chriſtum interfi=
cis? Qua crudelitate quę poteſt maior excogitari? Quam=
obrem iterum atq; iterum obteſtamur per eum ipſum cu=
ius viuum corpus in hoc ſacramento continetur,vt ab hac
tanta crudelitate ſibi temperent,quin potius,quod mortis
Chriſti beneficio facti ſumus omnes,id eſſe & permanere
velint,fecit ille nos corpus ſuum,tradito pro nobis in mor=
tem corpore ſuo,ſimus & permaneamus huius & quidem
vnius corporis membra.Erimus autẽ vnius corporis mẽ=
bra ſub Chriſto capite,ſi nos ab Eccleſiaſtici ædificij com=
1. Corint. 1. page auelli nõ permiſerimus,ſi idipſum omnes dixerimus
ſi non fuerint in nobis ſchiſmata,ſi in eadem fidei regula p̃=
manſerimus,ſi cum alijs de rebus ad fidem pertinentibus,
tum de hoc venerabili ſacramento vnanimes idem omnes
ſenſerimus.Quamobrem non contendamus de ſpeciebus
in quibus nihil eſt quod aliquid fiduciæ quiſquam collocet
in illo ſolo ſpes nobis eſt omnis defigenda q ſub ſpeciebus
iſtis viſibilibus, inuiſibilis ipſe latet vereq; cõtinetur. Neq;
enim quod

enim quod videmus ſalutem nobis adfert, ſed quem oculis carnis huius cernere nó poſſumus, quem ſola fide comprehendere licet dominꝰ noſter Ieſus Chriſtus, qui ſub ijs que vidétur ſpeciebus inuiſibilis ipſe & immortalis vere continetur. Ipſe eſt & non alius, in cuius nomine nos omnes fieri ſaluos oportet. Qui cum æque ſit integer ſub vna atq; ſub vtraq; ſpecie, quorſum attinet de ſpeciebus diſceptare in q; bus non eſt ſalus. Etiam atq; etiam nobiſcum reputemus, quid alijs acciderit, qui cum de vtraq; ſpecie primum inter ſe contédiſſent, Chriſtum ex vtraq; paulo poſt amiſerunt. Neq; enim credit iam bona pars eorum quicquã in hoc ſacramento, niſi merum panem, & merum eſſe vinum. Quæ quã ſit horréda blaſphemia, quis nó intelligit homo Chriſtianus? Verum eſt quod dixit quidam quamuis Ethnicus Nimium altercando veritas amittitur. Amiſerunt illi veritatem, amiſerũt Chriſtum de ſacramẽto, dum altercationi ſtudentes magis quam dilectioni mutuæ non credunt veritati de veritate ſui corporis diſerte dicenti hoc eſt corpus meum. Huc perduxit miſeros, priuatus ſpiritus, cui plus fidendũ eſſe putauerũt, quã ei q publice promiſſus et miſſus eſt Eccleſiæ vniuerſali. Poſuerunt in cœlum os ſuum, & lingua eorum tranſiuit in terra. Quamobrẽ cum nullũ Chriſti inſtitutum, nullum præceptum videamus, de calice cuiquam extra miſſæ ſacrificium dando, cum Chriſtum etiã ipſum & Apoſtolos abſq; calice ſub ſpecie panis Euchariſtiam dediſſe legamus, cũ certo nobis perſuaſum ſit, nihilo plus ſub vtraq; quam ſub vna ſpecie cótineri, ſub qua æque vt ſub vtraq; integer Chriſtus accipitur, ac eadem gratia

Actuum. 4.

Matth. 26.

conſertur, non altercemur cum inimicis crucis Chriſti, qui
Coloſſ. 1. quæ pacificauit ille per ſanguinem crucis, quæ per mortẽ
ſuam congregauit ea ſpargere conantur. Non contenda-
mus de ſpeciebus, ne quod illis accidit & ipſi Chriſtum a-
Philip. 3. mittamus, verum ad quod peruenimus iuxta Pauli conſi-
lium in eo permanentes idem ſapiamus omnes. Ita futurũ
eſt vt ipſi facti corpus Chriſti myſticum, non ad mortem
æternam corpus Chriſti verum ſumamus, ſed ad vitã æter-
nam. Verum ad reliqua pergamus.

## QVOD HOC SACRAMENTVM RE-ćte dicatur ſacrificium. Cap. XL.

INTER omnia ſacramenta nullum eſt hoc
vno, Euchariſtiæ ſacramento excellentius. Quã
etiam ob cauſam à Dionyſio ſacramentum ſacramentorũ
Eccleſia. Hierar 3. & hoſtia vocatur hoſtiarum. Nam cum tria ſint quibus ri-
te Deus colitur, fides, ſpes, & charitas, baptiſmus fide ab eo
enim fideles appellamur, confirmatio ſpei, per illud enim
erigitur ſpes noſtra, tutore nobis dato ſpirituſancto. Eucha
riſtia vero charitatis eſt ſacramentum, quod in eo recoli-
Hierem. 12 mus quanta fuerit charitas Dei & domini noſtri Ieſu Chri
ſti erga nos, qui dilectam animam ſuam dedit in manus i-
nimicorum ſuorum, ac ſemetipſum tradidit oblationem et
Hebreo. 9. hoſtiam deo patri, pro nobis, vt ſanguine ſuo nos emunda
ret ab operibus mortuis ac viciſsim charitate erga tam pi-
um & beneficum ſeruatorem noſtum accendimur, omnia
& facere, & pati parati dum gratos nos & mæmores tanti
beneficij

beneficij præſtare poſsimus. Quare quanto eſt excellentior charitas quam ſit fides & ſpes, tanto præſtat hoc ſacramẽ-tum alijs omnibus, quod non modo ſignificat, & confert gratiam ſicut alia ſacramenta, ſed eum ipſum qui fons eſt & largitor omnis gratiæ, verè in ſe continet dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Intelligit hoc ſathanas quod nullius ſacramenti vel dignitas maior eſt vel vtilitas, pro-indè nũſquam etiam grauius quam in hoc ſacramento fi-deles tentat, quod aut ſublatum ex omni hominum memo ria, aut certe debito honore ſpoliatum ac prorſus contem-ptum eſſe cupit. Qua tamen in re vt paulo ante diximus nihil agit feſtinãter, ſed illud molit̃, ante omnia, vt à Chri-ſto, & ab eius corpore Eccleſia ſegreget homines, quo ſe-gregatos facilius eo quo cogitat perducat. Itaq; primum in ijcit altercationem de ſpeciebus, vt perſuadeat hominibus non hoc amplectendum eſſe quod viſum eſt Eccleſiæ vni-uerſæ, neq; illius ſed priuato ſenſu ſcripturas interpretari o-portere. Quod poſteaquã obtinuit, iam reliqua minore ne-gocio perſuadet. Nihil autem æque conatibus eius obſtat, atq; iugis recordatio ſacrificij illius quo ſemetipſum patri ſuo cœleſti Chriſtus in ara crucis hoſtiam obtulit pro pec-catis noſtris, videt illius virtuti ſe reſiſtere nequaquã poſſe quamobrem illud oppugnat maximè. Neq; tamen apertè verum aſtutè prorſus, & callidè, prędicationem illius per-mittit, à repreſentatione tamẽ abſtineri prorſus vult, quod ea ſublata fore intelligit vt prædicatio quoq; ſucłedente tẽ pore langueſcat. Quamobrem hic neruos ſuos omnes exe-rit, neq; ſatis habet om̃ia dixiſſe qbus perſuadeat non eſſe à

 Chriſto

Chriſto aut ſacerdotiū, aut ſacrificium vllum inſtitutū, verum affingit Eccleſiæ multa, quaſi ea ſentiat et doceat de hoc tremendo ſacrificio, quæ ne cogitare quidē illi in mentem venit vnquam. Quare quæ ſit Eccleſiæ hac de re ſententia & quam multa quam falſo illi per membra ſua ſathanas impingat, de eo nonnihil diſſerendum eſſe putauimus Illud itaq; ſcire inprimis oportet quod cū diuerſæ ſint res quarum per hoc ſacramentum admonemur, diuerſæ ſunt etiam illius appellationes. Nam quorū admonemur partim præterita ſunt, partim præſentia, partim futura. Admonemur preteritæ Chriſti paſsionis quæ fuit longe gratiſsimum Deo ſacrificium, quo nos ille Deo patri ſuo reconciliauit pro peccatis noſtris morte ſua ſatisfecit, ac non modo remiſsionem peccatorum noſtrorum nobis meruit, verumetiam dignos nos fecit in ſortem partis ſanctorum, dignos fecit, qui in filios eius & heredes adoptaremur. Atq; hac ratione vocatur hoc ſacramentum ſacrificium. Sic enim à Cypriano dictum ē. Paſsio Chriſti eſt ſacrificiū qd offerrimus, vocatur etiam Euchariſtia hoc eſt gratiarum actio, quod in hoc ſacrificio grata quadam recordatione proſequimur, cum alia omnia, tum præſertim immenſum illud redemptionis noſtræ beneficium. Admonemur præſentis vnitatis quam hoc ſacramentum efficit, atq; ita vocatur σύναξις græce, latinæ communio, quod per illud ſicut à Damaſceno traditum eſt, Chriſto cōmunicamus, carnis eius & diuinitatis participes efficimur, ac ſicut cum illo, ita ipſi etiam inter nos vnum reddimur vt ſimus omnes vnū corpus ſub vno capite Chriſto, iuxta illud quod à Paulo dictū

Coloſſ. 1.

Li. 2. Epi. 3.

Li. 4. Ca. 14.

dictum eſt vnum corpus vnus panis multi ſumus qui de 1.Corin.10.
vno pane participamus.Admonemr̃ poſtremo eius quod
futurum eſt,quod ſicut in hoc ſacramento Chriſto coniun
gimur & eo fruimur,non in ſua,ſed in panis & vini ſpecie, Hebreo. 13.
ita poſteaquam qui non habemus hic manentem ciuitatẽ 1.Petri.2.
verum aduenæ ſumus & peregrini, ex huius vitæ diuerſo=
rio in cœleſtem illam patriam ad quam anhelamus perue
nerimus,non iam amplius per ſpeculum & in ænigmate,
ſed facie ad faciem videbimus eum ſicut eſt,atq; illius aſpe 1.Corinth. 13
ctu ſaciabimur,iuxta illud quod ſcriptum eſt.Saciabor cũ 1. Ioannis. 3. Pſalmo.60.
apparuerit gloria tua.Hac ratione vocat̃ viaticum,quod
viam nobis prebet,eo perueniendi,quandoquidem in ſe ve
re continet eum qui via noſtra eſt dominum noſtrum Ie= Ioannis. 14.
ſum Chrtſtum.Qui etiam eſt oſtium illud ꝑ quod ſolum Ioannis. 10.
& non per aliud ad cœleſtem illam gloriam ingreſſus no=
bis patet.Vt autem intelligi poſsit qua ratione ſacrificium
vocetur,paucis non capitis noſtri ſomnia, neq; cordis no=
ſtri viſiones,verum quę doctiſsimis grauiſsimiſq; viris iã
inde à tot ſeculis ea de re viſa ſunt enarrabimus.Inter quos
cum principẽ locum teneat Auguſtinus is vbi ſacrificium Li.10.de ciui
definit in hæc verba ſcribit.Sacrificium viſibile, inuiſibilis tate Dei.ca.5
ſacrificij ſacramentum,id eſt ſacrum ſignum eſt.Quoniam
vero erant ipſius quoq; ſæculo qui nullum externum & vi
ſibile ſacrificium eſſe oportere in Eccleſia Dei dicerent,cõ=
tra hos quoq; his verbis loquitur.Qui verò putant hæc vi= Capite. 19.
ſibilia ſacrificia dijs alijs congruere,illi verò tanquam inui
ſibili inuiſibilia & maiori maiora,melioriq; meliora,qualia
ſunt puræ mentis & bonæ voluntatis officia,profecto neſci

unt

unt hæc ita eſſe ſigna illorum, ſicut verba ſonãtia ſigna ſũt rerum. Quocirca ſicut orantes atq; laudantes, ad eum diri gimus ſignificantes voces, cui res ipſas in corde quas ſigni ficamus offerimus, ita ſacrificantes non alteri viſibile ſacri= ficium offerendum eſſe nouerimus, quam illi cuius in cor= dibus noſtris inuiſibile ſacrificium nos ipſi eſſe debemus. Ac paulo poſt, de noſtro ſacrificio mentionem faciens. Ve

Cap.20.

rus inquit ille mediator, in quantũ formam ſerui actipiens mediator effectus eſt Dei & hominum homo Chriſtus Ie= ſus, cum in forma Dei ſacrificium cum patre ſumat, cũ quo & vnus Deus eſt, tamen in forma ſerui ſacrificium maluit eſſe quam ſumere, per hoc & ſacerdos eſt ipſe offerens, ipſe & oblatio, cuius rei ſacramentum quotidianum eſſe voluit Eccleſiæ ſacrificium, cum ipſius corporis ipſe ſit caput, & ipſius capitis ipſa ſit corpus, tam ipſa per ipſum quam ip= ſe per ipſam ſuetus offerri. Huius veri ſacrificij multiplicia variaq; ſigna erant ſacrificia priſca ſanctorum, cum hoc v= num per multa figuraretur, tanquã verbis multis res vna diceretur, vt ſine faſtidio multum commendaretur. Huic ſummo veroq; ſacrificio cuncta ſacrificia falſa ceſſerunt. Ex ijs Auguſtini verbis docemur quale ſit hoc Eccleſiæ ſa= crificium de quo, nunc diſſerimus. Eſt enim ſacramentum hoc eſt ſacrum ſignum, illius nunc quidem nobis inuiſibi= lis ſacrificij, quo Chriſtus in cruce ſemetipſũ viſibiliter ob= tulit hoſtiam Deo in odorem ſuauitatis. Hoc eſt quod ap= tius alio loco ſcribit idem Auguſtimus. Hebrei inquit in vi ctimis pecorum quas offerebant Deo multis & varijs mo= dis ſicut re tanta dignum erat prophetiam celebrabãt, fu=

*Contra Fauſtum. li. 20. capite. 18.*

turæ

turæ victimæ quam Chriſtus obtulit. Vnde iam Chriſtiani, peracti eiuſdem ſacrificij memoriam celebrãt, ſacroſancta oblatione & participatione corporis & ſanguinis Chriſti. Ac apertius etiam paulo poſt diſcrimen, oſtendit inter ſacrificia Iudeorum, & quod in cruce Chriſtus obtulit, & quod ex illius inſtitutione nunc offertur in Eccleſia, loquẽs enim de eo, huius inquit ſacrificij caro & ſanguis ante aduentum Chriſti per victimas ſimilitudinum promittebat̃, in paſsione Chriſti per ipſam veritatem reddebatur, poſt aſcenſum Chriſti per ſacramentum memoriæ celebratur. Quod ergo per figuras fuit ſignificatum & promiſſum & naturæ & legis tempore, hoc in cruce redditum in altari nunc repreſentatur, & oculis noſtris ſubijcitur, vt iugis tanti beneficij ſit memoria. Sacrificia priſcorum figura tantũ fuerunt & adumbratio quędam, in cruce vere fuit in mortem oblata pro nobis victima noſtra dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui poſteaquam in cœlum aſcendit, nihil nũc aliud fit in Eccleſia, quam illius oblationis quæ in cruce facta eſt, memoria quędam & repreſentatio, hic intelligimus quale ſit ſacrificium hoc de quo nunc agimus. Eſt enim ſacrum ſignum quo admonemur illius ſacrificij, quod non videmus, quod in cruce pro nobis peractum eſt. Docemur præterea ex ijs quæ ex Auguſtino adduximus, quod ita demum ſacrificium hoc viſibile recte Deo offert̃, cum illius in cordibus noſtris inuiſibile ſacrificium ipſi facti fuerimus Qua de re qui fuit quadringentis pluſminus annis Auguſtino poſterior Amalarius Treuerenſis Archiepiſcopus, ijs verbis admonet. Illud intendendum eſt inquit in omnibus Cap. 21.

officiȷs imolationis tali nomine cenſendum eſſe viſibile al-
tare, quale eſt cor offerentium. Quare falſum eſt quod fin-
gunt inimici crucis Chriſti docere Eccleſiam, quod cere-
monia miſſæ ex opere operato ſine fide nos Deo reconcili-
at. Quin quod à Bucero ſcriptum fuit aliquando, id docuit
docet, & docebit ſemper Eccleſia, quod miſſa ex opere ope
rato, id eſt, ex eo quod inſtitutũ domini eſt, id quod gerit,
non ex opere operantis, hoc eſt ex merito miniſtri prodeſt,
ſed ȷs qui in illa communicant per fidem & charitatem.
Hoc eſt quod ex Auguſtino adduximus ſacramentũ quo
tidianũ in cruce peracti ſacrificiȷ eſſe ſacrificiũ Eccleſiæ, cũ
ipſius corporis, ipſe ſit caput Chriſtus, & ipſius capitis ipſa
ſit corpus, tam ipſa per ipſum, quam ipſe per ipſam ſuetus
offerri. Quo in loco non obſcure illud indicat, & Eccleſiã
per Chriſtum, & Chriſtum offerri per Eccleſiam, quæ niſi
capiti ſuo Chriſto fide ſit & charitate connexa ex ea obla-
tione cuius repreſentatio fit in altari fructus percipi poteſt
nullus. Sacrificium itaq; noſtrum non eſt aliud quam il-
*1. Corinth. 5.* lud de quo dicit Paulus. Paſcha noſtrũ imolatus eſt Chri-
ſtus. Nam quod Paſchæ nomine non ſolum illa diei ſolem
nitas, verum & agnus ille ſignificatus fuerit qui tum iuxta
ritum legis imolabatur, & imolatus manducabatur indica
14. re videtur ille Marci locus, vbi vis vt eamus & paremus vt
22. manduces Paſcha? & alius apud Lucam, venit dies aſymo
rum, in quo neceſſe erat octidi paſcha. Paſcha itaq; noſtrũ
15. eſt ipſemet Dei filius, hic eſt ille agnus de quo dixerat Hye-
remias. Ego quaſi agnus manſuetus qui portatur ad victi-
53. mam, de quo prędixerat Eſaias, ſicut ouis ad octiſionẽ du-
cetur

cetur,& ſicut agnus coram tendente ſe obmuteſcet, & non aperiet os ſuum. Hic eſt ille agnus quem venientem ad ſe quaſi digito Ioannes baptiſta demonſtrabat dicens. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit Peccata mundi, hic eſt ille agnus immaculatus, cuius pręcioſo ſanguine nos redemptos eſſe ſcribir Petrus, quem in Apocalipſi ab origine mundi occiſum eſſe legimus. Quotquot enim ab origine mundi ſalutē conſequuti ſunt, quotquot deinceps etiam ad finem uſq; ſeculi ſalutē conſequentur, non per alium conſequuti ſunt & conſequentur, quam per agnum hunc pro nobis imolatum, qui peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum. Agnus innocens pro nocentibus, iuſtus pro iniuſtis fudit ſanguinem ſuum, crudelemq; & ignominioſam crucis mortem obiuit, atq; iſto corporis & ſanguinis ſui ſacrificio mundum Deo reconciliauit. Hoc eſt illud ſacrificium, illud inquam vnicum & ſingulare ſacrificiū, quod adumbrabant, cuius figuram gerebant, varia illa patrum ſacrificia, quæ & naturæ & legis tempore fuerunt, incipiendo ab Abel iuſto, deinde per Noe, Melchiſedech, Abrahā, ad ſacrifitia legalia Aaron & filiorum eius tranſeundo, q̄bus non aliud actum eſt quam vt fixum hoc in hominum memoria permaneret, quod à mundi exordio, nulli ſalus aliter, quam per huius hoſtiæ, quam illa ſacrificia figurabant fiduciam contigerit. Sicut autem illa ſacrificia Deus patribus tradiderat, vt per ea magni huius quod futurum expectabant ſacrificij memoriam in animis ſuis renouarēt fidem confirmarent, & credendo atq; orādo fructum eius in ſe transferrent, ac per eorum oblationem, Dei beneficia

Ioannis. 1.
1. Petri. 1.
13.
1. Petri. 2.
1. Petri. 3.

grata recordatione proſequerentur,ſic Eccleſiæ ſuæ Chri-ſtus,mundam & ſalutarem ſui corporis & ſanguinis oblationem ſub ſpeciebus panis & vini commendauit,qua corporis eius in cruce pro nobis appēſi & effuſi ſanguinis memoriam,in animis noſtris ſubinde renouaremus,& fructū illius oblationis in cruce factæ perciperemus,eā nobis applicantes.Cæterum quod obijcitur ab inimicis crucis Chriſti,nuſquam præcepiſſe Chriſtum offerri,ſed manducari tantum carnem & bibi ſanguinem ſuum iuſiſſe, ac idololatriam eſſe extra verbum & ſine verbo cultus inſtituere.Si verum eſt quod ab illis dicitur,ergo idololatra fuit Abel. Quod enim præceptum habuit de ſuis primogenitis & eorum adipibus offerendis? & tamen dicit ſcriptura. Quod

*Gene. 4.* reſpexit Deus ad Abel & ad munera eius. Idololatra fuit

*Gene.8.* Noe,Nam & ille quod præceptum,aut quod habuit Dei

*Gene. 12.* verbum de altari edificando,& holocauſtis in eo offerēdis

*Iob.1.* Idololatra fuit Abraham.Idololatra fuit Iob,idololatrę fuerunt & alij nonnulli,quos obtuliſſe Deo ſacrificium, atq; ea illi grata & accepta fuiſſe legimus. Quod dicere, quam ſit abſurdum,quis eſt qui non intelligat? Quam falſum autem eſt, idololatriam & impium atq; ingratum Deo cultum eſſe qui ſine certo & exprẹſſo Dei mandato ſit inſtitutus,tam falſum eſt,eum cultum quem vocamus miſſæ ſacrificium,ſine verbo Dei & citra mandatum eius inſtitutū eſſe.Clarum enim eſt & apertum Dei verbum, hoc facitē in meam commemorationem.Quo non illud modo præcipit Deus,vt diſtribuatur ſacramentum corporis & ſanguinis eius,verumetiam vt benedicatur ſiue conſecretur,ac de

inde

indè imoletur, imolatum vero, manducetur. Nemini enim dubium eſt fuiſſe Chriſtum ſacerdotem ſecundum ordinē Melchiſedech, quod & Paulus teſtatur, & ante illum propheta dicens. Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinē Melchiſedech. Vbi autem hoc ſacerdotio functus ſit in Euangelio nuſquam reperimus, prȩterquam in nouiſsia illa cœna. Nam quale fuit ſacerdotium, quale ſacrificium Melchiſedech, ſcribitur in Geneſi quod panem & vinum obtulerat, erat enim ſacerdos altiſsimi. Nonne Melchiſedech Chriſtum ſacerdotem adumbrabat? qui & ipſe ſub ſpeciebus panis & vini corpus & ſanguinem ſuum obtulit in qua oblatione ſe ſacerdotem eſſe ſecundum ordinē Melchiſedech declarauit. Nam in ea oblatione quȩ facta eſt in ara crucis, magis fuiſſe videtur ſacerdos ſecundum ordinē Aaron quam ſecundum ordinem Melchiſedech. Ibi enim cruentam victimam obtulit, & ſemetipſum verè morti tradidit. Tales autem victimas offerebant ſacerdotes ſecundū ordinem Aaron. At in nouiſsima cœna, eandem illam hoſtiam corporis ſui & ſanguinis obtulit, ſed ſub ijs quæ Melchiſedech obtulerat antea panis & vini ſpeciebus. Nihil aliud Melchiſedech quam panem ipſum & vinum, at Chriſtus corpus & ſanguinē ſuum ſub panis & vini ſpeciebus, obtulit. Et ſicut in ara crucis qui finis eſt legis Chriſtus ſacrificijs quæ ſacerdotes Aaron offerebant finem impoſuit, ita in nouiſsima cœna, nouum ſacerdotium nouum ſacrificium inſtituit ſecundum ordinem Melchiſedech. Cōſtat etiam, quod in illa cœna paſcha cum ſuis diſcipulis manducabat, paſcha autem non veruecinum, ſed multo preſtā

Hebreo. 7.
Pſalmo. 109.
14.
Romano. 10.

 ſtantiſsi=

Li.4.aduer= ſtantiſsimum.Quemadmodum etiam Tertulianus teſtat̃
ſus Martio= dicens.Profeſſus inquit Chriſtus,ſe concupiſcentia concu=
nem. Matth. 26. piſſe edere paſcha,vt ſuum indignum enim vt quid alienũ
concupiſceret Deus.Acceptum panem& diſtributum di=
ſcipulis corpus ſuum illum fecit.Si autem quod in confeſ=
ſo eſt paſcha cum ſuis diſcipulis celebrabat, proculdubio,
Matth. 5. qui non venerat ſoluere legem ſed implere, iuxta ritum le
Exodi.12. gis celebrabat,iuxta quem imolabat̃ prius agnus, deinde
comedebatur.Quare ut figuræ veritas reſpõderet, neceſſe
fuit vt quod paſcha cum diſcipulis ſuis manducaret Chri=
ſtus,prius offerret corpus ſuum & ſanguinem Deo patri,
poſtea vero manducandũ traderet. Nam & illud certũ ẽ
& indubitatum,quod agnus ille paſchalis in veteri lege,fi=
gura fuit agni incontaminati domini noſtri Ieſu Chriſti q̃
ſemetipſum in ara crucis oblaturus erat hoſtiam Deo pa=
tri.Atqui ea figura non omni ex parte reſpondet rei geſtæ
in ara crucis,ſed magis ei quæ geſta eſt in cœna. Nã agnũ
ab Hebreis imolatum legimus in recordationem eius be=
neficij,quo liberatus erat populus Iſrahel de ſeruitute Pha
Exodi. 14. raonis,& eductus de Aegipto.At imolatio agni immacu=
lati qua ſemetipſum obtulit hoſtiam pro nobis in ara cru=
cis,non fuit facta in recordationem alicuius beneficij,ſed
fuit ipſum beneficium,fuit ipſa liberatio à peccatis,fuit ip=
ſa redẽptio de duriſsimo iugo diabolicæ captiuitatis.Quã=
obrem neceſſe fuit vt per illam imolationem agni paſcha=
lis alia quædam præter illam in cruce peractam imolatio
ſignificaretur,quæ per Chriſtum in nouiſsima cœna facta
eſt,quam etiam à ſacerdotibus fieri deinceps,in ſuam com
memorati

memorarionem,in paſsionis & mortis recordationem in=
ſtituit.Pręcepit Deus cum eſſent agnum illum imolaturi iu
dei filios vt ſuos docerent quid ſibi vellet hęc imolatio.Cũ Exodi. 12
dixerint inquit vobis filij veſtri.Quæ eſt iſta religio? dicetis
eis.Victima tranſitus domini eſt, quando tranſiuit ſuper
domos filiorum Iſrael in Aegipto,percutiens Aegiptios,&
domos noſtras liberans.Huius beneficij ſui perpetuã me=
moriam in imolatione illa celebrari Deus voluit.Non diſ=
ſimile quiddam fit in hoc altaris ſacrificio.Nam & hic,ſi in
terrogentur filij Iſrael,non ſecundum carnem, ſed ſecundũ
promiſsionem,quę nam eſt iſta religio? quid ſibi vult quod
ſacroſanctum corpus & ſanguis Chriſti ſub panis & vini
ſpeciebus offertur in miſſa? recte reſpondere poſſunt. Gra
ta quædam fit commemoratio immẽſi illius beneficij, quo
Dei filius homo factus,corpus ſuum ex virgine aſſumptũ
pro nobis in mortem tradidit,& ſanguinem ſuum in cruce
fudit,vt mundum vninerſum à peccato,& ab æterna dam=
natione liberaret.Hic videre licet agni imolationem, ma=
gis repreſentare,eam quæ fit in altari, quam quæ facta eſt
in cruce.Nam ſicut in paſchate iudeorum,ita & hic pręte=
rita redemptionis fit recordatio.In cruce autem, ipſa pre=
ſens fuit redemptio.Quamobrem cum & mãdatum Chri=
ſti habeamus dicentis,hoc facite in meam commemorati=
onem,& conſtet Chriſtum ſacerdotem fuiſſe ſecundũ or/
dinẽ Melchiſedech,neqꝫ reperiat᷑ in ſcripturis,vbi ſit fũctus
hoc ſacerdotio præterquã in cœna, illud præterea mãifeſtũ
ſit ꝙ in illa cęna paſcha cũ diſcipulis mãducauerit ꝙ offerri
ꝑusq̄ mãducari iuxta ritũ iudeorũ cõſueuerat, ꝗs ē qui dice

re iam

re iam audeat ſine Dei verbo cultum hunc inſtitutum eſſe
Quem non ijs modo ſcripturæ teſtimonijs, verumetiam ꝓ
Malach. 1. phetarum oraculis adſtrui legimus, apud Malachiam pro
phetam ad ſacerdotes iudeorum loquitur dominus, non
eſt mihi voluntas in vobis, & munus non ſuſcipiam de ma
nu veſtra, ab ortu enim ſolis vſq; ad occaſum magnum eſt
nomen meum in gentibus, & in omni loco ſacrificatur &
offertur nomini meo oblatio munda. Quibus in verbis tri=
a nobis conſyderanda veniunt. Primum, quod abolitum
Deus voluerit vetus illud ſacerdotium quod erat ſecundũ
ordinem Aaron, quo ſolus vtebatur populus Iſrael. Dein=
de quod illi ſuccedere voluerit, nouum & æternum ſacer=
dotium, ſecundum ordinẽ Melchiſedech, non ex vna Aarõ
familia, ſed ex omnibus gentibus eligendum. Tertio quod
oblatio per ſacerdotes nouos offerenda, futura erat mun=
da, & quæ in omni orbis totius loco offerretur. Si quis pro
phetæ locum hunc ad eam quæ in cruce facta eſt oblatio=
nem referre velit, conſtat nec inter gẽtes, nec in omni orbis
loco, ſed in vna iudea Chriſtum in mortẽ ſemetipſum ob=
tuliſſe, vt hic ſenſus ei prophetæ loco quadrare non poſsit.
Si autem de contriti & humiliati cordis ſacrificio, deq; pu=
ræ mentis & bonæ voluntatis officijs intelligendum exiſti=
met, quę in omni orbis loco offerri Deo dubium nõ eſt ne
id quidem procedet. Etſi enim dubium non eſt, huius
*Prouer. 20.* generis ſacrificia Deo accepta eſſe, quis tamen erit qui glo=
riari poſsit ſe mundum cor habere? atq; illius oblationem
*Eſaiæ. 64.* mundam eſſe? cum omnes iuſticias noſtras eſſe dixerit a=
lius propheta velut pannum menſtruatæ, nulla vt alia mũ
da

da oblatio rectè intelligi poſsit, pręter illam quæ ſemel in cruce oblata eſt, cuius in Eccleſia iugis fit commemoratio Deinde cordis contriti ſacrificium non magis huius Eccleſiæ quę ſequuta eſt quam illius quæ præceſsit, proprium eſſe videtur, vt æque in lege atq; nunc offerri potuerit. Quin etiam non ad ſacerdotes magis eiuſmodi oblatio pertinet, quam ad alios cuiuſcunq; tandē ordinis fideles. Iam & iuge ſacrificium illud quod nouiſsimis temporibus per antichriſtum ſublatum iri Daniel prędixit, quid aliud intelligi recte poteſt, quam iſtud Chriſti corporis & ſanguinis ſub ſpeciebus panis & vini ſacrificiū quod vſq; ad conſumationem ſeculi duraturum eſſe dubitandum non eſt, quantumlibet nunc etiam illud per ſuos præcurſores oppugnare conatur antichriſtus. Habemus itaq; iam ita clara & aperta ſcripturæ teſtimonia, de quotidiano hoc Chriſti corporis & ſanguinis ſub panis & vini ſpeciebus Eccleſiæ ſacrificio, nihil vt magis perſpicuè dici ſcribiue potuerit. Facit nihilominus om̄ia ſathanas vt clarum etiam ſcripturarum intellectum obſcuret, ac precium redemptionis noſtræ ex omni hominum memoria prorſus deleat. Ac primum quidē quod ad Melchiſedech attinet, aiunt miniſtri ſathanæ, apoſtolum vbi de ſacerdotio illius tractat ſingula accuratè ac propemodum ſcrupuloſe excutere, nomen hominis, ſedem regni, perpetuitatem vitæ, ius decimarum, benedictionem perſequi, in quibus omnibus minus momenti ſit, quam in oblatiōe panis & vini, de qua tamen verbum nullum fecerit. Nunquid exiſtimand' ſit obliuione lapſum eſſe Dei ſpiritum, vt dum rebus minu

Danie. 8.

tis immoratur,quod erat præcipuum,& ad cauſam maxi=
me valebat,id ommiſerit? Quam ineptum autem hoc eſt
argumentandi genus,non ſcripſit Paulus, ergo nō eſt? Nō
ſcripſit in tota illa epiſtola eſſe Chriſtum conceptum de
ſpiritu ſancto,eſſe natum ex Maria virgine, nunquid ideo
negabimus ita eſſe? Non eſt obliuione lapſus Dei ſpiritus
ò ſathana,quin eo potius vſus eſt conſilio quo Chriſtus o=
lim cum diceret,adhuc multa habeo vobis dicere, ſed non
Io.16. poteſtis ea portare modo.Clare hoc ipſa Pauli verba indi
cant,ſtatim enim vt fecit Melchiſedech mentionē, de quo
*Hebre. 6.* nobis inquit grandis ſermo, & ininterpretabilis ad dicend'
quoniam imbecilles facti eſtis ad audiendum.Illorū itaq;
imbecillitas in cauſa fuit quod lacte adhuc opus habebāt
nec ſolido cibo vti poterant,quod nō omnia ea præſertim
quæ captum illorum excedebantur de Melchiſedech Apo
ſtolus fuit perſequutus.Quod etiam teſtat' ijs verbis Hie=
ronymus,ſuper quo multus nobis ſermo eſt & ininterpre=
Ad Euagriū. tabilis.Non quia Apoſtolus non potuerit id interpretari,
ſed quia illius temporis non fuerit.Hebreis enim ideſt iu=
deis perſuadebat non iam fidelibus quibus paſsim prode=
ret ſacramentum,verum tamen,ſi vas electionis ſtupet ad
myſterium,& de quo diſputat ineffabile confitetur, quan=
to magis nos vermiculi & culices ſolam debemus ſcientiā
inſcitiæ confiteri,& ampliſsimam domum,paruo quaſi fo
ramine oſtendere,vt dicamus duo ſacerdotia inter ſe ab a=
poſtolo comparari prioris populi & poſterioris, & hoc a=
git tota diſputatione, vt ante Leui & Aaron ſacerdos fue=
rit Melchiſedech ex gentibus,cuius tantum prædicat me=
ritū

ritum, vt futuris ſacerdotibus iudeorum, in lumbis benedi
ceret Abraham, totumq; quod ſequitur in laudes melchi=
ſedech ad Chriſti typum referri, cuius profectus eccleſiæ
ſacramenta ſunt. Extat oratio Gregorij Nazanſeni digna
quæ teratur manibus omnium. In qua pręclare de eo diſſe
rit, quod nõ omnia, nec omnibus, nec ab omnibus, nec om=
ni loco & tempore dici oporteat. Tum enim vnaquęq; res
bona recte dicitur, ſi bene fiat. Neq; tam eſt rectum aliquid
quod ſi deſit prudentia, non æquè pernicioſum euadat atq;
ſapienter adminiſtratum futurum fuerat ſalutare. Docere
nos hoc, vel Chriſti poteſt exemplũ, qui de ſua morte, qua
vna re nihil eſſe potuit humano generi vniuerſo ſalubrius
verba facturus, eam cum diſcipulis tantum ſeorſum com= Matth. 20.
municandum eſſe putauit, quod vulgo myſterium hoc re=
ctè committi non poſſet. Permultum in eo poſitum eſt quã
oportuno loco & tempore fiat aliquid, cum etiam Deum
ipſum ſi quis cõſideret diligentius, oportunitatem quãdo=
q; ſpectaſſe videamus, preſertim dum ſe mortalibus aperi=
re, dum luce ſuæ veritatis mentes eorum illuſtrare conat᷑.
Nonne vetus teſtamentum patrem apertè prædicauit, de
filio vero loquutum eſt obſcurius? At noua lex Deum filiũ
palam eſt profeſſa, ſancti vero ſpiritus diuinitatem, nõ ita
late patentibus argumentis explicauit. Quæ poſtea tamen
intellecta & ipſa eſt. Neq; vero non maxima ratione id ita
factum eſt, nam nondum patris diuinitate confeſſa, mani=
feſte filium Deum prædicare, ac rurſus nondum Deo filio
declarato, ſpirituiſancto diuinitatem apertè tribuere, quid
futurum erat aliud, quam infantibus lacte alendis ſolidũ

cibum manducandum dare?. Fecit itaq; Paulus quod propheta faciendum admonet, diſpoſuit ſermones ſuos in iu-
Pſal. 111. dicio, vt ea tantum proferret quæ profutura putaret. Cetera quamuis cognitu digniſsima atq; adeo neceſſaria, in tẽpus aliud magis oportunum reſeruaret. Neq; vero Paulus modo, verum & alij Apoſtoli, ſicut à Baſilio ſcriptum legi-
Li. de ſpiritu ſancto. ca. 27 mus, myſteriorum reuerentiam & authoritatem ſilẽtio cõſeruandam eſſe putauerunt, ne ſi vulgo eſſent omnibus cognita in contemptum venirent. Inde etiã vocata ſunt myſteria quod ea occulta eſſe, neq; in vulgus prodi oporteret. Quæ etiam cauſa fuit, quod literis non mandabantur, ſed per manus tantum tradebantur, ſicut de hoc ipſo ſacrificio loquens dicit Baſilius. Inuocationis inquit verba, dum Eucharistiæ panis oſtenditur, & poculum benedictionis, quis ſanctorum ſcripto nobis reliquit? Quin etiam illum locum explicans. Tu es ſacerdos in æternum Auguſtinus. Vident
Pſal. 109. Iudei perijſſe iam ſacerdotium ſecundum ordinem Aaron. & non agnoſcunt ſacerdotium ſecũdum ordinem Melchiſedech, Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinẽ Melchiſedech. Fidelibus loquor, ſi qui non intelligunt cathegumeni, auferant pigriciam feſtinent ad noticiam. Non ergo opus eſt myſteria promere. Scripturæ vobis intimẽt quid eſt ſacrificium ſecundum ordinem Melchiſedech. Si Auguſtinus non putauit omnibus prodenda myſteria, quo tempore terrarum orbis magna ex parte Chriſtum agnoſcebat, quanto minus id factum oportuit à Paulo cum ad eos qui recens ad fidem Chriſti conuerſi fuerant neq; tãta myſteria capere adhuc poterant ſcriberet, Non rectè itaq; colligitur

ligitur

ligit̃,non meminit ſacrificij panis & vini Paulus,male igi-
tur ad Chriſti ſacrificiũ refertur. Quod verò dicunt, Mel-
chiſedech panem & vinum obtuliſſe nõ Deo, ſed Abrahã,
& comitibus eius ad eos reficiẽdos. Hebreorũ opinionem
ſequuti,ſi fidem illis habendam putant potius, quam toti
cætui ſanctorum, Eccleſiæ doctorum, qui deo dicunt obla-
tum in ſacrificium, non Abrahæ in refectionem, credant
eiſdẽ affirmantibus,quod Abraham ſuſceperit à Melchiſe
dech decimas diuiciarum eius,nõ Melchiſedech ab Abra-
ham decimas ſpoliorum,& incogitantiæ damnẽt Dei ſpi-
ritum à quo nõ fuit hoc animaduerſum. Saltem veriſimile
aliquid cõminiſcerent̃, Nam quod aut Abraham poſt de-
uictos hoſtes & opima ſpolia deportata, neceſſe habuerit
panem & vinũ mendicare, vt ſe ſuoſq; reficeret, aut ſacer-
dos Melchiſedech,tantum panis & vini in promptũ habu
erit,quantũ ad alendos trecentos decẽ & octo ſufficere po
ſſet,nullam habet veriſimilitudinem. Quamobrem cõmẽ
tum hoc non ſuccedit, Quemadmodũ nec illud quod ad-
ferunt ex Epiſtola ad Hebreos, neq; vt ſepæ offerat ſemet-
ipſum,alioqui oportebat eum frequenter pati,ſemel obla- *Hebre. 9.*
tus eſt ad exhauriẽda multorũ peccata,vna oblatione cõ-
ſumauit in æternũ ſanctificatos. Nam quod à Paulo dictũ
eſt, libẽter accipimus,quod verò ſathanas intelligi vult,re *Hebre. 10.*
ijciendũ eſſe putamus. Quotquot enim ſanctificati & iu-
ſtificati ſunt aut erunt,per vnam oblationem illam in ara
crucis factam ſanctiſicatos, nõ obſcure ferimus, quin illi,
veterum omnia ſacrificia ceſiſſe,quæ typum huius imola-
tionis geſſerunt & vmbram eius fuiſſe,ab Eccleſia docti

 confi-

cõfitemur. Si quidẽ oblatione, hoc eſt morte ſua Chriſtus, illud ipſum perfecit & conſumauit, quod hoſtiæ, victimæ, ſacrificia veterum promittebant. Promittebant autem fore vt aliquãdo Dei filius in aſſumpta carne morte ſua & profuſo pręcioſo ſanguine ſuo genus humanum redimeret, ꝙ vna illa oblatione perfectum eſt, quæ quamuis peracta ſemel, ſemper viget nihil homins, adeoq; perpetua eſt, quoad efficaciam, atq; illius virtute quæ nunquã excidit æternum Chriſti ſacerdotium, quo miniſtros etiam ſuos fungi voluit, fulcitur. Quamobrem cũ Ioanne Chriſoſtomo vnã hanc eſſe dicimus hoſtiam cũ illa quæ in cruce peracta eſt, vnum ſacrificium & non aliud, niſi quod offerendi modus non eſt idem ibi facta eſt oblatio in mortẽ, hic fit in mortis recordationem, illa fuit imolatio ſanguinea, hæc verò eſt incruenta, ſic enim appellat̃, non modo à Gregorio Nazanſeno, Cyrillo, Euſebio verum etiã à patribus in ſacroſancto concilio Epheſino cõgregatis Quod ſi quid loquãtur vetuſti ſcriptores, miniſtri ſathanę morari ſe negant, minus morari nos debemus quid ipſi heri & nudius tertius quod aiũt nati blaterent. Neq; verò ſecus Auguſtinus ſenſit latinus quam Chriſoſtomus Grecus, Cuius hæc verba legimns ſæpe ita loquimur vt paſcha propinquante dicamus, craſtinam vel perendinam eſſe domini paſſionem cum ille ante tã multos annos paſſus eſt, nec omnino niſi ſemel illa paſſio facta ſit, nempe ipſo die domnico dicimus. Hodie dominus reſurexit, cum ex quo reſurexit tot anni tranſierint. Cur nemo tam ineptus eſt vt nos ita loquẽtes arguat eſſe mentitos? niſi quia iſtos dies ſecundum illorũ quibus hec

*Homi. 17 in Epiſtolam ad Hebreos.*

*1 in Libris Carminum. 10.*

*Epiſto. 23.*

gesta

geſta ſunt ſimilitudinē nūcupamus, Vt dicat̃ ipſe dies qui non eſt ipſe, ſed reuolutione temporis ſimilis eius, & dicat̃ illo die fieri proprer ſacramenti celebrationem, quod non illo die, ſed iam olim factū eſt. Nonne ſemel imolatus eſt Chriſtus in ſe ipſo? & tamen in ſacramento non ſolum per omnes paſche ſolemnitatis, ſed omni die populis imolat̃, Nec Vtiq; mentitur qui interogatus eum reſponderit imolari. Paſcaſius inquit. Iteratur autē hæc oblatio in conſpectu patris, interceſſione pro peccatis noſtris filij eius, ſummi ac Veri pōtificis, quotidie, licet Chriſtus ſemel paſſus in carne, per Vnam, eandemq; mortis paſſionem ſemel ſaluauerit mundū, ex qua morte idem reſurgens ad Vitam, iam non morit̃, mors illi Vltra nō dominabitur. Quia profecto ſapientia dei patris pro multis cauſis neceſſariū hoc prouidit Ex eo facile colligimus quale ſit hoc ſacrificiū de quo tractamus. Eſt enim idē cum eo quod in cruce peractū eſt, niſi quod non eodem modo fit in cruce cruento modo oblatus eſt dominus noſter IESVS Chriſtus, in altari incruento. Ibi paſſibilis & mortalis, hic in paſſibilis & immortalis, ibi Viſibilis, hic inuiſibilis, ibi in humana ſpecie, hic ſub ſpeciebus panis & Vini, ibi oblatus credētibus omnibus, remiſſionē peccatorū, & plenā redemptionem obtinuit, hic non Vt peccatorū remiſſionē, & animarum ſalutē, iā primū ex eo quod per ſacerdotē fit promereamur, ſed Vt pridem promeritā per Chriſtū in cruce pendentē per hoc ſacrificium quod paſſionē & mortē eius repręſentat, ac memoriā eius nobis refricat, fide & deuotione nobis aplicemus. Quā obrem ex terno hoc quod in Eccleſia celebratur ſacrificio

*De ſacrifitio Altaris Ca. 9*

non

non modo non obſcuratur illud quod in cruce peractum eſt, verũetiam illuſtrať magis. Neq; enim alio cõfugimus, quam ad vnicum illud, quo defunctus eſt pontifex noſter Chriſtus in cruce, quo corpus ſuũ tradidit in mortem, per

Roma. 5. quam nos qui inimici eramus deo patri ſuo reconciliauit,

Mathei. 26. quo ſanguinẽ ſuum fudit in remiſſionẽ peccatorum noſtrorum. Hic iterum obganniunt iſti, ſi credis te reconciliatũ, peccataq; tibi per ſacrificium in cruce peractum eſſe remiſſa, quid ergo denuo te reconciliari, peccataq; tibi remitti poſtulas, ac deum iratum fingis, quem credere potius oportuit, filij morte placatum? An illa tibi parum ſufficiens videtur oblatio: aut de promiſis Chriſti dubitas? Minime verò dubitamus, quin illud potius libenter cum Paulo confitemur, quod omnis homo mendax, Deus autem verax, atq;

Roman. 3 & Pſalmo. 115. adeo veritas ipſa, Neq; poteſt quicquam eſſe certius, quã quod ab illo dictum aut promiſſũ eſt. Cæterum qui dixit hoc eſt corpus meum quod pro vobis tradetur, nimirũ in redẽptionem veſtrã, idem dixit, ſi vis ad vitã ingredi ſerua

Mathei. 19. mandata. Quoniam veró: conſcij nobis ſumus, nos ea ſæpe tranſgreſſos eſſe à facie peccatorum noſtrorũ nó eſt nobis

Pſalmo. 37. pax, & à facie iræ eius ſpiritum timoris concipimus, & cũ

Eſaie. 26. propheta à iudicijs eius timentes, qui reddet vnicuiq; iuxta

Pſalmo. 118. opera ſua, etiam de verbo ocioſo rationẽ exacturus, illi re-

Pſalmo. 61. Mathei. 12. conciliari poſtulamus per Ieſum Chriſtum quẽ poſuit pro

Roman. 3. piciatorem pro peccatis noſtris per fidem i ſanguine eius, Quamobrem profuſi ſanguinis illius & corporis pro nobis traditi memoriã ſubinde renouamus, ac quam ille obtulit in cruce hoſtiam, eam patri ſiſtimus, ſupplices orantes, vt illius

illius contemplatione nobis placatus & propicius eſſe,ſu=
æq́ꝫ promiſsionis,ac fructus illius quem illa mundo attulit
vniuerſo,nos participes eſſe velit.Scilicet ignorabat Chri
ſtus remiſsionem omnium totius mundi peccatorum ſacri
ficium illud crucis allaturum? & tamen,etiam poſt obten
tam illā ſuæ mortis benefitio, cunctos orare docuit,dimit
te nobis debita noſtra.Quod quorſum attinebat petere ſe=
cundum iſtos? quandoquidem ſemel iam per ſacrificium
crucis remiſsio nobis eſt obtenta. Deinde vero ignorabat
Paulus per ſacrificium illud in ara crucis oblatum eſſe mū
dum Deo reconciliatum? & tamen clamat ad Corinthios
obſecramus pro Chriſto,reconciliamini Deo.An ille parū 2.Corinth. 5.
illi in cruce factæ reconciliationi fidebat? Immò vero fide=
bat plurimum,ſicut & nos omnem ſpem & fiduciam no=
ſtram,non alia in re quam in vnica illa oblatione colloca=
mus,per quam deo mundum Chriſtus reconciliauit.Cæte
rum intelligebat ille ſpiritu Dei plenus adferri aliquid à no
bis oportere quo fructum illius conſequi poſſemus. Quā=
obrem non ſunt audiēdi qui dicūt. Oblatus eſt ſemel Chri
ſtus ad exhaurienda peccata noſtra,& fuit illa oblatio ſuf=
ficiens pretium redemptionis noſtræ,non eſt igitur vlla in
Eccleſia deinceps oblatio,facienda. Nam ad eundem mo
dum argumentari licebit.Orauit pro nobis Chriſtus, & fu
it eius oratio ſufficiens, ad obtinenda omnia ad ſalutē no= Heb. 5.
bis neceſſaria,nam exauditus eſt pro ſua reuerentia, nihil
itaq́ꝫ neceſſe eſt nos orare.Tulit crucem Chriſtus pro no=
bis,nihil opus eſt vt nos crucem feramus. Quæ quam ſit
abſurda collectio,quis non intelligit? verum vt planum fi=

at omnibus,quid illi ſemel in cruce peracto, quid huic quo
tidiano ſacrificio tribuat Eccleſia,paucis de eo diſſeremus
Sic enim actipi rem volumus.In Chriſti latere, qđ in cru=
ce pro nobis apertum eſt,fontem eſſe aquæ vitalis ſalien=
Io. 4. tis in vitam æternam,ex hoc fonte quiſquis haurit, quiſqs
aqua illius abluitur,ab omnibus iniquitatibus ſuis mun=
datur.Per hunc enim fontem abluti,per hunc ſanctificati,
per hunc redempti,per hunc vitam æternam ſumus conſe=
quuti.Cæterum qui vult hoc fonte irrigari,& quæ ſalus ex
eo permanat ad omnes, eius particeps fieri, ad eum acce=
dat neceſſe eſt.Patet hic quidem fons omnibus,& eſt ita co
pioſus,vt ad abluendas ſordes omnium,ad ſalutem omni
bus conferendam abundè ſufficiat,Sed niſi actedas ad illũ
niſi haurias ex illo,nihil eſt quod alicui vſui fore tibi ſperes
Quam multi ſunt Turci,quam multi hæretici & infideles,
quam multi mali Chriſtiani,quos neq; abluit fons iſte, ne=
Heb. 2. q; ſalutem illis adfert.Atqui apertus eſt omuibus. Guſta=
1.Timothe. 2. uit enim Chriſtus mortem pro omnibus,dedit redemptio=
1.Timoth.4.. nem ſemetipſum pro omnibus,factus eſt ſaluator omniũ,
1.Ioannis, 2 factus eſt propiciatio pro peccatis noſtris,non pro noſtris
Tit. 1. autem tantum,ſed etiam pro totius mundi.Interea tamen
pereunt multi,non ſolum infideles,verumetiam mali fide=
les.qui confitentur quidem ſe noſſe Deum,ſed factis abne=
gant,vident menſam apparatam, vident delicatiſsimis e=
pulis iſtructã,vidẽt fontẽ aquę ſaliẽtis in vitã æternã,famæ
nihilominus & ſiti moriunt̃.Quã eius rei cauſã eſſe dicem9
quã aliã,niſi ꝙ non attingũt id quod vidẽt, non eo fruunt̃
Quãobrẽ cõfitemr̃,& qdẽ libẽter cũ eccleſia Dei cõfitemr̃,
quod

quod ſolus Chriſtus per illud in ara crucis oblatum ſacri=ficium Deo patri ſuo cumulate ſatisfecit, peccatorum no=ſtrorum remiſsionem, cum Deo patre reconciliationem, fi liorum eius adoptionem, regni cœleſtis hereditatem, nobis ſufficienter promeruit. Addimus & hoc, quod ad hæc om=nia denuo promerenda, nullis ſacramẽtis, nullis ſacrificijs, nullis operibus noſtris opus nobis eſt. quod hæc õnia, tra=dens ſemetipſum pro nobis hoſtiam & oblationem Deo in odorem ſuauitatis abũde nobis Chriſtus ꝑmeruit. Hęc eſt clara & aperta confeſsio noſtra. Dicet hic aliquis è ſa=thanæ miniſtris. Ergo tu ſententiam noſtram confirmas, neq; vlla eſt eius pro quo tantopere pugnas ſacrificij vtili tas. Abſit à nobis vt impiam, ſathanæ & miniſtrorum eius ſententiam confirmemus. Verum hoc dicimus, Nõ in hoc aut ſacramentis, aut hoc tremendo ſacrificio nos vti quod noui aliquid nos promereri per hunc vſum perſuaſum ha beamus. Verum vt quod pridem promeruit Chriſtus in ara crucis, id in nos ttansferre, & eius fructum nobis appli care poſsimus. Hanc ad rem opus eſt nobis operibus, o=pus eſt nobis ſacramentis, opus eſt nobis quotidiano ſacri ficio quod in Eccleſia celebratur. Quo magis autem intel=ligi poſsit quod dicimus, exemplo id illuſtrabimus. Eſt fõs in medio ciuitatis collocatus, omnibus expoſitus, à quo ne mo arcetur quin eo liberè vti poſsit, tam eſt autem copio=ſus & redundans, vt ad ſordes omnium abluendas, ad ſiti omnium ſedandam, ad reliquas neceſsitates omnes omni um explendas, abunde ſufficiat. Num ideo tu ſitim tuam expleuiſti, aut ſordes abluiſti, quod hic fons eſt in medio

omnibus expoſitus tam copioſus? Certe, niſi ad eum accеſſeris, niſi ex eo hauſeris, neq; ſordes ablueris, neq; ſiti ſedaueris, Neq; vllum ex eo fructum perceperis quã libet ſit copioſus & redundans. Proinde qui vult ex eo fonte fructum capere, non ſpectat illum ocioſus, ac illius tantũ copiam & abundantiam admiratur, verũ illud agit vt quod videt omnibus cõmonicatum, eius ad ſe quoq; partem aliquã deriuet, Fiſtulas admouet, ſiue tubos aut canales, per quas cõmunem aquam inſuum quoq; priuatũ & propriũ vſum transferat, Non diſſimilis eſt ratio fontis huius vitæ perhennis, qui in latere Chriſti in cruce pendentis apertus eſt. Eſt fons perennis, fons copioſus & redundans, qui ad abluenda totius mundi peccata, ad ſalutẽ omnibus mortalibus conferendã prorſus ſufficit. Sed ſi vis vſum aliquẽ huius fontis habere ſi vis fructum ex eo conſequi, neceſſe eſt vt ad Chriſti latus in cruce pendentis fiſtulã applices, & per eam qui ſolus peccata noſtra abluit, ſalutemq; nobis confert Chriſti ſanguinem ad te deriues atq; attrahas, vt per eum ablutus & ſanctificatus æternam beatitudinẽ adipiſci queas, non ipſius fiſtulæ ſiue canalis, verũ Chriſti ſanguinis te per canalem irrigantis virtute. Hic videre licet, quod omnia quecunq; ad ſalutem noſtram pertinent non niſi illi ſoli ſacrificio, in cruce peracto, nõ niſi fonti qui apertus eſt in Chriſti latere tribuuntur, verum fructum ex illo fonte capere non poſſumus, niſi qui fuſus eſt ex Chriſti latere, ſacroſanctus Chriſti ſanguis, eum per inſtrumenta, & quaſi canales quaſdam ad nos deriuemus. Eiuſmodi canalis eſt baptiſmus, eiuſmodi canalis eſt quotidianum

hoc

hoc ſacrificium quam vocamus miſſam per quā illius in cruce peracti ſacrificij, & fuſi pro nobis pręcioſi ſanguinis fructum in nos transferimus, nobis applicamus & appropriamus. Falſo itaq; nobis impingūt, ſathanæ miniſtri, qđ per quotidianum hoc ſacrificium, illud in cruce peractum obſcuretur cum illuſtretur magis. An non abſurdè facere cenſeretur, ſi quis baptiſare ſe volentem inſimularet, quod is per baptiſmum obſcurare velit redemptionis beneficiū in cruce nobis obtentæ? & redemptionem ſuam in aqua baptiſmi collocare potius, quam in Chriſti ſanguine quo ſolo redempti ſumus, cū baptiſmo nihil aliud agat̃ quam vt redemptionis in cruce nobis obtentæ particeps fieri qui baptiſatur, & eius fructum in ſe transferre queat. Atqui non minus abſurde faciunt qui nobis obijciunt quod per quotidianum iſtud ſacrificium, illud quod in ara crucis peractum eſt obſcuremus, & eius dignitati ac merito detrahamus, cum nihil aliud agatur, nihil aliud queratur à nobis in hoc quotidiano ſacrificio, quam vt quod Chriſtus nobis promeruit vnica illa oblatione in cruce facta, id in nos trāſferre & eo ad ſalutem noſtram vti queamus. Ceterum ne quis exiſtimet nos cordis noſtri viſiōes loqui, quæ fuerit patrum de hoc ſacrificio ſententia paucis adſcribendum eſſe putauimus. Ac primum quidem, quod ijs verbis hoc facite in meam commemorationem Chriſtus hoc in Eccleſia fieri ſacrificium pręceperit, teſtatur Ioannes Chryſoſtomus epiſtolam ad hebreos enarrans, quemadmodum antea cōmemorauimus. Ac vetuſtior etiam illo Cyprianus. Si Ieſus Chriſtus inquit, dominus & deus noſter ipſe eſt ſūmus

Homi.17, li.2. Epiſto.3.

ſacerdos dei patris & ſacrificium deo patri ipſe primũ obtulit,& hoc fieri in ſui commemorationem pręcepit, vtiq; ille ſacerdos vice Chriſti vere fungitur,qui id quod Chriſtus fecit imitatur,& ſacrificium verum ac plenum tũc offert in Eccleſia Deo patri,ſi ſic incipiat offerre, ſecundum quod ipſum Chriſtum videat obtuliſſe. Ac vtroq; vetuſtior Ireneus. Suis inquit diſcipulis dans conſilium primicias

*Li.4 Ca. 32.* Deo offerre ex ſuis creaturis,non quaſi indigenti,ſed vt ipſi nec infructuoſi nec ingrati ſint, eum qui ex creatura panis eſt actepit,& gratias egit dicens, hoc eſt meum corpus,& calicem ſimiliter qui eſt ex ea creatura quæ eſt ſecundum nos,ſuum ſanguinem confeſſus eſt,& noui teſtamenti nouam docuit oblationem,quam Eccleſia ab apoſtolis actipiens in vniuerſo mundo offert Deo,ei qui alimenta nobis bis pręſtat primicias ſuorum munerum in nouo teſtamento,de quo in duodecim prophetis Malachias ſic præſignificauit. Non eſt mihi voluntas in vobis dicit dominus omnipotens,& ſacrificium non actipiam de manibus veſtris, quoniam ab ortu ſolis vſq; ad occaſum nomen meum glorificatur inter gentes,& in omni loco incenſum offertur nomini meo & ſacrificium purum, quoniam magnum eſt nomen meum in gentibus,dicit dominus omnipotens, mani-

*Li. 1 demnuſtrationis Euangelice. Ca. 10.* feſtiſsime ſignificans per hæc quoniam prior quidem populus ceſſauit offerre Deo,omni autem loco ſacrificiũ offertur ei,& hoc purum,Euſebius quoq;, poſt omnia quaſi mirabilem quandam victimam ſacrificiumq; eximiũ patri ſuo operatus,pro noſtra omnium ſalute obtulit, eiuſq; rei memoriam vt nos ipſi Deo pro ſacrificio offerremus in

ſtituit

ſtituit. His autem omnibus poſterior Theophilactus, ma- *In caput 28. Matthei.*
nifeſtum eſſe ſcribit, quod Chriſtus tunc imolauerit ſe ipſũ
ex quo tradidit diſcipulis corpus ſuũ, Tunc enim functus
eſt ſacerdotio, ſecundum ordinem Melchiſedech. Teſtatur
hoc Hyeronimus dicens, poſt quã tipicum paſcha fuerat *In caput 27. Matthei.*
impletũ & agni carnes cum apoſtolis comederat, aſſumit
panem qui confortat cor hominis, & ad verum paſchę trãſ
greditur ſacramentum, vt quomodo in prefiguratione eius
Melchiſedech ſummi Dei ſacerdos, panem & vinum offe-
rens fecerat, ipſe quoq; veritatem ſui corporis & ſanguinis
repreſentaret. Teſtatur Auguſtinus cum ait. Tunc benedi- *Li.16. de ciuitate Dei Capite. 22.*
ctꝰ eſt à Melchiſedech, q erat ſacerdos Dei excelſi, de quo
in epiſtola quæ inſcribit ad Hebreos, multa & magna cõ-
ſcripta ſunt. Ibi quippe primũ apparuit ſacrificium, quod
nunc à Chriſtianis offertur Deo toto orbe terrarum, imple
turq; illud quod longe poſt hoc factum per prophetam di
citur ad Chriſtum, qui fuerat venturus in carnem. Tu es ſa
cerdos in œternum, ſecundum ordinem Melchiſedech, nõ
ſcilicet ſecundum ordinem Aaron, qui ordo fuerat auferen
dus, illuceſcentibus rebus, quæ illis vmbris prenotaban
tur. Complura ſunt autem Auguſtini loca, in quibus figu- *Li. 17. de ciuitat. Dei. ca. 17. & 20. Epi. 95 in pſal. 33. & 106.*
ram fuiſſe docet Melchiſedech ſacrificium, eius quod nunc
offertur in Eccleſia. Verum adducere ſingula longum fo-
ret, neq; neceſſarium, Vtroq; autem vetuſtior Euſebius, &
ſanè oraculi exitus admirabilis, ei qui contempletur, quem *Li 5. demon. Euange. ca. 3.*
ad modum ſaluator noſter Ieſus, qui eſt Chriſtus Dei, ipſi-
us Melchiſedech ritu, ea quę ad ſacerdotium in hominibus
gerendum ſpectant per ſuos miniſtros perficiat. Nam quẽ

admodum

admodum ille qui ſacerdos gentium erat, nuſquam videt̃
ſacrificijs corporalibus functus ſed vino ſolo & pane dum
ipſi Abrahã benedicit, ita ſanè primus ipſe ſaluator ac do-
minus noſter, deinde qui ab ipſo profecti ſunt ſacerdotes
in omnibus gentibus, ſpirituale ſecundum Eccleſiaſticas
ſanctiones ſacerdotij munus obeuntes, vino ac pane, & cor
poris illius, & ſalutaris ſanguinis myſteria repreſentat quæ
ſanè myſteria, Melchiſedech tãto ante, ſpiritu diuino co-
gnouerat, & rerum futurarũ imaginibus vſus fuerat, ſicut
etiam Moyſi ſcriptura teſtificat̃ vbi ait. Et Melchiſedech
Rex Salem protulit panem & vinum. Erat autem ſacer-
dos Dei altiſsimi, vide eundem libro octauo capite ſecun-
Li.2.cõtra here.Hereſi.55. do, Epiphanius, viſum eſt vt in veteri ſacerdotio, ſacerdota
lis dignitas ne conſtituatur, verum ad id quod ante Leui,
& ante Aaron fuit ſecundum ordinem Melchiſedech ſacer
li.4.Ca.14. dotium transferatur, quod ſanè nunc in Eccleſia viget à
Chriſto & hucuſq;. Ioannes Damaſcenus, Pane & vino ſu
ſcepit Melchiſedech Abraham ex cæde alienigenarum re-
uertentem, qui erat ſacerdos Dei altiſsimi, illa menſa, hanc
myſticam præfigurauit menſam, ſacerdos ille, Chriſti veri
ſacerdotis figuram præſeferebat, & imaginem. Tu es inqt
ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech.
Arnobius ante mille trecentos annos explicans illum locũ
Tu es ſacerdos in æternum ita de Chriſto loquitur. Hic q
per myſterium panis ac vini ſacerdos factus eſt in æternũ
ſecundum ordinem Melchiſedech, qui panem & vinum ſo
lus obtulit in ſacerdotibus, dum Abraham victor reuerte-
Li.5: de Trinita. ca. 12. retur de prelio. Ex recentioribus Rupertus. At vero Chri-
ſtus

ſtus rex Salem, ideſt pacis, rex inquã idemq; pontifex magnus illorum talium hominum diebus natus, sacerdotio ſuo functus eſt ſecundum ordinem Melchiſedech, protulit enim panem & vinum dicens, hoc eſt corpus meum hic eſt ſanguis meus. Et ſic obtulit ſemetipſum pro fideli Abraham verum ſacrificium. Ac ne iudeorum, quoq; teſtimonia deeſſe putentur. Ante quingentos annos ſcripſit Rabi Samuel ad Iſaac in hæc verba. Secundum quod Dauid dicit de eo Chriſtum intelligit, ipſe eſt ille cuius ſacerdotium in æternum erit ſecundũ ordinem Melchiſedech, qui fuit rex & ſacerdos Dei altiſsimi ante Aaron. Et attende domine mi, quanta ſit differentia inter ſacerdotium Aaron, & domini iuſti illius. Dixit dominus domino meo tu es ſacerdos in æternum. Sacrificiũ Aaron fuerunt carnes, & ſacrificium iſtius iuſti domini fuit panis & vinum, quod eſt ſecundum ordinem Melchiſedech. In quibus verbis deus per prophetã manifeſte oſtẽdit, quod ſacrificiũ finiretur quãdo inciperet iſtut ſacrificiũ in æternum, & ordinatio ſacrificandi ſecundum ordinem Aaron ex toto ceſſaret, quando inciperet ſacrificium in pane & vino æternaliter duraturum. Malachiæ quoq; locum quem adduximus de hoc ſacrificio interpretatur, pręter antiquiſsimum Ireneum Auguſtinus his verbis. Hæc quippe Eccleſia eſt Iſrael ſecundum ſpiritum à quo diſtinguitur ille Iſrael ſecundum carnem qui ſeruiebat in vmbris ſacrificiorum, quibus ſignificabatur ſingulare ſacrificium quod nunc offert Iſrael ſecundum ſpiritum, cui dictum atq; prędictum eſt. Audi populus meus, & loquar tibi Iſrael & te-

*Cap. 19.*

*Contra aduerſarium legis & prophetar Li. 1 Ca 20.*

ſtificabor tibi,& cætera quæ iam ſupra commemoraui.De huius enim domo,non actipit vitulos,neq; de gregibus eius hircos iſte imolat Deo ſacrificium laudis, non ſecundũ ordinem Aaron ſed ſecundum ordinem Melchiſedech.De eo enim dictum eſt.Iurauit dominus & non pœnitebit eũ, tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech.Nouerunt qui legunt quid protulerit Melchiſedech quando benedixit Abraham,& ſi iam ſunt participes eius vident tale ſacrificium nunc offerri Deo,toto orbe terrarũ. Dei autem iuratio, incredulorum eſt increpatio, & quod Deum non pœnitebit,ſignificatio eſt, quia hoc ſacerdotiũ non mutabit.Mutauit quippe ſacerdotium ſecundum ordinem Aaron.Vnde alius propheta dicit ad eum qui carnaliter eſt Iſrael.Non eſt mihi voluntas in vobis dicit dominus omnipotens,& hoſtiam non actipiam de manibus veſtris.Ecte q̃ eſt ſecundũ ordinẽ Aarõ. Cur autẽ hoc acti piat,addit & dicit,quia ab ortu ſolis ad occaſum glorificatum eſt nomen meum in gentibus,& in omni loco incenſũ offertur nomini meo,& hoſtia pura. Ecte quod eſt ſecundum ordinem Melchiſedech.Euſebius. Hæc õnia quæ ab inicio diuinitus prędicta ſunt in pręſenti tempore per Euãgelicam ſaluatoris noſtri doctrinam,ab omnibus gẽtibus celebrantur,propheticæ voci teſtimonium afferente veritate , per quam vocem Deus Moſaicis reiectis ſacrificijs quod ſuturum erat,noſtrum ipſorum inſtitutum nunciat dicens.Quoniam ab ortu ſolis vſq; ad occaſum nomen meum glorificatum eſt in gentibus,& in omni loco incenſum offertur nomini meo,& hoſtia munda. Sacrificamus igitur

*Li.1. demonſtratio.euan. capi.10.*

Deo

Deo altiſsimo ſacrificium laudis, ſacrificamus Deo plenũ, & odorem afferens, & ſacroſanctum ſacrificium, ſacrificamus nouo more ſecundum nouum teſtamentum hoſtiam mundam, Ac paulo poſt. Sacrificamus & incendimus alias quidem memoriam magni illius ſacrificij, ſecundum ea quæ ab ipſo tradita ſunt myſteria celebrantes, & gratias Deo pro ſalute noſtra agentes. Ioannes quoq; Chryſoſtomus hunc ipſum Malachiæ locum adferens, vides quam luculentum quamq; dilucide myſticam interpretatus eſt menſam quæ eſt incruenta hoſtia, ac paulo poſt, vides vt vbicumq; conceſſum eſt angelicum illud ſacrificium inclareſcere, vides nullis finibus circumſcriptũ, neq; altare neq; canticum, in omni loco thimiama offertur nomini meo. Eſt igitur hoſtia pura prima quidem myſtica menſa cœleſte ſummeq; venerandum ſacrificium. Remigius Aldiſiodorenſis Epiſcopus ante ſeptingentos prope annos locum hunc explicans. Mundam oblationem eſſe dixit ſacrificiũ, quod nunc frequentat Eccleſia. Rupertus ſimiliter eum locum enarrans. Et offerunt inquit nomini meo oblationem mundam, oblationem panis & vini, ſacramentum corporis & ſanguinis redemptoris ſui. Hæc oblatio ſic eſt munda vt exterius nullum habeat cruoris horrorem, & interius ſiue inuiſibiliter mundet cruentam omnis peccati polutione. Itaq; in gentibus talem oblationem offerentibus magnum eſt nomen meum, &c. Rabi Samuel ad Iſaac ſcribẽs ca. xx: Timeo domine mi quod Deus elongauit nos à ſe & ſacrificium noſtrum, ſed & acteptauit ſacrificium gentium ſicut ipſe dicit per os Malachiæ prophetæ. Non eſt mihi

*In Malachiã.*

voluntas in vobis dicit Deus neq; recipiã ſacrificium veſtrum. Quoniam ab ortu ſolis vſq; ad occaſum eius magnum eſt nomen meum in gentibus, quæ offerunt nomini meo ſacrificium mundum. Ergo apud Deum ſacrificium gentium eſt mundius quam ſacrificium noſtrum. Et inſup quia Deus priuauit nos omni ſacrificio, & mundo ſacrificio, vt alios doceret Chriſtianos, vt ipſi vitarent nos vt nõ contaminarentur, ſic nos vitauimus gentes omni tempore quo ſacrificium noſtrum fuit mundum apud Deum & acceptum. Sed quid opus eſt omnium ea de re ſententias adferre, cum veterum ſcriptorum plenæ ſint omnes paginę In ſacroſancto Niceno concilio ſimul & in Epheſino, quæ non minoris authoritatis habita ſunt quam ipſa Euangelia, fieri ſacrificij huius mentionem legimus. In illo enim hæc verba reperiuntur, Peruenit ad ſanctũ concilium, qđ in locis quibuſdam & ciuitatibus preſbyteris ſacramenta diaconi porrigant. Hoc neq; regula, neq; conſuetudo tradit, vt ij qui offerendi ſacrificij non habent poteſtatem, ijs qui offerunt corpus Chriſti porrigant. Ex Epheſino vero ſcribunt ad Neſtorium patres concilij annunciantes enim ſicut ſecundum carnem mortem vnigeniti filij Dei id eſt Ieſu Chriſti & reſurrectionem eius & in cœlos aſcenſionẽ pariter confitentes, incruentam celebramus in Eccleſijs ſacrificij ſeruitutem, ſic etiam ad myſticas benedictiones accedimus, & ſanctificamur, participes ſancti corporis & pręcioſi ſanguinis Chriſti, omnium noſtrum redemptoris, effecti. Fuerunt Auguſtini temporibus, qui non putarent externa Deo ſacrificia offerenda. Centum annis poſt fuerunt hę

retici

reticì qui ſacrificium hoc corporis & ſanguinis Chriſti, q̃d
in Eccleſia celebratur, ſoli patri imolandum exiſtimarent.
Quorum ſententiam ad Monimum ſcribens grauiter Ful- *Libro 2.*
gentius confutauit. Ante quadringentos vero annos, fue-
runt quẽadmodum antea meminimus, Henriciani, & Pe-
trobruſiani, qui & veritatem corporis & ſanguinis Chriſti
in Euchariſtia negarent, & miſſam nihil eſſe, nec celebrari
debere contenderent. Contra quos quæ ſcripta ſunt à Pe-
tro Abbate Cluniacenſi, viro & eruditiõe & vitæ ſanctimo
nia præſtanti, quoniam digna ſunt que legantur ab omni-
bus, viſum eſt paulò altius repetita inſerere, loquens enim
de ſacrificio in cruce peracto. Hoc eſt inquit noſtrum ſacri
ficium, hoc legis Euangelicæ, hoc noui teſtamenti, hoc noui
populi holocauſtum, quod tunc ſemel in cruce, à Dei & ho
minis filio Deo oblatum eſt, & quod ſemper in altari ab ip
ſius populo offerendum, ab eodem præceptum & inſtitu-
tum eſt. Non enim aliud tunc oblatum aliud nunc offert',
ſed quod vt dictum eſt ſemel Chriſtus obtulit, hoc ſemper
Eccleſiæ ſuæ offerendum reliquit. Et quia iam expeditior
via ſe præbuit per quam liberior ſermo ad oſtendẽdum &
confutandum ſtultiſsimum errorem decurrat. Audite, nõ
me ſed dominum, non chriſtianum ſed Chriſtum, non ho-
minem tantum ſed Deum, audite eum quem qui non audi
erit exterminabitur de populo ſuo. Dic domine Ieſu, Deus *De utero. 19*
noſter, ſaluator noſter, ſacerdos noſter, hoſtia noſtra, dic, re
ſponde aduerſarijs teſtamenti tui, qui volunt reſcidere q̃d
ſtatuiſti, eradicare quod plantaſti, deſtruere quod conſtitu
iſti. Dic, forſitan acquieſcent tibi, qui Eccleſiæ tuæ reſiſtunt

verebuntur faciem tuam, qui tuis irreuerenter obuiant, & ſi
Ioannis. 10. oues tuæ ſunt, vocem tuam audient. Ignoſce & mihi preſumptuoſe interroganti, ſed tamen pro Eccleſia tua, colūba tua, ſponſa tua, quam iſti violare conantur zelanti. Planè iſti redemptorem te negant, qui precium redemptionis humanæ quod nobis & pro nobis dediſti, corpus dico tuū redemptis auferre cōtendunt. Volunt rurſum vincere à te olim ſolutum nodum captiuitatis, dum largitorem reſpuunt libertatis. Dic ergo domino teſtator noui & æterni teſtamenti, vtrum teſtamētum hoc vnius diei ſicut iſti dicūt eſſe volueris, an potius æternum eſſe decreueris. Audiant iſti non me ſed te, vt cōuertant̃ non ad me, ſed ad te. Quid ergo? In cœna vltima quam cum diſcipulis tuis vetus paſcha nouo commutans cœlebraſti, accepiſti panem, gratias
Matthei. 26. egiſti, fregiſti, dediſti diſcipulis tuis. Sed quid dixiſti? Acci-
Lucæ. 22. pite hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur. Et q̃d addidiſti? hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem poſtquam cœnaſti dicens. Hic eſt ſanguis meus noui teſtamenti qui pro vobis & pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum. Audiſtis? Nolite fieri ſi-
pſal. 113.
Matthei. 17. mulachra quæ oculos habent & non vident, aures habent & non audiunt. Auditis hoc non à quolibet doctore, ſed ab illo de quo pater clamans præcipit, ipſum audite. Auditis eum dantem corpus, ſed quod corpus? Sunt enim corpora cœleſtia & terreſtria, & quicquid viſui, auditui, olfactui, guſtui, tactui hic ſubiacet corpus eſt, vnde ne quis putaret, animalis cuiuſlibet, aut hominis cuiuſlibet hoc eſſe corpus, ad excludendum omne aliud ſenſibile vel inſenſibile corpus

pus,poſtquam dixit actipite hoc eſt corpus,adiunxit meũ
Suum ergo non alterius corpus diſcipulis dedit. Rurſum,
cui cogitatio occulta ſubreperet. Potuiſſet creare in mani=
bus corpus quod ſuum quidem eſſet,ſed tamen quod ipſe
erat non eſſet,addidit,quod pro vobis tradetur. Ac ſi dice=
ret. Nolite dubitare,nolite hoc vel illud vobis fingere, no=
lite aliud,& aliud cogitare,quia hoc eſt corpus non alterũ
non alterius ſed meum,non permutatum vel nouiter crea
tum,ſed quod pro vobis tradetur, pro vobis crucifigetur,
pro vobis morieť. Sic & de calice. Hic eſt ait ſanguis. Nõ
bouis aut arietis,nõ agni aut cuiuſlibet hominis, ſed meus,
non alius vel noua creatione productus,ſed qui pro vobis
fundetur,flagellis prouocatus,clauis extortus, lancea ex=
cuſſus. Quid ad demonſtrandam veritatem corporis & ſã
guinis dñi dici potuit,clarius, lucidius,manifeſtius? Nõne
& longe ante paſsionem,commendans magnificum & ſa=
lutare ſacramentum diſcipulis & Iudeis ſæpe dicebat. Niſi Ioan. 6.
manducaueritis carnem filij hominis & biberitis eius ſan=
guinem,non habebitis vitam in vobis. Et panis quem ego
dabo caro mea eſt,Et caro mea verè eſt cibus, & ſanguis
meus verè eſt potus. Hoc quare? vt dum nomine corporis
circa diuerſa corpora cogitando vagaris,audito carnis no
mine,ab innumera corporũ multiplicitate reuoceris. Rur=
ſum audito nomine filij hominis,non alterius alicuius car
nem exiſtimes,niſi illius qui cum eſſet Dei filius, ſingulari
gratia,ſolitaria operatione factus eſt hõinis filius. Vndè qđ
tenaciſsimè recolendum, quia vnicè amplectendum eſt,
tantum tantæ miſericordiæ opus, tacito ſæpe nomine filij

Dei

Dei quod pro ſe eſt, nomen filij hominis frequentat, quod pro nobis eſt. Idcirco vocati carne, ne quodlibet et corpus putetur. Idcirco filij hominis, ne alterius quam ſua exiſtimetur, ac paginis aliquot interiectis, quibus trãſubſtantiationẽ probat, quod panis in carnem, vinum cõmutetur in ſãguinẽ, poſtquã de iugi quoq; ſacrificio, multa pręclara dixerat, de iteratione illius ijs verbis vtit᷑. Iam illud quod nõ modo ab incredulis opponitur, ſed & à fidelibus quæritur, cur hoc ſacrificium toties iteratur, cum Chriſtus ſemel in cruce oblat9 ad tolẽda totius mũdi peccata ſufficiat᷑ maxime cũ non hic aliud, et ibi aliud, ſed hic et ibi idẽ prorſus ſacrificiũ, hoc eſt idem Chriſtus offerat᷑, videndũ eſt. Si enim illud in cruce ſufficit, ſuperfluum hoc in altari videtur. Sed non eſt ſuperfluũ, quia certa decauſa, a dei filio qui ẽ iuxta

*1. Corinth. 1.* Apoſtolum dei ſapientia factum & traditum eſt, quæ ſapiẽtia quia ſũme ratiõabilis, imo totius rationis fons & perfectio eſt, nihil agere, nihil iubere irrationabiliter potuit. Vnde cum dixit, cum hoc ſacramentum ſuis tradidit, non abſq; certa ratione vt certum eſt fecit, quæ ſola omnibus ratio ſatiſfacit quicumq; Chriſtũ huius ſacramenti authorẽ deum & dei eſſe ſapientiam credunt. Placuit tamen largitori tanti muneris cauſam reddere, tantæ largitionis, quã cauſam dando ipſum ſacramentũ aperuit. Nam poſtquã dixit hoc facite, ſtatim addidit in meã cõmemorationem. Hæc eſt ergo cauſa ſacramenti cõmemoratio Chriſti. Nouerat ſaluator quid facturus erat propter hominẽ, nouerat ſingulare opus quod geſſerat induendo hominem, nouerat ſtupendũ quod geſturus erat moriendo propter hominem

hominem ſciebat hoc ſe opere ſaluaturum hominem, ſed abſque huius operis dilectione, nullum ſaluari poſſe hominē. Sciebat quia humanitatis & mortis ſuæ opus, ſicut ſuper omnia opera ſua ſum̄e celebratur, ſic mortalibus quibus fiebat ſum̄e erat cōmendandū. Cōmēdādā erat, vt pote cuius caro pro illis torquebat̄, cuius anima pro ipſis triſtabat̄ Cuiꝰ nouiſſime mors illorū vitę miniſtrabat̄. Hoc certè ſolemniter comendandum erat, vt Chriſtus diligeretur, dilectus haberetur, habitus nunquam perderetur. Sed hæc eius dilectio, ab hominibus ſeruari non poterat memoria pereunte. nec fugax memoria, diu retineri valebat, niſi ſigno congrue apparente. Ne igitur a corde fugeret qđ maxime cordi ineſſe oportebat, ſigno rei congruente veluti fune inſolubili, colligata eſt cordi memoria, qua fortiter vinciente, ſemper redemptus, redemptoris pręcium cogitaret, Indeq; redemptori agens gracias, fide quæ per dilectionem operatur, nequaquam ſe ingratū tantæ gracie demōſtraret, Et poſſet quidē mentibus humanis huius rei vtcūq; abſq; ſigno viſibili ineſſe memoria, ſicut multarum rerum tam diuinarum quam humanarum recordacio, fama, lectione, doctrina, in eis aut gignitur, aut cōſeruat̄, ſed quia iuxta quendam. Segnius irritant animos demiſſa per aurem. Quam quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus, & res tanta erat, vt ad eam cogitandam, amandam, amplectendam non ſegniter ſed inſigniter humani animi mouendi eſſent, dignū & iuſtum fuit, vt humanitatis & mortis Chriſti memoria non tantum auditu per aures, ſed etiam viſu per oculos iuuaret̄. Ea de cauſa ſignum hoc à Chriſto propoſitū eſt, qđ

ita ſignum eſt vt ſit tamen idem quod ſignat. Hoc autem cõtra veteris ſacrificij multiplicitatem, quæ in nullo erat idem quod ſignabat, propter hoc, quod illud ſacrificiũ erat & iſtud ſacrificium eſt, & illud Deo offerebatur & iſtud eidem deo offertur, Signabat verò (addo illud) hoc noſtrũ noſtri temporis ſacrificiũ, ſed nõ erat hoc quod iſtud, quia illud vmbra hoc corpus, illud figura hoc veritas, illud de cadaueribus & cruore animalium hoc de corpore & ſanguine filij Dei. Idcirco nõ erat idẽ quod ſignabat, ſed iſtud noſtri ſacrificij ſignum, nõ aliud ſed ipſum eſt quod ſignat Ita verò eſt idem quod ſignat, vt quantũ ad corpus, ideſt ad veritatem carnis & ſanguinis Chriſti pertinet ſit idem quod ſignat. Neq; enim ibi Chriſtus vt olim dolorem aut mortem patitur, cum tamen imolari dicatur. Dicitur autẽ imolari, cum licet inuiolabiliter in altari frangitur, diuidit͛ comeditur, cum ijs & quibuſdam alijs ſignis, inquantũ fieri poteſt, mors domini maximè repreſentatur. Vndè ſicut dixi, quantum ad veritatem corporis & ſanguinis Chriſti pertinet eſt idem quod ſignat, quam tamẽ maximè ſignat, maximè autem dixi, quia hoc apertiſsime Apoſtolus dicit

1. Corinth. 11. in verſu quem ſupra commemoraui. Quotieſcunq; ait mãducabitis panem hunc & calicem bibetis mortem domini anunciabitis. Quare hoc? Quare non ſimiliter o Apoſtole Dei dixiſti incarnationem domini natiuitatem domini, cicumciſionem domini, baptiſmum domini, vel quod magis videretur reſurectionem domini, aſcenſionem domini. Quare dixiſti mortem domini? quare illa quæ glorioſa videntur dimiſiſti, & quod erat ignominioſius elegiſti? vt inquit

quit oſtenderem in morte dñi ſingulariter cõſtare ſalutem mũdi vt oſtẽderẽ iſtud opus eius pręponderare omnibus operibus eius, vt oſtenderem tormento illo requiem, ignominia illa gloriam, morte illa mortuis redditam vitam. Ita plane & iuxta Apoſtolum quando manducatur panis domini, hoc eſt corpus domini, quando bibitur calix domini, id eſt ſanguis domini annunciatur, hoc eſt repreſentatur mors domini, quæ paſſa eſt in cruce, non alia, ſed eadẽ quę eſt preſens caro domini, qua fuſus eſt non alius, ſed idem qui ſumitur ſanguis domini. Quod cum ſit, ad hoc vtiq; ſit vt mens longè vehementius excitata corporis domini ſuſceptione quam poſſet excitari verbi domini admonitione, in amorem eius quem non tantum audit, ſed etiam videt & ſuſcipit inardeſcat, & videns verbum carnem factum vt habitaret in nobis, habitans etiam corporaliter & in ſe obliuiſci iam nullatenus poſſet, quem fide credit, amore amplectitur, manu contrectat, ore ſuſcipit, quem quondam pro ſe mortuum, ipſa ſuſceptione recollens, & morte illa vitam ſibi paratam agnoſcens, à mortis operibus abſtineat, & ſic eidem Chriſto domino ſuo immortaliter iam viuenti in ſempiternum conuiuat. Hoc igitur Eccleſiæ ſacramentum, quoniam ſic aſsidua ſui repreſentatione, memoriam innouat, fidem auget, ſpem roborat, charitatem confirmat, non ſuperfluum, ſed valdè neceſſarium eſt. Ea propter vt dictum eſt, dominus hoc in ſui commemorationẽ fieri iuſsit, ea de cauſa, mortem domini iſto ſacramento denunciari Apoſtolꝰ docuit, vt Chriſti et mortis eius memoria auelli de cordibus humanis, nulla mundi inquietudine Ioā. 1

nulla temporum prolixitate Valeret. Quæ memoria amo=
rem excitans,de animi receſsibus mala omnia effugaret,
Virtutibus Vniuerſa repleret,ſicq; quotidie per hoc ſacramẽ
tum innouans redemptionem,quotidianam penitentibus
peccatorum gigneret remiſsionem.Soluit quidem & ple=
nè tollit peccata mũdi,agnus dei in cruce immolatus, nec
tamen idcirco Vt dixi ſuperfluus eſt in altari oblatus.Et Vt
in te ipſo,à te ipſo hoc diſcas, aduerte quicumq; hæc legis,
teq; ipſum interoga,Quando magis mouearis (ſi tamẽ qđ
profiteris firmiter credis) Vtrũ quando dicitur,Chriſtus o=
lim inter homines apparuit,an quando dicit᷑ Chriſtus nũc
inter homines conuerſatur? quando dicitur,olim in cruce
pependit,an quando dicitur, nunc in altari offertur? Vtrũ
inquã te magis moueat,& ad admirãdũ,& amandũ acten
dat,eius prędicata abſentia,an demõſtrata præſentia?Sed
ſcio,quia non diffiteris quod verũ eſt,magis humana cor=
da moueri pręſentibus quã abſentibus rebus,mouetur igit᷑
magis ad præſentẽ quam ad abſentẽ,mouet᷑ magis ad Vi=
ſum,quã ad auditũ Chriſtum,mouet᷑ ad admirandũ, mo=
uetur ad amandũ,quo amore amanti generat᷑ remiſſio pec
*Lucæ.* 7. catorũ.Cui quantus erga Chriſtũ amor eſt,tanta eſt & in=
*1 Petri.* 4. dulgẽtia,ipſo domĩo atteſtãte, qui de peccatrice Maria ſic
ait.Dimiſſa ſunt ei peccata multa quoniam dilexit multũ
Et cũ recte ſcriptum ſit,Charitas operit multitudinẽ pec=
catorum.Quantam multitudinem peccatorũ operit cha=
ritas in Chriſto,ſi tantum operit charitas in proximo? Nõ
eſt ergo Vt dictum eſt ſuperfluum Chriſti corporis & ſan=
guinis ſacramentum,quo Viuatior memoria excitatur quo

feruen

feruentior dilectio prouocatur,quo plenior peccatorũ re=
miſsio comparatur.Non eſt ſuperfluum,quia non tantum
perit quod deus eſt,ſed etiã perit quod homo eſt,nobiſcũ
eſt vſq; ad conſumationem ſeculi,Non eſt ſuper fluũ ,quia
qui per corpus ſuum redemit nos,per idem corpus ſuũ re=
fficit nos,vt redempti per corpus eius, & reffecti corpore
eius nutriamur & paſcamur humanitate eius,donec ſacie=
mur deitate & gloria eius,Hactenus Petrus Cluniacenſis,
Quid autem dici potuit magis pie, magis religioſe, magis
etiam diſertæ, vel ad rationem huius ſacramenti & ſa=
crificij explica ndam,vel ad inmenſum illud redemptionis
noſtrę beneficium illuſtrandũ, vel ad mentes hominum
amore tã benefici redẽptoris inflamãdas, quam quod ab
hoc venerabili patre ſpiritu dei pleno dictum eſt? ex cuius
nos libello propterea tam multa deſcribenda,atq; huic lo=
co inſeréda curauimus,vt quæ fuerit Eccleſiæ fides de hoc
ſacramento ante quadringentos annos,planum omnibus
fieret,Simul intelligi poſſet,quam impudens cõmentũ ſit
eorum,qui quadringentis ijs & amplius annis extinctam
Euangelij lucem in Eccleſia Dei Chriſtiq; beneficia õnia
obſcurata eſſe,literarum monumentis prodere veriti non
ſunt.Cum ſi vnquam antea,illo tempore vel maxime,cla=
ra aperta,teſtataq; fuerint omnibus, quemadmodũ ex eo=
rum ſcriptis videre licet,qui vixerunt illo ſeculo,quod fer=
rax doctiſſimorũ hominum fuiſſe conſtat.Nam intra cen=
tum annorũ ſpaciũ tulit ætas,illa viros inſignes Anſelmũ
& Lanfrancum Canthuarienſes Archiepiſcopos,Gruimũ
dum Epiſcopum Auerſanum, Algerum pręſbiterũ,& Pe=

trum Abbatem in monaſterio Cluniacenſi, Bernardũ Clareualenſem, Thugonẽ de ſctõ Victore Petrũ lõbardũ & alios nõnullos non doctrina magis, quam vitæ ſanctitate claros & illuſtres. At qui horum omniũ, & cum ea quæ præceſſit quæ fuit ab ipſis Apoſtolis & eorum ſucceſſoribus, & cum ea que ſequuta eſt Eccleſia, vſq; ad hæc noſtra tempora, cum de rebus alijs omnibus, tum de iugi hoc ſacrificio mirus concentus, & incredibilis quædam eſt conſenſio. Nã quod Arnobio, Cypriano Auguſtino, Fulgentio in Aphrica, idem viſum fuit Ireneo, Remigio aldiſiodorenſi, & Petro Cluniacenſi in Gallia, idem patribus in ſacroſanctis: Niceno & Epheſino concilijs ex toto orbe Chriſtiano cõgregatis, idem Ambroſio in Italia, Chryſoſtomo in Tracia Teophilacto in Meſia, Hieronymo & Ioanni Damaſceno in Syria, Cyrillo in Aegipto, Euſebio in Paleſtina, Lantfrãco in Anglia, Epiphanio in Cypro, Amalario & Ruperto Tuicienſi in Germania, Adalberto Gneznẽ: Archiepiſcopo, & Staniſlao Cracouienſi Epiſcopo, qui noſtræ gentis Apoſtoli fuerunt in Polonia, qui Euangelium ſanguine ſuo ſignatum nobis reliquerunt, Quod ergo iſti omnes & qui eos vſq; ad hæc noſtra tempora ſequuti ſunt vnanimiter ſenſerunt, prædicauerunt, literis etiam conſignauerunt, atq; ad nos tranſmiſerũt, viciſim à nobis ad poſteros noſtros tranſmittendum, iſti inquam omnes, in tam diuerſis orbis regionibus cõmorati, tãto & locorũ & ſeculorũ interuallo diſiuncti quod nos tanto conſenſu docuerunt, non hominum hanc magis quam Dei per os Eccleſiæ ſuæ loquentis, doctrinam exiſtimare debemus. Quo minus ferendus ẽ

1. Regnũ. 17. 1. Timoth. 3.

inflatus

inflatus ille ſenſu carnis ſuæ, qui nihil morari ſe ſcribit, quid tanto conſenſu loquant̃ vetuſti ſcriptores, ſcilicet tu ille es incirumciſus Philiſteus qui exprobrare audes aciei Dei viuentis? qui Eccleſiam vniuerſam, quę columna eſt & firmamentum veritatis, erroris arguere, qui grauiſsimum etiam Idololatriæ crimen illi impingere non vereris. Sed qua alia ratione agnoſci poſſet illius miniſter qui dixit. In cœlũ conſcendam, ſuper aſtra Dei exaltabo ſolium meum aſcẽdam ſuper altitudinem nubium, & ero ſimilis altiſsimo. Qui poſtea ad infernum detractus eſt in profundum laci. Niſi quod impius hic nõ vult eſſe ſimilis altiſsimo, ſed vult eſſe ſupra altiſsimum. Altiſsimus enim promiſit ſe miſſurũ ſpiritum ſuũ qui doceret Eccleſiam ſuam & cum ea maneret in æternum & iſte neſcio quis ſathaniſta, audet altiſsimum arguere mendacij, dum tot ſæculis Eccleſiam ſpiritu Dei deſtitutam, ac in idololatria verſatam eſſe impudenter aſſerit. Percurre Eccleſiam totius orbis vniuerſam, Italiam, Hiſpaniam, Galliam, Germaniam, Poloniam, Vngariam, Bohemiam, inſulas in mari oceano, Angliam, Scotiã, Hiberniam, Suetiã, Noruegiam, deinde quæ ſunt mediterranei maris, Siciliam, Cretã, Cyprum, Rhodum, Sardiniã Corſicam, Adde Grecos, Ruthenos, Moſchos, tametſi iã ſchiſmaticos, adde quotqđ in Syria & Armenia Chriſti nomen profitentur, adde poſtremo numeroſiſſimos Indie populos, toto prope modũ orbe à nobis diſiũctos, in omnibus ijs regnis & prouintijs prętérquam ſi qui alicubi, ſe viginti ijs annis à Chriſto & ab eius corpore ſegregauerunt, iuge hoc ſacrificiũ corporis & ſanguinis Chriſti, & nũc ſacerdo- Eſaiæ.14.

cerdotes celebrare,& ex quo tẽpore om̃es iſti populi Chri
ſtum cognouerunt,nunq̃ꝫ celebrare intermiſſe reperies,qđ
à Chriſto vt diximus inſtitutũ ab eius Apoſtolis,per longã
ſacerdotum & Epiſcoporum ſucceſſionem, per manus tra
ditum,& obſeruatũ in Eccesia fuit ad hæc vſq̃ꝫ tẽpora,&
non prius intermittetur,quam finis mũdi aduenerit, Et hu
ic totius orbis Chriſtiani conſenſui,vnius alicuius hominis
fanatici,nihil ſibi nõ arrogãtis,omnia ſanctis patribus detra
hentis,omnem omniũ conciliorũ authoritatem eleuantis
ſenſũ ãteponendũ? O Chriſte qui es via noſtra, veritas nr̃a
vita noſtra priꝰ fortunas nr̃as om̃es,prius vitã noſtrã,priꝰ
õnia quæ ſũt in hoc ſeculo mortalibus chariſſima nobis eri
pe,quã in hanc nos mentẽ impelli paciaris,Nullum eſt tã-
tum diſcrimen,quod non alacriter ſubire,nulla tanta diffi-
cultas,quã non conſtanter perferre,nullũ tantum certamẽ
cui non intrepide nos prius offerre ſumus,& eſſe parati de-
bemus,etiam ſi eundem illum guſtare nos calicem opor-
teat,quem tu pro nobis amariſſimum bibere dignatus es,
te vires ſuppeditante non modo non fugiendũ nobis, ve-
rum etiam expetendũ eſſe putamus,prius quã id faciamus
quod nos impij iſti facere iubent,vt te redemptorem nege
mus,vt redemptionis noſtre præcium ſacro ſancti corporis
& ſanguinis tui,iuge ſacrificium, per ſathanã & miniſtros
eius auferri nobis paciamur. Verum quod ſæpe monui-
mus,nihil eſt hoc virulento,ſerpente callidius. Nam verbo
quidem ille redemptionis noſtræ pręcium auferre ſe negat,
quin illud potius prędicari velle ſimulat, cũ tamen re ipſa,
nihil agat aliud, neqꝫ alia in re curas ſuas & cogitationes
conſu-

conſumat omnes,quam vt omnem tanti beneficij memo=
riam,ſempiterna quadam obliuione prorſus obruat.Con=
tendere quidem primum illud modo videtur, vt ne ſit ex= *Hebre.* 9.
ternum vllum ſacrificium,ſcriptū eſt enim vna oblatione
conſumauit in æternum ſanctificatos. Verum poſteaquā
hoc obtinuerit,ſerpet e ueſtigio longius,ſimul & prædicati
onem externam abolendam eſſe docebit,Scriptū eſt enim *Hebreo.* 8. *Hiere.* 31.
in eadem Epiſtola,& ex propheta citatum, Non docebit
vnusquisq; proximum ſuū,& vnusquisq; fratrem ſuum,
dicens, cognoſce dominum,quoniā omnes ſcient me, à mi=
nore vſq; ad maiorem. Sed fanatici tibi videntur, qui per
hunc ſcripturæ locum externum verbi miniſterium abole=
re conantur? atqui eadem hoc authoritate qua tu faci=
unt,& æque tu fanaticus videri debes, qui per ea quę &
in hoc & in proxime inſequenti capite ſcripta ſunt,& ſacer
dotium, & ſacrificium externū abrogare niteris,vnde occa
ſionem iſti ſumpſerunt,idem de externa quā vos in Eccle
ſia ſolam eſſe vultis prędicatione ſentiendi. Qui magis au=
tem vobis veſtro,quam illis quos merito fanaticos vocatis
ſuo iudicio ſcripturas interprætari licebit? Eſtis autē vtriq;
fanatici,qui vos à Chriſto & ab eius corpore Eccleſia ſegre
gaſtis,atq; ideo tanta errorum caligine oppreſſi eſtis. Verū
eſt enim,quod vt diceres dum fanaticos iſtos inſectaris,ip=
ſa abſte inuito veritas extorſit,ſanè intelligētiæ lucē Eccle=
ſiæ promitti,ac rectè ad m ones, peculiariter id notandum Li I *contra*
eſſe.Non eſt enim extra illam ſanæ inteligentiæ ſcripturarū *aduerſariū le*
lux,cui promiſſus & miſſus eſt ſpiritus ſanctus, à qua cum *gis & Proph*
vltro ipſe te pręcideris,mirandum non eſt ſi ſanæ inteligen *etarū* Ca.18.

 tiæ

tiæ lux à te receſſit. Scit ſathanas quemadmodũ ab Augu
ſtino quoq; ſcriptum legimus, externũ ſacrificium deo de-
beri, atq; hoc vno ſigno diuinam ſeruitutẽ ab humanis ob
ſequijs diſcernit. Nam obſequia cætera, quæ diuinitati de-
bentur, auſi ſunt ſibi etiã ſuperbiæ faſtu homines arrogare,
rariſſimi autem commemorantur, qui ſibi vt ſacrifica-
retur cũ regia poteſtate poſſent auſi fuerint imperare, qui-
cumq; tamen auſi ſunt per hoc ſe deos haberi voluerunt.
Quamobrẽ, vt ne quod eſſet diſcrimen inter diuinã Maie-
ſtatem, & inter mundi principes, vt nullus peculiaris illi
cultus tribueretur, hoc ſummo ſtudio contendit & elabo-
rat, vt externum tollat ſacrificiũ quo nulla vnquã ætas ab
orbe condito caruit, etiamſi nunc apud plures, nunc apud
pauciores vſus eius fuerit, quo ſic tandem dicat impius, di
cat inſipiens in corde ſuo non eſt Deus. Hic eſt ſcopus ad
quem tendit ſathanas, cuius ſi nouam hanc doctrinam de
externo ſacrificio abrogando, quod pro ſua miſericordia ꝓ
cul Deus auertere dignabitur, mundus exaudiat, faciet, qđ
nunquam fecerat, & more captiuati illius populi, ſedebit
Oſeæ. 3. abſq; lege, abſq; rege, abſq; ſacerdotio, abſq; Ephoth &
Theraphin, cumq; Deo ſacrificare ceſſauerit, & ipſe Dei eſ-
ſe ceſſabit. Erit ijs temporibus gratiæ, quod nunquam fuit,
nec tempore iræ, vt Chriſtianis Deo ſacrificare ceſſantibus
cultus qui ſemper in mundo fuerat, omnino de mundo pe-
reat, & qui Deum ritu ſuo colens, Deo ſubditus eſſe proba
tur, cultum eius abijciens abſq; aliquo Deo prorſus eſſe vi
deatur. Cum itaq; detectæ iam ſint ſathanæ fraudes, cum
quorſum tendat ſerpens hic aſtutus planum & manifeſtũ
factum

factum ſit, neq; enim aliud illi propoſitum eſt externo ſa-
crificio abolendo, quàm vt redemptorem, vt redemptiōis
noſtræ præcium auferat, deniq; vt nos ſine Deo eſſe faciat,
viriliter illius conatibus reſiſtamus, ac quantò magis ille
cultum hunc Deo debitum, & ab ipſo Deo inſtitutum op-
pugnare fuerit adortus, tantò nos eum maiore pietate fre-
quentemus, tantò crebrius iuge ſacrificium hoc per quod
reconciliationem in cruce factam, & peccatorum noſtro-
rum remiſsionem ibidem nobis obtentam, in nos transfer-
re conamur, in Eccleſia celebremus, neq; moueat quemq̃
quod non ea lingua peragatur, quæ ab omnibus intelligi
poſsit. Iam enim antea ſatis docuiſſe videmur, nō in eo quā
tum intelligamus, ſed in eo quam pie deum colamus ſalu-
tem noſtrā poſitam eſſe. An exiſtimandū eſt, intellexiſe pu
eros Hebreorum quid agerent, cum in templo clamarent Mat .21.
O ſanna filio Dauid Atqui à deo non fuit hæc eorū quālibet
imperitorum pietas ingrata Chriſto, adeo nō aſpernatus
eſt non intelligentium laudē, vt cū principes ſecerdotū &
ſcribæ indignati dixiſſent, audis quid iſti dicunt? nō obſcu
re tulerit ſe laude eorum delectari, ac iā pridē à Propheta Pſalmō. 8.
fuiſſe prædictum admonuerit. Ex ore infantium & lacten
tium perfeciſti laudē. Qui vel ſolus ſcripturæ locus docere
nos poteſt, nō qđ ab eorū ſupercilio proficiſcit' q ſibi nihil
nō arrogant, ſed infantiū & lactentiū laudē gratā eſſe deo.
Iam verò, quotuſquiſq; fuit in populo Iſra el qui quid ſibi
vellent ritus, ceremoniæ, ſacrificia veteris legis, perſpectū Ioannis. 8.
habere? Certe pręter ſacerdotes ſcribas & phariſeos vix
milleſimus quiſq; quid ea ſibi vellēt aſſequabat', vt nō te-

mere dictum fuerit à phariſeis. Turba hæc quę nō nouit legem maledicti ſunt. Et tamen ex hac turba quæ legē ignorare viſa eſt, non ex ſapientibus ſecundum carnem, elegit Chriſtus, per quos Euangelij ſui luce mundū illuſtraret, Cum interea qui de verbo dei, de ſcripturarum, de legis peritia tantopere gloriabantur & ſibi ſolis earum inteligentiā arrogabant, ſibi cum ſua arogātia relicti filij gehennæ facti ſint, non ſciſcitabant curioſè qui fuerant è turba, quid in ſacrificijs iſtis fieret, illud ſcire cōtenti erant venturū aliquādo mediatorem, per quē ſalutem ipſis conſequi liceret, illū expectabant, illum coli, & adumbrari ſacrificijs iſtis perſuaſum habebant. In cæteris omnibus maiorum ſuorū hoc eſt eorum ex quorū ore, legem requirere iuſſi fuerant, fidē ſequebantur, in qua non pauciores proculdubio ex imperita multitudine & ſimplici plebecula quā ex illis qui diuinę legis præ cæteris eſſe periti videbant ſalui facti ſunt. Nō alia ratio exiſtimanda eſt eorū qui Chriſtum ſequuti ſunt, etiam ſi non omnia vulgus intelligat quæ geruntur in hoc altaris ſacrificio, ſaltem nouerit IESVM Chriſtum & hūc crucifixum, atq; illud ſacrificiū quo ſemetipſum in cruce Chriſtus obtulit hoſtiā Deo in odorem ſuauitatis, in altari repræſentari intelligat, tā facile ac facilius etiam in hac ſua ſimplici fide ſaluari poterit, quā qui anxie diſputant, vtrū ea iuſtitia qua Chriſtus ipſe iuſtus eſt, an ea quam nobiſcū cōmunicat, & ſuo modo noſtrā facit nobis eam imputans, an quę eſt Eccleſiæ ſana doctrina, ea quę Chriſti merito nobis cōmunicata, nobis inheret, iuſti efficiamur. Quāobrē rectè populum inſtitutum fuiſſe videmus à maioribus

*Malachiæ 2.*

noſtris

noſtris,cum Euchariſtiam ſacerdos eleuat, quod eſt ſacri=
ficij ſignum,nam & in lege quecumq; ſacrificabantur, ele=
uari conſueuiſſe docemur ex Leuitico,Vt in genua procidē *Leuitci* 23.
tes,Chriſtum in Euchariſtia preſentē adorēt, ſimul in me=
moriam redeant illius ſacrificij quo ille in crucē ſublatus
ſe pro nobis hoſtiam obtulit Deo. Recogitent etiam ſecū,
quam acerbos cruciatus,quā ignominioſam mortē ſuſti=
nuit,quodq; ijs illius tam grauibus ſuplicijs,non niſi pecca
ta noſtra cauſam dederūt. Quare iuſtū de cōmiſſis illis do
lorem cōcipiant,atq; modis omnibus ea ſibi odio eſſe ſeq;
vel maximè ea deteſtari declarent, & pectorum tunſio=
nibus & quibuſcumq; rebus alijs externis. Quoniā Verò
tam pręcioſa morte ſua,pro peccatis noſtris omnibus Chri
ſtus plenè ſatisfecit,nulla Vt eſſe poſſint flagitia tanta,quæ *Hebreo.* 4.
per illam abolita non ſint concepta inde fiducia,ad ea aut
ad thronū gratiæ dei,& cū noſtra merita non habeamus
quæ alegare poſſimus, allegent Chriſti merita,hoc ipſum
corpus quod pro nobis in cruce pependit,hunc ipſum ſan
guinem qui fuſus eſt in remiſſionem peccatorum noſtrorū,
deo patri ſiſtentes,ac ſuplices illum precent' qui protector
noſter eſt,Vt auertat faciem ſuā à peccatis ſuis,& reſpiciat
in faciem Chriſti ſui filij ſui Vnigeniti,qui cum eſſet ſpecio= *Pſal.* 86.
ſus forma prę filijs hominū,factus eſt noſtra cauſa deſpe= *Pſal.* 44.
ctus,& nouiſſimus Virorum,Vir dolorum & ſciens infirmi= *Eſaiæ* 53.
tatem,& quaſi abſconditus Vultus eius & deſpectus ipſe
languores noſtros tulit,ipſe dolores noſtros portauit, ipſe
Vulneratus eſt propter iniquitates noſtras,attritus eſt pro
pter ſcelera noſtra,ipſe oblatus eſt quia ipſe Voluit, & non
aperuit

aperuit os ſuum, ſicut ouis ad occiſionẽ duct⁹ eſt, & quaſi agnus coram todente ſe obmutuit. In huius itaq; faciem reſpiciat, huius merito peccata remittat atq; concedat vt quẽ fructũ crucis illud ſacrificiũ qđ in altari repreſentat toti mundo attulit, eum in ſe transferre queant. Sic à maioribus noſtris vulgus fuit inſtitutum, quod ſi nihil præterea de hoc ſacrificio intelligeret, vel hoc ſolum intellexiſſe ſatis illi foret ad ſalutem. Quoniam tamen hoc iſtorum tẽporum ratio poſtulat, dabitur à nobis opera, vt è ſuperiore loco doceatur populus, de omnibus ijs quæ ad miſſæ ſacrificium pertinere videbuntur. De quo cóſcripti ſunt ſermones aliquod viri cóprimis docti & pij, veriq; catholici Michaelis Epiſcopi Meſzargenſis, quos interim omnibus cómendatus eſſe, atq; manibus omnium teri cuperemus, qđ pro eo vt hæc tempora poſtulabant, nemo diligentius eſt omnia quæ ad hoc argumẽti genus pertinẽt perſequutus. Neq; tamen exiſtimet aliquis temere ac ſine cauſa factum eſſe, quod vna & ſola latina lingua in occidentali Eccleſia ſacra peragunt, in qua ſicut vna eſt fides, ita viſũ eſt æquũ vt vna eſſet quaſi catholica lingua cómunis omnium gentiũ & nationum, qua res diuina fieret, per quã vnitas etiam fidei retineretur. Non eſt in orbe Chriſtiano gens vlla, in qua non multos reperire liceat, ex ijs præſertim qui ſunt liberalius ęducati, qui linguã latinam ſi minus exacte, vtcũq; tamen calleant. Ac ſi qua gens alia, noſtra precipuę permultos habet eius linguæ non omnino rudes. Cum etiam colonos & agricolas reperire liceat, in Eccleſia laudes deo decantãtes, ac verba latina vtcũq; ſonãtes, eaq; pręſertim

quæ

quæ cantãtur in miſſæ ſacrificio intelligentes. Quam pul-
chrum autem & decorum eſt, cum peregrinus venerit ali-
quis ſi ea lingua ſacra peragi audiat, cuius & ipſe rudis nõ
ſit, cum ea quaſi propria ſit gentis Chriſtianæ, ſi vnanimes
vno ore, vna etiam lingua glorificantes omnes deũ & pa- Roma. 15.
trem domimi noſtri IESV Chriſti, ſi eoſdem ritus, eaſdem
ceremonias obſeruãtes videat, vt vel ea res documẽto eſſe
queat, totius quæ eſt in orbe Chriſtiano multitudinis credẽ
tium eſſe cor vnum & animã vnam, cum longè diuerſum Actuum. 4.
cernere liceat apud eos qui ab Eccleſia diſceſſerunt, apud
quos ſicut fides inſtabilis eſt neq; vna, ſic ritus quoq; & ce-
remoniæ, quæ cum doctrina ſimul quotannis variantur.
Neq; tamen ſuis locis & temporibus etiam in templis ver
nacula lingua cantari prohibuit Eccleſia. Iam ante ea cõ
memorauimus, quẽ admodũ etiam vulgaribus cantilenis
quam maximè voluerit inculcatã nobis Chriſti beneficia
ſitiens noſtræ ſalutis mater Eccleſia, quod in feſtis Chriſti
natalicijs, feſtis etiã paſche, & penthecoſtes dudũ recepto
more fieri videmꝰ vt hac quaſi nouitate mẽtes hominũ ma
gis etiã excitentur ad ſpiritualem leticiã, & cuius beneficij
fit in Eccleſia cõmemoratio, eius memoria tenacius eorũ
animis infigatur. Ceterum illud ferendũ non eſt, priuatus
vt aliquis, cui nulla mandata eſt authoritas, quin decet eũ
potius, ei qui poteſtatem hanc à deo conceſſã habet in om-
nibus dicto eſſe audientem, is hoc ſibi ſumat, aliquid vt in
Eccleſia ſuo iudicio mutare, aut ritus nouos, nouas etiã cãti
lenas inducere, licere ſibi putet. Cum ne ipſis quidem Epiſ-
copis eius rei plena poteſtas conceſſa ſit, Vel Oſeæ Regis 2 Regum 6.

exēplum deterrere profanos debet, nequid eiusmodi ſibi arrogent,longum autem foret omnia perſequi quæ ad miſſæ ſacrificium explicandum pertinere videntur, neq; eſt hoc pręſentis inſtituti. Quamobrem hic finem faciemus. Quoniam verò,querunt hoc tempore multi,num dei verbum è ſuperiore loco prędicantem, an ſacris operantem ſacerdotem audire pręſtet,viciſsimi ab illis recte queri poteſt,ſcire ne pręſtet an facere voluntatem domini, non au/
Roma. 2. ditores dicit Paulus,ſed factores legis iuſtificabuntur. Ser
Lucæ 12. uus qui cognouit voluntatem domini ſui dicit Chriſtus, & non fecit ſecundũ volũtatẽ eius,vapulabit plagis multis,qui autẽ non cognouit & fecit digna plagis,vapulabit paucis.Porrò cum ſacerdotem audis,è ſuperiore loco ſcripturas enarrantem,fit vt intelligas quę ſit voluntas domini,vt autem facias id ab eo preſtari non poteſt, qui prędicat,ſed neq; tu quicquam potes viribus tuis ſolius, opus ē eius auxilio à quo tanquam à fonte quodam perhenni manat quicquid eſt rerum bonarum.Nam neq; qui plantat,ē aliquid,neq; qui rigat,ſed qui incremẽtum dat Deus. Hoc eſt quod ille dixit ſapiens,vt ſciui,quoniam aliter non poſſem eſſe continens niſi Deus det,& hoc ipſum erat ſumma ſapientia, ſcire cuius eſſet hoc donum, adĳ dominũ & deprecatus ſum illum.Huius exemplum diuinitus inſpirata ſequi nos docuit Eccleſia,ſimul ut cognouiſſemus è ſuperiore loco voluntatem domini,ſtatim vt adiremus ad dominum ac deprecare illum quo tempore illius in cruce factæ oblationis fit repreſentatio vt eam explendi facultatem nobis concederet,cum Auguſtino dicentes. Da qđ

iubes

iubes,& iube quod vis.Da non noſtro merito, ſed eius qui corpus ſuum pro nobis tradere,qui ſanginem ſuũ pro nobis fundere dignatus eſt. Cuius rei nunc repręſentatio fit in altari.Huius meritis concede nobis,vt iuxta voluntatẽ tuam,quam è ſacerdote verbum tuum ãnunciante cognouimus,vitam noſtram inſtituere, & quem fructum acerba mors tua toti mũdo attulit eius participes eſſe queamus, ſic olim factitatum eſt in Eccleſia Dei,non vt hoc infælici ſeculo noſtro,quo ſimul vt audita eſt concio,ſtatim proruunt omnes è templo,quaſi vel ſufficiat noſſe voluntatem Dei,neq; facere ſit neceſſe,vel ſi neceſſe ſit facere,quaſi ipſe ex ſe ſatis viciũ habeat homo ad faciendum, nec opem diuinam implorare oporteat. Ante mille & centum annos in Agathenſi concilio fuit ſancitum vt miſſas die Domini co ſeculares audirent, & ante benedictionem ſacerdotis egredi populus ne pręſumeret.Quod ſi feciſſent,ab Epiſcopo publicæ confunderentur Quod ipſum etiam in Aurelianenſi cõcilio tertio paulopoſt fuit repetitum. Ac fuerunt illo tẽpore, & auditores & factores legis plurimi. Nunc auditores multos, factores raros admodum videre licet, quod ad eum non confugitur qui ſolus faciendi quod audimus vires ſupeditat. Verum de ĳs ſatis.·.

Li. 10 Confeſſionũ Ca.39 & .31.

Canone 47.

Cano. 28.

## DE EFFECTV SACRAMENTI EVCHARISTIAE Cap. XLI.

CVm eſu ligni vetiti primus parẽs noſter prolapſus eſſet in mortem quam vnà cum peccato propagauit ad vniuerſum genus humanũ, ſe

ipſum Chriſtus in nouiſſima cæna cibum fidelibus inſtitu=
it,per quem in vitam reſurgere, & illam ammiſſam recu
perare liceret,vt quemadmodum per vetitum cibum leta
liter ſumus ſaciati ita per hunc nobis pręceptum ſana=
remur vt vnde vulnus eſt ortum, inde medicina prodiret,
Geneſis 3. vnde ſubrepſit mors,inde vita veniret.De illius cibi guſtu
Ioannis 6. dicitur.Quacumq; die comederitis morte moriemini,con=
tra verò de hoc,ſi quis cõederit ex hoc pane viuet in ęternũ.
Hoc ergò primum nobis pręſtat hoc ſacramentum vt vi=
uamus. Vita porró duplex eſt. Eſt enim vita gratiæ quæ
nobis re ipſa conferetur Euchariſtiam ſumentibus,eſt vita
gloriæ,quam ſpe quidem conſequemur,manducantes cor
pus & ſanguinem Domini,re ipſa verò non prius adipiſce=
mur,quam coruptibile hoc induerit incorruptionẽ,& mor
1 Corin. 15. tale hoc induerit immortalitatem. De vita gratiæ dicit
Chriſtus,qui manducat me,viuit propter me. De vita glo
riæ.Qui manducat meam carnem & bibit meũ ſanguinem
habet vitam æternam. Tanta eſt igitur huius cibi vis, vt ſi
quis eum digne manducauerit, nõ ſpirituali modo coniũc=
tione, verumetiam naturali quadã & ea arctiſſima Chri
ſto copulet' particeps effectus verè viuificatricis, quæ ver=
bi propria,facta eſt carnis,& pręcioſi ſãguinis Chriſti quæ
ſumpta faciunt,vt & Chriſtus in nobis ſit & nos in Chri=
ſto non animum tantum reformante,ſed carnem etiam no
ſtram ad vitam,in corruptionem,& ĩmortalitatẽ pręparã
Li 8. De Trinitate. te.Sicut & ab Hilario,& à Cyrillo ante mille ducẽtos an=
Li. 10. in Ioã nos traditum legimus.Hæc ergo prior eſt vita, quam qui
C4.13. vita noſtra eſt Chriſtus,qui præſens adeſt in hoc ſacramẽ=

to,ſub

ſub alia quidem forma, ſed in propria tamē ſubſtantia, no-
bis confert, cum corpus illius & ſanguinem digne ſumpſeri-
mus vt iā viuamus ꝓpter Chriſtū, hoc ē vt mortui peccatis 1 Petri. 2
viuamus deinceps iuſticiæ, quæ Chriſtus eſt vt cum Paulo
dicere poſſit vnuſquiſq; noſtrum. Michi quidem viuere Philipi 1.
Chriſtus eſt, mori autem lucrum, viuo autem iam non ego,
viuit verò in me Chriſtus Hanc vitam poſteaquam conſe
quuti fuerimus per Dei gratiam, illius enim donum eſt, fie Galatas 2.
ri non poteſt, quin qui viuit in nobis Chriſtus, cuius ſpiritu
agimur, poſteaquam bonum certamen in hoc ſęculo certa
uerimus, curſum conſumauerimus, fidem ſeruauerimus, 2 Timo. 4.
concedat nobis coronæ loco vitam gloriæ vtq; ipſi tanquā
ei qui natura eſt filius Dei, regni cæleſtis hæręditas debet,
eam nos ex huius vitæ diuerſorio migrantes per adoptio-
nis gratiam conſequamur. Atq; hic primus eſt effectus hu-
ius ſacramenti. Quoniam verò cum illud ſumimus Chri
ſti paſſionis & mortis recordari iuſſi ſumus, fit vt quem il-
la toti mundo fructum attulit, eius per ſumptionē Eucha-
riſtiæ participes efficiamur. Fuſus enim eſt de Chriſti la-
tere in cruce pendentis ſanguis in remiſſionem peccatorū
noſtrorū Hanc nobis confert iſtuti⁹ ſacramentum. Quā- Ioannis 109
obrem enarrans illum locum Ioannes Chriſoſtomus. Et Homi. 84.
continuo exiuit ſanguis & aqua. Sciunt inquit hoc iniciati
per aquam enim regenerati ſanguine & carne nutriti, hinc
myſteria ortum habuerunt, vt quoties ad admirandum
calicem actedis, tanquam ab ipſo latere hauriēs actedas.
Neq; tamen, quod de remiſſione peccatorum diximus, id
ita actipi velimus, quaſi eundem effectū Euchariſtiæ quę

 baptiſmi

baptiſmi & pænitentiæ ſacramento tribuamus. Remittun=
tur quidem in eo peccata, ſed venialia tantum. Cum enim
in hoc ſacramẽto, inſignis illa Chriſti charitas ante oculos
noſtros ſubijciatur qua adductus ſemetipſum redẽptionẽ
1 Petri 4. dedit pro nobis, ſit vt viciſſim erga illum charitate inflam
memur, quæ operit multitudinem peccatorum. Charitas
autem cum peccato mortali conſiſteri non poteſt. Quam=
obrem prius id expiatum oportet per pænitẽtiæ ſacramen
tum, quam ad menſam hanc terribilem actedatur, ad quã
ſi quis venerit criminis alicuius capitalis reus, non vitam
1 Corin. 11. ſed mortem habebit æternã. Reus erit vt dicit Apoſtolus
corporis & ſanguinis Domini. Quare monet ille vt probet
ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat, qui
enim manducat & bibit indigne, iudcium ſibi manducat &
bibit, non dijudicans corpus Domini, Verũ hac de re, co=
pioſius in proxime inſequenti capite diſſeremus. Tertius
effectus huius ſacramenti eſt, quod ſumentes verũ & viuũ
Chriſti corpus efficimur & ipſi corpus Chriſti myſticum,
1 Corin. 12. De quo dicit Paulus. Vos eſtis corpus Chriſti, & membra
1 Corin. 10. de membro, Ac ſignificãtius alio loco, viuus panis & viuũ
corpus multi ſumus qui de uno pane participamus. Hu=
ius rei quędã iudicia ſunt ſpecies illæ ſub quibus latet hoc
ſacramentũ, ſicut & ab Auguſtino, & ãte eum à Cypriano
ſcriptũ legimus. Nam Dominus noſter corpus, & ſangui=
nem ſuum in ijs rebus comendauit, quæ ad vnum aliquid
rediguntur. Nam panis ex multis granis in vnum conſtat,
& vinum ex multis racemis in vnũ confluit, vt vel ex hoc
quid ſignificet hoc ſacramentum admoneri poſſimus. Si=
gnificat

gnificat enim quod & nos ad eundem modum cum ſimus multi, vnum tamen corpus ſumus in Chriſto, ſinguli autẽ alter alterius membra. Neq; verò ſignificat magis quam efficit hoc ipſum. Hæc eſt enim huius ſacramenti virtus & efficatia. Si digne ſumptum à nobis fuerit, vt vnum cum capite noſtro Chriſto, vnũ etiam ipſi inter nos efficiamur. Quod enim ex hoc mundo migraturus patrem ſuum cęleſtem pręcatus eſt Chriſtus, vt quos dederat ſibi eos ſeruaret vt omnes vnũ eſſent ſicut pater in ipſo & ipſe in patre vt & ipſi in vtroq; vnum eſſent hoc perficitur in hoc ſacramẽto. Vnum enim efficimur cum Deo patre, cui voluntate adheremus, vnum cum Chriſto, cui tanquam vnius corporis membra capiti connectimur. Ipſum enim dedit Deus caput ſup omnẽ Eccleſiã quę ẽ corpus ipſius, vnũ etiã ipſi inter nos cũ ſimus mẽbra multa, quę corp⁹ vnũ efficiũt cui⁹ caput eſt Chriſtus. Ad hoc aũt Chriſti corpus, nõ ij modo ptinent qui ſunt in hac vita ſuperſtites, verum & pij omnes qui cœleſtibus iam gaudijs perfruuntur, & ij ſimul qui fœlicitatem quidem eandem expectant, ſed quoniam purgationis indigent, abditis adhuc receptaculis continentur. Ex quibus niſi purgatis illis egredi regniq; cœleſtis quo nihil coinquinatum introibit potiri non licet. Quæ cauſa eſt qđ cum tremendum illud corporis & ſanguinis Chriſti ſacrificium peragit̃, quo facilius obtineri poſsit quod illius immolationis merito quæ in cruce facta eſt concedi nobis petimus, corpus hoc vniuerſum ſimul quaſi cõgregat̃ adeſt enim in eo caput huius corporis Chriſtus, pręter quã ſoli Deo offerre fas non eſt. Quod propterea tantopere cupit

*Romano 12.*

*Ioannis 7.*

*Epheſios 1*

abrogatum ſathanas, vt ne ſit aliquod diſcrimen inter deũ & homines quo ſine Deo nos eſſe faciat. Neq; verò ſolus Auguſtinus, verum & ante eum Cyprianus, cómemorationis huius ſanctorum quæ fit ad altare per ſacerdotem mentionem facit, vt longè vetuſtiſſimum morem hunc fuiſſe facile cui uis conijcere liceat. Quemadmodum & illũ quo ceterorum quoq; qui in Christo defuncti ſunt fit memoria, de quo & ipſo ijs verbis meminit Auguſtinus. Neq; enim piorum animæ mortuorum ſeparantur ab Eccleſia, quæ etiam nunc eſt regnum Chriſti, alioqui nec ad altare Dei fieret eorum memoria in communione corporis Chriſti. Et alio loco, cum protuliſſet illud ex Machabeorum libris, de oblato pro mortuis ſacrificio, ſed & ſi inquit nuſquã in ſcripturis veteribus omnino legeretur, non parua eſt vniuerſæ Eccleſiæ, quæ in hac conſuetudine claret authoritas, vbi in precibus ſacerdotis, quæ domino Deo ad eius altare funduntur, locũ ſuũ habet etiam commendatio mortuorum. Chriſoſtomus verò apoſtolicum hoc eſſe inſtitutum aſſerit dicens, Non fruſtra ab Apoſtolis ſancitum eſt, vt in celebratione venerandorum myſteriorum, memoria fiat eorum qui hinc diſceſſerunt. Nouerunt illis multum hinc emolumenti fieri, multũ vtilitatis. Stãte ſiquidem vniuerſo populo manus in cœlos extendente, cœtu item ſacerdotali, verendoq; poſito ſacrificio, quomodo Deum non placaremus pro iſtis orantes? Verum iſtud quidem de illis dicimus qui in fide abſceſſerunt. Eadem repetit in Homilijs ad populum Antiochenum ſcriptis. Sed & ante illũ idem proditum eſt memoriæ per Dioniſium Areopagitam qui & ipſe

*Li.3.Epiſt.6. & li.4.Epi.5*

*Li.20.de ciuitate Dei ca.9*

*In li. de cura pro mor. geren.cap.5.*

*2.Machab.12*

*In Epiſtolam ad Philemo. homilia.3.*

*Homili.69.*

& ipſe commemorationem defunctorum in miſſæ ſacrifi=cio apoſtolicam vult eſſe traditionem. Ioannes verò Da=maſcenus vtroq; poſterior, librum etiam ſcripſit de ijs qui in fide hinc migrarunt, quod ſacris operationibus & viuo=rum orationibus multum iuuentur. Quem Ioannes Oeco lampadius cum adhuc eſſet catholicus in latinam linguã tranſtulit. In eo illud ipſum quod Chriſoſtomus, atteſtat̃ ijs verbis. Diui autem Apoſtoli diſcipuli ſaluatoris, qui to=tum mundi circulum viuum cœpere prędicando verbũ, quod ſuis oculis viderant, in tremendis vitalibusq; ſacra=mentis, memoriam eorum, qui fideliter obdormierunt ha=bendam edixerunt. Extat miſſa Baſilij, extat & Chriſoſto=mi. In vtraq; ſanctiſsimæ & intemeratæ ſuper omnes bene=dictæ dominatricis noſtræ Dei genitricis & ſemper virgi=nis Mariæ, ſancti Ioannis precurſoris & baptiſtæ, ſancti e=tiam cuius dies celebratur, et omnium ſanctorum, ſimul et dormientium in ſpe reſurrectionis vitę æternę fit memoria. Hactenus de ſacramenti huius effectu.

Eccleſiaſ. Hierar. Capit. 7.

## QVEMADMODVM AFFECTOS AD hoc ſacramentum accedere oporteat. Caput. XLII.

QVALITER autem affectum eſſe oporte=at qui digne mãducare corpus, & bibere vult Chriſti ſanguinem, indicat Paulus cum dicit, Probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indigne, iudiciũ ſibi manducat, & bibit. Quod ſi in veteri lege vbi figura tã

1. Corinthi. 11

tum

tum fuit,non permittebatur accedere ad altare, qui macu-
lā haberet,quāto minus illud licere debet in hoc ſacramēto
in quo verum corpus & verus eſt Chriſti ſanguis. Quam-
obrem ſuā quiſq; conſcientiam diligenter examinet, prius-
quam ad hanc menſam accedat,ne quod bonum eſt male
*Tract. 26. in Ioannem.* malus accipiat.Hoc eſt quod fideles admonet Auguſtinus
Videte inquit fratres,panem cæleſtem ſpiritualiter mandu
cate, innocentiam ad altare apportate, peccata & ſi ſunt
quotidiana,vel non ſint mortifera,antequā ad altare acce
datis,attendite,quod dicitis.Dimitte nobis debita noſtra
ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.Si dimittis di-
mittetur tibi,ſecurus accede.Panis eſt non venenum.ſed vi-
de ſi dimittis. Nam ſi non dimittis mentiris, & ei mentiris
quē nō fallis.Mētiri Deo potes,deū fallere nō potes.Nouit
ille qd agas, intus te videt,intus te examinat intus iſpicit,in
*Ep. 118. Ca. 3* tus iudicat,intus aut dānat,aut coronat.Et alio loco.Indig
ne dicit eum accipere,ſi eo tēpore accipiat quo debet agere
pænitentiam. In ſumma quiſquis ad ſalutem vult accipe-
re corpus & ſanguinem Chriſti hoc imprimis eum conten
dere,& elaborare oportet,vt ſit membrum Chriſti,hoc eſt
vt per fidem & charitatem Chriſto adhereat. Neſcitis di-
*1. Cor. 6.* cit Paulus quoniam corpora veſtra membra ſunt Chriſti.
Tollens ergo mēbra Chriſti faciam mēbra mereticis? abſit
An neſcitis quoniam qui adheret meretrici vnū corpus ef-
ficitur.Erunt enim inquit duo in carne vna,qui autem ad-
heret domino vnus ſpiritus ē.Ex hoc Pauli loco diſcimus,
eius quemq; mēbrū eſſe,cui adheret.Qui adheret Chriſto,
membrum eſt Chriſti,qui adhæret meretrici,membrum eſt
meretrici

meretricis,qui adheret ſathanę,membrũ eſt ſathanæ.Quã=
obrem niſi quis hoc egerit vt ſit membrum Chriſti,nihil ẽ
quod communicet corpori & ſanguini Chriſti. Quæ enim 2 Corntio 6.
participatio iuſticiæ cum iniquitate? aut quæ ſocietas luci
ad tenebras? quæ autem conuentio Chriſti ad Belial? Nõ
eſt autem Chriſti membrum,qui plus diligit creaturam,&
ei magis adheret quam creatori redemptoriq; ſuo Chriſto
Non eſt membrum Chriſti qui fratrem ad Chriſti corpus
pertinentem odio habet,non eſt membrum Chriſti, qui ſe=
gregat ſemetipſum à corpore Chriſti.Deniq; quicumq; cri
minis alicuius capitalis reus eſt,non eſt membrum Chriſti
Quamobrem ſi quis eius rei ſibi conſcius eſt,non prius ad
ſumendum viuum & verum Chriſti corpus actedat, quã
corporis eius myſtici mẽbrum fuerit,atq; vndè auulſus eſt
peccatis ſuis.Chriſti corpori ſe rurſus inſeri curauerit. Qđ
ita demum futurum eſt ſi & cum Deo,& cum proximo q
eiuſdem corporis membrũ eſt reconciliari ſtuduerit, &
offenſam ipſe remittens,& remitti ſibi viciſſim poſtulans
Nam cum omni immũdicia,atq; õni crimine vacare opor
teat ad menſã hanc actesſurũ,nihil tamen æque illi aduer=
ſatur,atq; diuiſio, atq; voluntatis alienatio,atq; ira,odium,
æmulatio. Recte enim vocatˀ hoc ab Auguſtino ſacramẽ= *Homi. 26. in Ioannem*
tum pietatis,ſignũ vnitatis, vinculũ charitatis, recte idem
admonet,quod qui actepit myſterium vnitatis,& non ſer
uat vinculum pacis, nõ myſterium actipit pro ſe ſed teſti
monium contra ſe. Anunciatur in hoc ſacramento Chriſti *1 Corinti 11.*
mors dicit Paulus.Porro Chriſtus mortuus eſt vt morte
ſua,nos Deo patri ſuo cæleſti reconciliaret,vt reconciliatos

Vnum cum illo, vnum ſecum, vnum nos ipſos inter nos fa-
ceret. Quiſquis igitur hanc vnitatem rumpit, & vel à Chri-
ſto ſe letaliter peccãdo ſæparauit, vel ab eius corpore quæ
eſt Eccleſia, ſuo plus quam illius iudicio tribuendo, ſe-
gregauit vel à quocunq; eiuſdem corporis membro per o-
Hebreo. 6. dium & maleuolentiam ſe diuiſit, quid aliud quam rurſus
crucifigit ſibimetipſi filium Dei, & oſtentui habet? dum ea-
dem illa deſignat propter quæ Chriſtus crucifigi & mori
dignatus eſt, quē peccata noſtra de cœlo detraxerunt, ac
tam acerbis illius cruciatibus cauſam dederunt. Atq; ita
fit, vt non ad vitam, ſed ad mortem ſumat vitam. Reus e-
nim efficitur corporis & ſanguinis domini. Quapropter,
quiſquis vel Deum vel proximum ſe offendiſſe ſibi conſci
us eſt, non prius ad hanc menſam actedat, quam reconci-
Pſalmo. 68. liatus fuerit, ne illud ei eueniat quod à Propheta dictum ē.
Fiat menſa eorum coram ipſis in laqueum, & in retributi-
onem, & in ſcandalum. Quoniam verò reconciliatio eiuſ-
modi fit per pœnitentiæ ſacramentum, de eo nobis dicen-
dum deinceps reſtat.

## DE SACRAMENTO POENITENTIAE. Caput. XLIII.

PER lauacrum regenerationis, nouã quã-
dam vitam ingredimur. Nam in eo vetus
homo noſter crucifigitur, neq; viuit iam in
nobis, niſi is q̃ propter nos & propter no-
ſtram ſalutē homo fieri dignatus eſt, Deus & dominus no
ſter Ieſus Chriſtus, quem baptiſati induimus. Ingredimur

autem

autem in hanc vitam, non vt ocio vacemus & delicijs, ſed vt contra mundũ, carnẽ, & diabolum in acie ſemper ſtemus, ad quos hoſtes noſtros ſuperandos datur nobis in ſacramento confirmationis adiutor ſanctꝰ ſpiritus, cuius virtute facilius impetum eorum propulſare poſsimus. Datur etiam ad ſuſtentandos nos in Euchariſtia, nõ quiuis cibus, ſed precioſi corporis, & ſanguinis domini noſtri Ieſu Chriſti. Fit nihilominus, quod in prelijs vſu venire ſolet, vt ſæpe grauiter ab hoſtibus noſtris ſauciati, corruamus, & quam per lauacrum regenerationis adepti vitam fueramus, eam morte cõmutemus. Sed ne ſic quidẽ oblitus eſt miſericor- *2. Corinthi. 1.*
diæ ſuæ pater ille miſericordiarũ, & Deus totius conſolationis. Ipſe em̃ eſt qui alleuat omnes qui corruũt, & erigit om- *Pſal. 144.*
nes eliſos. Cuius tanta eſt benignitas & clementia, omnẽ vt humanã affectionẽ lõgo interuallo ſuperet. Magna eſt mr̃is erga puerũ ſuũ infantẽ benignitas, ſed hãc ſuperat patris noſtri cœleſtis bonitas. Quod hæc ipſius per prophetã *Eſaiæ. 29.*
loquentis verba teſtantur. Nunquid obliuiſci inquit poterit mulier infantem ſuum, vt non reminiſcatur filij vteri ſui Etſi illa oblita fuerit. Ego tamen inq̃t, non obliuiſcar tui.
Non vult ille benignus & miſericors, patiens & multæ mi *Ioelis. 2.*
ſericordiæ, & præſtabilis ſuper malicia, quemquam de venia lapſum deſperare, ſed huic quoq; rei remedium inſtituit, pœnitentiæ ſacramentũ, per quod lapſo reſurgere liceret Quamobrem, ſicut baptiſmus intrantium, confirmatio pugnantium, Euchariſtia vires reſumentium, ſic hoc reſurgentium ſacramentum eſſe dicitur. Cuius virtute ſit, vt cũ corrueremus eleuemur, vt ſi in iſta colluctatione quæ nobis ẽ

Epheſum.6. aduerſus principatus & poteſtates tenebrarum harũ, nos
proſterni contigerit, non propterea ſtatim animum abijce
re, verũ ad hoc pœnitentiæ remediũ confugere nos opor=
teat, per quod erigi proſtrati, ac vires ad pugnandũ recupe
Matth. 9. rare poſſimus. Nam qui non venit vocare iuſtos, ſed pec=
Ezechi. 18. catores ad pœnitentiam, non vult mortẽ impij, ſed magis
vt conuertatur & viuat. Sic enim per prophetam loquit͛.
Nunquid voluntatis meæ eſt mors impij, & non vt conuer
tatur à vijs ſuis & viuat? Ac paulo poſt. Conuertimini &
agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus veſtris, & nõ
erit vobis in ruinam iniquitas. Proijcite à vobis omnes pre=
uaricatiões veſtras, in quibus preuaricati eſtis, & facite vo=
bis cor nouum & ſpiritum nouum. Et quare moriemini do
mus Iſrael? quia nolo mortem morientis dicit dominus de
us, reuertimini & viuete. Adeò ipſe nos inuitat pius & mi=
ſericors pater, vt reuertamur potius & viuamus, quam vt
in peccata prolapſi, de illius benignitate deſperemus. Pro=
nior eſt ad miſerendum, quam nos ad miſericordiam ab eo
Eſa. 55. petendam. Simulut dereliquerit impius viam ſuam, ac vir
iniquus cogitationes ſuas, ac ad dominũ conuerſus fuerit,
obuijs quod aiunt manibus eum ad ſe reuertentem excipit
Eſtq́ maius gaudium in cælo ſuper vno peccatore pœnitẽ
tiam agente quam ſuper nonaginta nouem iuſtis.

## DE MATERIA ET FORMA HVIVS Sacramenti. Caput. XLIIII.

NE q́ vero dubitandum eſt quin hoc ipſum pę
nitentiæ ſacramentum ab ipſo Chriſto fuerit
inſtitutum

inſtitutum, cuius hæc clariſsima verba ſunt ad Petrum. Da Matthei 16.
bo tibi claues regni cœlorũ, & quodcumq; ligaueris ſuper Matthei 18.
terram erit ligatũ in cœlis, tum et ad reliquos Apoſtolos
Amen dico vobis quecumq; alligaueritis ſuper terrã, erunt
ligata & in cœlo, & quæcumq; ſolueritis ſuper terram, erũt
ſoluta & in cœlo, Ac poſt reſurrectionem ad eoſdem. Acci Ioannis 20.
pite ſpiritum ſanctum, quorũ remiſeritis peccata, remittẽ-
tur eis, & quorum retinueritis retenta ſunt. Quibus verbis
& materiam & fotmam huius ſacramenti, ſatis expreſſiſſe
videtur. Eſt autem duplex materia propinqua, & remota,
ſicut ſtatuæ propinqua materia eſt metallum, remota ve-
rò aqua, ſic & in ſacramẽto, remota materia ſunt peccata,
non quatenus amplectenda, ſed quatenus deteſtanda, ac
quam longiſſime propulſanda ſint, quorum fit à Chriſto
mentio. Proxima autem materia, ſunt actus ipſius pœ-
nitentis. Cum enim aliquis iuſto dolore concepto de pecca
tis admiſsis, firmo etiam propoſito, nõ modo cauendi dein
ceps, verumetiam ſatisfaciẽdi pro illis, ea ſacerdoti confe-
ſſus fuerit, hæc ipſa confeſsio ad hunc modum facta, ſignũ
eſt viſibile ſacræ rei, hoc eſt inuiſibilis gratiæ, qua ſic confe-
ſſo peccata remittuntur. Et quidem efficax ſignum. Nam
ſimul ut ad confeſsionem huiuſmodi verbum acceſerit à ſa-
cerdote prolatum. Ego te abſoluo, ſtatim peccata omnia
contrito & confeſſo remittuntur. Eſt autem in huius, & ali
orum ſacrametorum materia non nullum diſcrimẽ. Nam
in aliis ſubſtantiæ quedam exteriores. materie locum obti-
nẽt, ſicut in baptiſmo aqua, in confirmatione Chriſma, in
Euchariſtia panis & vinum, in extrema vnctione, & in or-

dine vnguentum olei, in hoc ipſa hominis actio materiæ
loco eſt, quodq; fieri videmꝰ in medicinis quibus corpꝰ cu
ratur, idem etiam vſu venit in ſacramentis, quæ medicinæ
quędam ſunt animarũ. Sicut enim quędam ſunt medicinæ
quæ in ſola illius qui curatur paſsione conſiſtunt, cuius ge=
neris eſt ſectio vulneris, quedam verò in actione, cuiusmo=
di ẽ exercitatio corporis. Sic in ſacramentis cernere licet
alia, quæ conſiſtũt in eius paſsione qui ſanctificat᷑, & non
actione niſi per accidens, vt illa quinq; quorum antea me
minimus. Alia verò in actionis qui ſanctificat᷑, cuiusmodi
ſunt hæc pœnitentiæ, matrimonijq; ſacramentum. Quam=
obrem actus iſti materiæ locũ obtinent, qui ſunt tres. Con
tritio, confeſsio, ſatiſfactio. Formæ autem abſolutio. Neq;
verò propterea reijci debet ea forma abſolutionis qua vtit᷑
Eccleſia, quod ea à Chriſto inſtituta aut pręcepta eſſe non
legitur. Nam eadem ratione baptiſmi quoq; formam reij=
ciendam eſſe dixerimus. Neq; enim alia authoritate dicit
ſacerdos, ego te abſoluo, quã qua dicit. Ego te baptiſo. Si=
*Mat. ultimo.* cut baptiſandi formam ex Chriſti verbis mutuat᷑. Euntes
docete omnes gentes baptiſantes eos &c. ſic & abſoluendi
formam ex eiuſdem Chriſti verbis mutuatur, dicentis ad
*Matth. 16.* Petrum. Quodcumq; ſolueris ſuper terrã, erit ſolutum &
in cœlis. Et ad Apoſtolos omnes. Quorum remiſeritis pec
cata. Quoniã verò, tres eſſe diximus actus pœnitentis, con
tritionem, confeſsionem, & abſolutionem, de ſingulis ordi=
ne diſſeremus, ac primũ de contritione.

## DE CONTRITIONE.

Caput

## Caput. XLV.

Contritionem rectè dixerimus iuſtum eſſe dolorem de peccatis concœptum, cum eorum deteſtatione. Dolere autem de peccatis nemo pōt, niſi prius ab illis ceſſauerit. Propterea monet ſcriptura. Peccaſti, quieſce. Et in alia ſcriptura prius illud legitur. Derelinquat impius vias ſuas, & vir iniquus cogitationes ſuas. Poſtea adĳcitur, & reuertatur ad dominum. Atq; apud eundem prophetam. Quieſcite agere peruerſè, deinde, diſcite bene facere. Paulus etiã cum eſſet hortatus Romanos vt induerent arma lucis, prius admonuit, vt abĳcirent opera tenebrarum. Et Epheſios prius deponere iuſsit ſecundum priſtinam conuerſationem veterem hominem, deĩn dixit. Renouamĩ ſprũ mẽtis vrẽ, & ĩduite nouũ hominẽ. Qui reconciliari vult amico, quibus eũ ante hac iniurĳs afficiebat, ab ĳs deinceps iam abſtinet, quo facilius redire poſsit in gratiam. Quæ aũt eſt alia pœnitentiæ ratio, quam vt reconciliemur Deo, remiſsione peccatorum noſtrorum impetrata? Ceſſemus itaq; à peccatis neceſſe eſt, in quibus quã diu perſtat aliquis, dolere de illis, eaq; ex animo deteſtari nõ poteſt. Primum itaq; ceſſandum eſt à peccatis, qđ tamen ſolũ non ſufficit. Doleamus inſuper oportet, quod ea patrauerimus aliquando, ac ſicut ea placuerunt antea, ſic deinceps deteſtemur & odio habeamus. Eſt quidẽ ita, quod optima pœnitentia eſt, noua vita, verũ & illud verũ eſt, quod ab Auguſtino dictum exiſtimatur. Neminem nouam vitã inchoare quem veteris non pœnituerit. Qui nãq; fieri poteſt, vt proponat deinceps aliquis, nihil ſe niſi bene facere

*Gene.4.ſecũdum Lxx.*
*Eſaiæ.LV.*
*Eſaiæ.I.*
*Romano.13.*
*Ephe.4.*
*Li.De utilitate pœnitenti.*
*Capite.I.*

facere velle, cũi quæ præterierunt malefacta non diſplicu-
erint? Quam latini pœnitentiã, eam Greci vocant μετάνοιαν
Li 2. contra- quæ latine dici poteſt mentis mutatio ſiue reſipiſcentia, ip
Martionem. ſo etiam Tertuliano teſte, qui ſcribit in Græco ſono pœni-
tentiæ nomen, non ex delicti confeſsione, ſed ex animi de-
mutatioue compoſitum eſſe. Quæ autem eſſe poteſt animi
demutatio vbi quæ prius placuerunt, ea deinceps non diſ-
plicent? Quomodo mutaſſe priorem affectionẽ animi dici
poterit, cui placet aliena rapu iſſe? verum in poſterum ni-
hil eiuſmodi patrare deliberatum habet. Quàmobrem vel
communis ipſe ſenſus indicat, ad cõmunem vitam incho-
andam opus eſſe deteſtatione vitæ prioris & diſplicentia.
Etiam homini ſi quis reconciliari vult, oſtendit ſibi diſpli-
cere quod eum aliquando offenderit. Quod ſi delectari ſe
offenſionibus iſtis indicauerit, atq; eo nomine ſibi placue-
rit, tantum abeſt, vt in gratiã redeundi poteſtas illi fiat, ma
iorem etiam vt iram ſibi cumulet. Si ad hunc modum agi
par eſt cum homine, æque vt nos mortali, quo ore ad Deũ
actedemus? qua fronte ei reconciliari poſtulabimus? nul-
lum de eo quod offenderimus, quodq; iuſtam illius contra
Ezech. 18. nos iram prouocauerimus, dolorem præ nobis ferentes?
Hyeremiæ 31. Quamuis autem ineptum ſit ad hunc modum colligere,
non eſt ſcriptum, ergo approbandum non eſt, tamẽ & res
& nomen ipſum contritionis, è ſcripturis oſtẽdi poteſt. Nã
quod vnus ex prophetis auerſionis ab impietate meminit,
quid aliud ſignificare vult hoc nomine quã odium eorum,
& diſplicentiã, quæ prius placuerũt? Nam quẽ odimus, ab
eo libenter nos auertimus. Iam verò ille locus. Poſtquã cõ-
ſſi cor

uertiſti me egi pænitentiã & poſtquã oſtendiſti mihi percuſſi cor meum, confuſus ſum & erubui, quoniam ſuſtinui obprobrium adoleſcentiæ meæ. Nonnè aperte vim contritionis demonſtrat? in quo conteritur & percutit cor, fitq́ʒ vt confundamur, & erubeſcamus, de ĳs quæ patrata ſunt per nos. De hoc genere confuſionis dicit Auguſtinus. Eſt quædam confuſio temporalis vtilis perturbatio animi reſpicientis peccata ſua, reſpectione perhorreſcentis, horrore erubeſcentis, erubeſcentia corrigentis. Vnde dicit Apoſtolus, Quam enim gloriam habuiſtis tunc in ĳs in quibus nunc erubeſcitis? Ergo erubeſcere eos dicit iam fideles, non de preſentibus donis, ſed de pręteritis peccatis, Hanc confuſionem non formidet Chriſtianus, immo ſi hanc non habuerit, æternam habebit. Neq́ʒ minus clarus & manifeſtus eſt ille locus, quo dominus non contentus dixiſſe. Conuertimini ad me in toto corde veſtro, addit inſuper, in ieiunio, in fletu, in planctu, & ſcindite corda veſtra, & non veſtimenta veſtra. Quando flere, quando plangere, quando ſcindere cor iubet, quid aliud quam contritionem præcipit, ſine qua in toto corde noſtro conuerti ad Deum non poſſe videmur? Sed non hoc modo quod ſignificatur eo nomine, verum ipſum etiam contritionis nomen in ſcripturis reperire licet. Quod apertè verba illa indicant. Sacrificiũ Deo ſpiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum, Deus non deſpicies. Et illa alterius prophetæ. Ad quem reſpiciam, niſi ad pauperculum, & contritum ſpiritu, & tremen tem ſermones meos? & apud eundem alio loco. Euangeliſare pauperibus miſit me, ſanare contritos corde. Ex quo

*Concione prima in pſalmũ Triceſsimum.*

*Roma. 6.*

*Ioelis. 2.*

*Pſal. 50.*

*Eſaiæ 66.*

*Eſaiæ 71.*

vel ſolo diſcere poſſumus, qui ſanari vult per pœnitentiam eum contrito corde eſſe oportere. Sanctorum verò docto=rum, vix quiſquam eſt, qui ad contritionem compunctio=nemq; cordis non inuitet. Inter Auguſtini opuſcula, etiam vnum illi inſcriptum videre licet, de contritiōe cordis. Cer=tè Cyprianus, grauiter eos obiurgat, qui pœnitentiæ partē hanc ſublatam voluerunt. Agite inquit pœnitentiam ple=nam doloris, ac lamentantis animi probate mœſticiā. Ne=q; vos quorundam moueat, aut error improuidus, aut ſtu=por vanus, qui cum teneantur in tam grandi crimine, per=cuſſi ſunt animi cecitate, vt neq; intelligāt delicta, neq; plā=gant. Ac aliquanto poſt. Qui pœnitentiam criminis tollūt ſatis factionis viam præcludunt, ita fit, vt dum temeritate quorundam, promittitur ſalus falſa vel creditur, ſpes vere ſalutis adimatur. Sed & vetuſtior Cipriano Tertulianus, ſcripſit librum de pœnitentia, in quo inter cætera de Exo=mologeſi in huncmodum loquitur. Exomologeſis proſter=nendi & humiliſicandi hominis diſciplina eſt conuerſatio=nem iniungens miſericordiæ illicem. De ipſo quoq; habitu atq; victu mandat. Sacco & cinere incubare, corpus ſordi=bus obſcurare, animum mœroribus deijcere. Illa quæ pec=cauit triſti tractatione mutare. Cæterum paſtum & potū pura noſſe, non ventris ſcilicet, ſed animæ cauſa. Plerumq; verò ieiunijs preces alere, ingemiſcere, lachrimari, & iunge=re dies noctesq; ad dominum Deum tuum, presbiteris ad uolui, & aris Dei adgeniculari. Scripſit Ambroſius quoq; de pœnitentia libros duos. Et inter Auguſtini libros recen=ſentur, vnus de vtilitate pœnitentiæ, alius de medicina pœ

nitentiæ

nitentiæ. Chryſoſtomi verò complures de ea ſunt homiliæ de compunctione verò cordis libri duo, ac totidẽ etiam eadem de re libri, beati patris Ephreni, quem ad tantam veniſſe claritudinẽ ſcribit Hieronymus, vt poſt lectionẽ ſcripturarum publice in quibuſdam Eccleſiis eius ſcripta recitarentur, qui de pœnitentia quoq; libros duos & ſermonem vnum conſcripſit. Neq; alia in re magis occupatur, quã in mentibus hominum ad compunctionem excitandis. Cuius etiam hæc verba ſunt. Proiice abſte onera peccatorum, offer munera obſecrationum ſuppone lachrimas in putredine vulnerum. Intantũ enim cęleſtis medicus bonus eſt vt lachrimis & gemitibus donet vulneribus ſanitatem. Accede pctór, & procidẽs huic benigniſsimo medico offer lachrimas, quæ ad huiuſmodi medicamentũ proficiũt. Sic enim vult cœleſtis medicus, ſanare vnũquemq; medicamẽtum diligens lachrimarum. Nihil eſt enim quod nõ cedat, & ſanetur medicamẽto pœnitentiæ. Hoc enim medicamẽtum, non vſquequaq; detinet egrotum, ſed ſtatim ſanat. Expectat ergo medicus videre lachrimas tuas, actede noli timere. Oſtende ei vulnus, & offer medicamentum lachrimarum & fletum. Ecce enim apertum eſt hoſtium pænitẽtiæ. Feſtina peccator priuſquam claudatur Et alio loco. Beatus homo qui habet compunctionem iugiter ſecundum Deum. Compunctio fratres ſanitas animæ eſt, illuminatio mentis eſt, compunctio fratres, remiſsionem delictorũ nobis conquirit, compunctio fratres Ieſum vnigenitum facit in nobis habitare, cum eum deſideramus & quærimus. Volo vobis fratres enarrare potentiam lachrymarum. Anna

*De uiris illu.*

*De pœniten. cap. 1.*

*De extremo iudi. cap. 5.*

1 Regum 1. per lachrymas à Deo Samuelem Prophetam accepit, ad
Lucæ 7. ſublimitatem & gloriationem animæ ſuæ. Mulieris etiam peccatricis debita in domo Symonis à Chriſto domino dimiſſa ſunt, quæ lachrymis pedes eius rigabat, & crine tergebat, Grandis virtus eſt lachrymarum, multumq́ præualent lachrymæ, quæ ſecundū Deum ſunt. Fiduciā domini ſemp̄ acquirunt lachrymæ, ſordidas cogitationes expellūt nec proximare eas permittunt animæ compunctionē cordis habenti. Quamobrem & è ſcripturis, & ex conſenſu doctorum omnium Eccleſiæ, pars hæc pœnitentiæ probari
Epiſto. 89. poteſt. Quantum autem temporis ad eam requiratur, non videtur hominis eſſe definire. Pręclare em̄ ſcripſit Leo pōtifex, quod miſericordiæ Dei, nec menſuras poſſumus ponere, nec tempora definire, apud quem nullas patitur ve-
Ezechi. 18. nire moras conuerſio, dicente ſpiritu Dei per Prophetam.
Eſaiæ 43. Cum conuerſus ingemueris, tunc ſaluus eris. Et alibi. Dic
Pſalmo 129. tu iniquitates tuas vt iuſtificeris. Et iterum. Quia apud do
Ad Epiſcopos Galiæ Epiſto 2 Ca. 2. minum miſericordia eſt, & copioſa apud Deum redemptio. Sed & ante eum Cœleſtinus Papa. Salutem inquit homini adimit, quiſquis mortis tempore pœnitentiam denegauerit, & deſperat de clementia Dei, qui eum ad ſubueniendum morienti ſufficere vel in momēto poſſe nō cre
Lucæ 23. dit. Perdidiſſet latro in cruce pręmium ad Chriſti dexterā pendens, ſi illum vnius hore penitentia non iuuiſſet. Cū eſſet in pœna promittit, & per vnius ſermonis promiſsionē habitaculum paradiſi promeruit. Vera ergo ad Deum cōuerſio in vltimis poſitorum, mente potius eſt exiſtimanda quam tempore, Propheta hoc taliter aſſerente, Cum cōuerſus

ſus ingemueris tunc ſaluus eris

## DE CONFESSIONE ET QVAE ILLI reſpondet abſolutione.

### Caput. XLVI.

Cæterum pœnitentia hominis Chriſtiani poſt lapſum, non ſolum à peccatis ceſſatio contiznetur, & eorum deteſtatio, aut cor contritum & humiliatũ verumetiã eorundem ſacramentalis confeſsio, ſaltẽ in voto ſuo tempore faciẽda, & ſacerdotalis abſolutio. Nam cũ ſacramentum hoc medicina ſit à ſummo medico Chriſto inſtituta, qui ſanitatem quidem ipſe confert, ſed in ea cõferenda ſacerdotis vtitur miniſterio, quemadmodum etiam Origenes admonet, oportet nos morbum noſtrum, coram eo, quo miniſtro deus in curando eo vtitur non celare. Fortaſſis enim inquit, ſicut ij qui habent intus incluſam eſcam indigeſtam, aut humoris vel flegmatis, ſtomacho grauiter & moleſti imminentia, ſi vomuerint releuant̃, ita etiam ij qui peccauerunt, ſi quidem ocultant & retinent intra ſe peccatum intrinſecus vrgentur, & propemodum ſuffocantur à flegmate vel humore peccatorum. Si autem ipſe ſui accuſator fiat, dum accuſat ſemetipſum & cõfitet̃, ſemel euomit, & delictum atq; omnem morbi digerit cauſam. Ac nequis hoc de ea accuſatione confeſsioneq; dictum interpretaretur, quæ coram Deo fit, ſubdit mox, tantummodo circumſpice diligentius, cui debeas confiteri peccatum tuũ Proba prius medicum, cui debeas cauſam languoris exponere, qui ſciat infirmari cum infirmante, flere cum flẽte, qui & condolendi & compaciendi nouerit diſciplinam, vt ita

*Homili. 2 in Pſalmũ 37.*

demum ſi quid ille dixerit,qui ſe prius & eruditum medicũ
oſtenderit,& miſericordem,ſi quid conſilij dederit facias &
ſequaris.Si intellexerit & prouiderit talem eſſe languorem
tuum, qui in conuentu totius Eccleſiæ exponi debeat &
curari ex quo fortaſsis & cæteri ædificari poterint,& tu ipſe
facile ſanari,multa hoc deliberatione,& ſatis perito medici
illius conſilio procurandũ eſt.Neq; diſsimilia ſunt quæ ſcri
*Eccleſia. 10.* bit Hieronymus,illud enarrãs ex Eccleſiaſte. Si momor-
derit ſerpens in ſilentio, nõ eſt amplius habenti linguam.
Si quẽ inquit ſerpens diadolus oculte momorderit,& nul-
lo conſcio eũ peccati veneno infecerit,ſi tacuerit qui percus
ſus eſt,& non egerit pœnitentiam,nec vulnus ſuũ fratri &
magiſtro voluerit confiteri,magiſter qui linguam habet ad
curãdũ,facile ei ꝓdeſſe nõ poterit. Si enĩ erubeſcat egrot⁹
vulnus medico confiteri,quod ignorat medicina nõ curat
*In Regula* Ante quem etiam Baſilius. Confeſsio inquit peccatorum.
*Monachorum* Hanc habet rationem,quam habet vulnus aliquod corpo
*Ca XCVIII.* ris vel paſsio,quæ medico demonſtranda eſt. Si ergo non
õnibus quis vicia vel vulnera corporis ſui reuelat,nec qui-
buſlibet,ſed ijs tantummodo qui ſummæ peritiæ teſtimo-
nium habent,& curæ ac medellæ diſciplinam, ita cõfeſsio
peccatorum fieri debet,apud eos tantummodo qui curare
hæc pręualent,& emendare ſecundum quod ſcriptum eſt.
*Roma. 15.* Vos qui fortiores eſtis,infirmitatem infirmorum portate,
*Ca 21.* hoc eſt auferte & ex portate per curationem. Et in eodem
libro aliquanto ante. Neceſſarium inquit videtur ijs qui-
bus diſpenſatio myſteriorum Dei cõmiſſa eſt confitenda
eſſe peccata.Sic enim & ij qui antiquitus penitebant inue-

niũt apud ſanctos cõfeſsi eſſe peccata ſua. Scriptũ ẽ in Euã gelio. Quia Ioanni Bapiſtæ confitebantur populi peccata ſua. Et in Actis Apoſtolo℞ Apoſtolis ĳ q baptiſabant. Ex quibus verbis colligere licet, quanta ſit confeſsionis anti quitas, quam à domino inſtitutam eſſe ſcribit Tertulianus ac Eccleſiæ conſenſus obtinet. Videtur autẽ illis verbis in= ſtituta, quibus Petro cæteriſq; Apoſtolis ligãdi ſoluendiq;, remittẽdi retinendiq; peccata, poteſtas à Chriſto conceſſa eſt. Qua vti quem admodũ potuerint apoſtoli vel etiã nũc poſsint eorum ſucteſſores intelligi non poteſt, niſi prius co gnouerint, cuius generis ea peccata ſint, & quæ medicina ſit illis adhibenda. Rectè dicitur à ſapiẽte, qui iudicat qđ nouit iudex iuſtitiæ eſt. Verum eſt & illud quod ex Hiero nymo proxime citauimus, quod ignorat medicina non cu rat. Cum itaq; ſacerdos & iudex vice Chriſti ſit, & medi= cus ab ipſo cõſtitutus, quomodo aut iudicabit de incogni tis, aut morbum quem cuiuſmodi ſit ignorat curabit? Deinde verò non ſola remittendi verumetiã retinẽdi, neq; ſola ſoluendi, verũetiam ligãdi poteſtas illi data eſt. Quid autem retinere, quid remittere, quid ligare. quid ſoluere de= beat, quis ſcire poterit, ſi non fuerit illi vulnus indicatum, ſi peccatum non fuerit manifeſtatum. Ac fatendũ quidẽ eſt, quod ab ignotis etiam nonnunquã ſacerdos abſoluit, ſed non ab ĳs tamen quæ ſciens aliquis proferre nolit, verum ab ĳs quæ vel peccata eſſe neſcit, vel eorum reminiſci non poteſt. Verum eſt enim quod ait Propheta. Delicta quis intelligit? Neq; raro fit, vt etiam grauia peccata per ignorã tiam cõmitantur, Quin & illud ab eodẽ Propheta nõ ſine

causa

*Mattehi 3.*
*Actuum 119.*
*Li de Trini.*
*Matthei 16.*
*Matthei.1.18.*
*Ioannis 20.*
*Prouerbi. 12.*
*Pſalmo 18*

cauſa dictum eſt. Ab ocultis meis munda me. Quam
obrem ad ea manifeſtanda quæ vel eſſe peccata neſcimus,
*Pſal. eodem* vel memoria non tenemus, nemo fuit vnquam obligatus.
Non eſt itaq; dubitandum, quin ſicut abſolutio à Deo eſt
inſtituta, ita & confeſsio quæ fit per peccatorũ enumerati=
onem, Dei miniſtro ſacerdoti factam. Quæ duo ita ſibi mu
tuo reſpondent, vt vbi non eſt cõfeſsio, ibi nulla eſſe poſsit
abſolutio. Sed ſi quis aliũ ſcripturarum locum à nobis exi
gerit, vbi Chriſtus confeſsionẽ pręceperit, preterea quæ
per nos adducta ſunt ad Petrum, & ad reliquos Apoſtolos
dicta, ab eo viciſsim exigere licebit, vt & ipſe locum oſten=
dat vbi primum Eccleſia cõfeſsionem pręceperit. Quod cũ
graue multis onus videatur, certe nemine pręcipiente ſuſce
ptũ à fidelibus vltro fuiſſe, veriſimile non eſt. Quin& illud
difficile eſt creditu, hominis alicuius authoritate ad hanc
rem tam grauẽ fideles adigi potuiſſe. Atqui oſtendi non po
teſt quod ea fuerit ab Eccleſia inſtituta, cum ab ipſis Apo
ſtolorum temporibus ad hæcuſq; noſtra in vſu ſemper fue
rit. Ex quo colligere licet, qđ viua voce proculdubio fue
rit à Chriſto tradita. Cuiꝰ multo maxima dictorũ & facto
*Epiſtola I.* rũ pars mãdata ſcripturis nõ ẽ. Clemẽs Petri ſucceſſor, hãc
Petri doctrinam fuiſſe refert, quam illum à magiſtro ſuo
Chriſto accepiſſe dubium non eſt, vt ſi forte alicuius cor,
vel liuor vel infidelitas, vel aliquod malũ lętanter irrepſe=
rit, non erubeſcat qui animæ ſuæ curam gerit, confiteri hæc
ei qui pręeſt vt ab ipſo per verbum Dei & conſiliũ ſalubre
curetur. Quo facilius autẽ perſpici poſsit, eum de ocultis
peccatis loqui, ſubiungit hæc verba. Abijcienda prorſus è
corde

corde eſt omnis intrinſecus latens amaritudo peccati. Si qua forte ex deſiderijs iniquis velut ex cibis noxijs congregata eſt. Iam illis verbis. Confitemini alterutrum peccata vestra, non tam inſtitutam à Iacobo & pręceptū, ſacramētale confeſſionem quam eam quæ pridem inſtituta eſſet & pręcepta promulgatam, recte viri quidam pij & docti exſtimauerunt. Neq; mouere quemq; debet vox hæc alterutrum, vt putet eam ad ſacramentalem conffeſsionē quæ ſacerdoti fit referri nō poſſe. Vir fuit excelens & doctrina & vitæ ſanctimonia Hugo de ſancto Victore Bernardi æqualis. Is cum adduxiſſet hunc Iacobi locum. Quid eſt inquit alterutrum? ac mox reſpondet, non ſolum homo Deo, ſed inter vos alter alteri, homines hominibus, oues paſtoribus, ſubiecti pręlatis, ij qui peccata habēt, ijs qui peccata dimittere poteſtatem habent. Et certe cōmunis hoc loquendi mos obtinet vt dicatur aliquando ab Epiſcopo, ſiue eius Vicario, Confiteare cui vis. Quæ tamen verba non ita actipiuntur quaſi non ſacerdotibus etiam confitēdi poteſtas permiſſa ſit. Verum illud cōcedi verbis ijs videtur, vt non proprio ſacerdoti cui iure tenetur, verum cui cū q; velit alij modo ſacerdoti confiteri poſsit. Inter opuſcula quæ adſcribuntur Auguſtino, extant etiam duo de viſitatione infirmorum. In eorum altero ſcribit ijs verbis. Sunt quidam qui ſufficere ſibi ad ſalutem autumāt, ſi ſoli Deo cui nihil ocultum eſt quem nullius latet conſcientia, ſua confiteantur crimina. Nolunt enim aut erubeſcunt ſiue dedignantur oſtendere ſe ſacerdotibus. Quos tamen inter leprā & lepram diſcernere, per legiſlatorem conſtituit dominū.

*Iacobi 5.*

*Li. 2 de Sacramentis parte 14 Ca. 1.*

*Cap. 4.*

*Deutro. 17.*

Sed nolo vt ipſa decipiaris opinione,quatēnus cōfundaris
confiteri coram Domini vicario, tabeſcens prę rubore,vel
ceruicoſus prę indignatione.Nam ipſius humiliter ſubeun
dum eſt iuditium,quem Dominus ſibi nō dignatur vicariū
Ergo ad te venire roges ſacerdotem,& fac ipſum conſcien=
ciarum tuarum penitus participem.Non ſeducat te ſom=
niantium illa ſuperſtitio quæ in viſitando cōfirmat, quia
ſaluat ſacerdote in conſulto ad deum peccatorū cōfeſsio.
*Pſal. 136.* Nos autem non negamus quin ſit ad Deum frequēter
*1. Corinth. 10* referenda peccatorum confeſsio.Beatus etenim qui tene=
bit & allidet paruulos ſuos ad petram,Petra autem Chri=
ſtus eſt,Sed teſtamur,& teſtatur illud ſana doctrina. Ne
tibi applaudentium faueas auribus, quoniam prius eges
ſacerdotis,qui mediator ſit ad Deum tuum,ſalubri iudicio
*Lucæ. 17.* Alioquin & ſub lege & ſub gratia,ite & oſtendite vos ſacer
*Iaco. 5.* dotibus,reſponſum domini quomodo conſumaretur? Cō=
fitemini alterutrum peccata veſtra quomodo complere=
tur? Ergo cicatricum tuarū arbiter Dei vice,presbyter ad=
hibeatur,& reuela ei uias tuas,& ipſe tibi exhibebit antido
*In Iacobum.* tum reconciliationis.Beda quoq; diligens Auguſtini ſecta
tor,Verba hæc Iacobi itidem de ſacramentali confeſsione
interpretatur,quam eſſe neceſſariam,cum alio quodam in
*Homilia. 49.* loco,tum in libro quinquaginta homiliarum,teſtatur Au=
guſtinus dicens.Qui poſt vxores veſtras vos illicito con=
cubitu maculaſtis,ſi pręter vxores veſtras cum aliqua cō=
cubuiſtis,agite pœnitentiam qualis agitur in Eccleſia.Ne=
mo ſibi dicat,occulte ago,apud Deū ago, nouit Deus qui
mihi ignoſcit quia in corde ago,Ergo ſine cauſa dictum eſt
Quæ

Quæ ſolueritis in terra ſoluta erunt in cœlo? ergo ſine cau= Matthei 18.
ſa ſunt claues datæ Eccleſiæ Dei? fruſtramus euangelium Matthei 16.
Dei, fruſtramus verba Chriſti, promittimus vobis qd' ille
negat, nóne vos decipimus? Sed hæc de neceſsitate, vtilita
teq; confeſsionis, aut re, aut ſaltẽ voto, deq; eo quod à Chri
ſto ſit inſtituta dicta ſufficiant. Cæterum cõfeſsioni reſpõ=
det abſolutio. Ac illa quidem pręcepta eſt omnibus ſiue ĳ Roma. 3.
è clero ſint ſiue è populo. Omnes enim, peccauerũt & egẽt Li. 1 de pœni
gloria Dei. Ius autem ligandi & ſoluendi ſicut ab Ambro= tẽtia. Ca. 2.
ſio quoq; ſcriptũ legimus permiſſum eſt ſolis ſacerdotibus
Quamobrem craſſus eſt error eorum, qui dicunt non ma=
gis abſoluere ſacerdotem, aut Epiſcopum, aut Papam quã
vel mulierem vel puerum, addere debebant quoq; pſitacũ
Nam & is æquè aut puer aut mulier doceri poteſt vt di=
cat ego te abſoluo. At nõ ita Ioãnes Chriſoſto: vir nõ doctri Lib. 1. de Sa-
na magis quam vitæ ſanctitate cõſpicuus qui vel hoc no= cerdotio
mine ſacerdotĳ dignitatem cuiuis alteri anteferendam eſſe
cenſet, quod terreſtres dignitates, habent quidem vinculi
poteſtatem, ſed in corpora tantum, at ſacerdotũ vinculũ
ipſam etiam animam attingit, atq; ad cœlos vſq; peruadit,
vſq; adeo, vt quæcumq; inferne ſacerdotes confecerint, illa
eadem deus ſuperne rata habeat, ac ſeruorum ſententiã do
minus confirmet, Quam poteſtatem, non modo nullis re=
gibus & principibus, verum ne ipſis quidem ãgelis aut ar=
changelis datam eſſe dicit, De qua Hylarius quoq; Petrũ
alloquens ita dicit. O in nucupatione noui nominis fœlix Canone 16 in
Eccleſiæ fundamentum, dignaq; ædificatione illius petra, Mattheum
quæ infernas leges & tartari portas & omnia mortis

clauſtra diſſolueret, o beatus cœli ianitor cuius arbitrio claues æterni aditus traduntur, cuius terreſtre iudicium preiudicata authoritas ſit in cœlo, vt quæ in terris aut ligata ſint aut ſoluta, ſtatuti eiuſdem conditionem cōtineant & in cœlo. Ex quibus verbis illud ſimul diſcere poſſumus, quæ ſit abſolutionis vis, neq; enim hoc eſt abſoluere quod nonnulli ſomniant, abſoluta oſtēdere, ſed quod dixit Chriſtus peccata remittere, ſimul etiam à pœnis quæ illis debentur ſoluere. Quod ipſa quidem authoritate ſua Deus efficit, ſed in ea tamen re miniſterio ſacerdotis vtitur. Itaq; quiquid eius ſacerdos facit, non ſua propria, ſed à Deo ſibi conceſſa poteſtate facit. Hunc errorem notaſſe videtur Ioannes Chryſoſtomus, ijs verbis. Corporis lepram purgare ſeu verius dicam non purgare quidem, ſed purgatos probare iudeorum ſacerdotibus ſolis licebat neq; neſcis quanta cum ambitione, quanto cum ſtudio ac concertatione ſacerdotalis dignitas id temporis acquirebatur. At verò noſtris ſacerdotibus, non corporis lepram, verum animæ ſordes, non dico purgatas probare ſed purgare prorſus conceſſum eſt. Ante quadringentos pluſminus annos fuerunt qui abſoluere interpretarētur abſolutos oſtendere, ſed eos viri pij & docti Hugo, & Richardus de ſctō Victore, grauiter admodum reprehendunt. Ille quidem ijs verbis. Non dicit quodcum q; ſolueris, hoc eſt vt illi aiunt ſolutum oſtenderis, fuit ſolutum, ſed erit ſolutum, quia ſententiam Petri non præcedit, ſed ſubſequitur ſentencia cœli. Ac interiectis nonnullis, de eo quod commune fuerit hoc omnibus Apoſtolis & eorū ſucceſſoribus, quoniam omnibus ipſis dictum eſt. Accipite

*Li. 2. de Sacramētis.*

ſpiritum

ſpiritum ſanctum,quorum remiſeritis &c. continenter ſub dit,vbi dixit ſi oſtenderitis fuit: nuſquam dixit hoc, ſed dixit,ſi feceritis erit. Richardus autem etiam acrius. Extat inquit quorundam de poteſtate ligandi atq; ſoluendi ſententia,vt ridenda videatur potius quam refellenda. Putãt em̃ & predicant ſacerdotes non habere poteſtatem ſoluendi & ligandi,ſed oſtendendi homines eſſe ſolutos ſiue ligatos Sed nunquid Dominus dicit. Quodcumq; ligatum oſtenderis erit ligatum, & quodcũq; ſolutum oſtenderis erit ſolutum: non oſtendendi aliquem ligatum aut ſolutum,ſed ipſa ligandi ſoluendiq; poteſtas ſacerdotibus à Chriſto data eſt,quæ clauium nomine apellatur. Scimus autẽ quod clauis inſtrumentum eſt quo oſtium aperitur & claudit̃. Regni autem cœlorum hoſtiũ per peccatũ claudit̃, & quo ad maculam, & quo ad pœnæ reatũ. Clauium itaq; nomine poteſtas ſignificatur,qua obſtaculũ eiuſmodi remouetur. Hæc poteſtas eſt in ſumma trinitate per authoritatem vt rectè penes illã dicatur eſſe clauis authoritatis. In Chriſto homine,fuit hæc poteſtas ad remouendum prędictum obſtaculum per meritum paſsionis,quæ etiam dicit̃ ianuam aperire,& ideo dicitur à quibuſdam habere claues excelẽtiæ. Quoniam verò ex latere Chriſti dormientis in cruce ſacramenta fluxerunt quibus Eccleſia fabricata eſt. Ideo in ſacramentis Eccleſiæ manet efficatia paſsionis, propterea miniſtris etiam Eccleſię qui ſunt diſpenſatores ſacramentorum aliqua poteſtas ad pręductum obſtaculũ remouẽdum eſt collata,nõ propria ſed diuina virtute & merito paſsionis Chriſti,& hæc poteſtas methaphoricæ clauis Eccle

ſiæ

*Ioannis 20.*

*Ca.12 de poteſta ligandi & ſoluendi*

ſiæ dicitur, quæ eſt clauis miniſterij. Clauis authoritatis eſt
penes Deum trinum & viuũ, clauis excelentiæ penes Chri
ſtum hominem, cuius paſsionis merito quæ clauſa fuerat
antea, nobis ianua regni cœleſtis eſt aperta. Clauis miniſte
rij eſt penes ſacerdotes, qui poteſtate vtuntur ligandi & ſol
uendi ſibi à Chriſto conceſſa. Sed hac de re ſatis.

## DE SATISFACTIONE. CAP. XLVII.

TErtia pœnitentiæ pars eſt ſatisfactio, quam ſi
quis malit ſequelam appellare, nulla eſt liti-
gandi cauſa. Nam quæ precedebat olim abſo
lutionem, nunc ſequi pleru mq; conſueuit: Fit
autẽ ſatisfactio per ieiunia, eleemoſinas, oractiones, & alia
pia ſpiritualis vitæ exerticia, non quidem pro pœna æterna
quæ vel ſacramẽto vel ſacramenti voto vnà cum culpa re
mittitur, verum pro pœna tẽporali quæ vt ſacræ literæ do-
cent non tota ſemper vt in baptiſmo fit, dimittitur, illis qui
gratiæ Dei quam acteperunt ingrati ſpiritum ſanctum cõ-
triſtauerunt, & templum Dei violare non ſunt veriti. Dixi
mus initio cum de ſacramẽtis agere cœpiſſemus, quod ba-
ptiſmus fidei Cõfirmatio ſpei, Euchariſtia charitatis eſt ſa-
cramentum, pœnitentia verò refert' ad iuſticiã, maximè in
ea parte quæ dicit' ſatisfactio, quæ videtur iniuriæ illatæ
quedam eſſe reconpẽſatio. Iam enim baptiſatis nõ perinde
facilis, neq; tam liberalis & gratuita via patet ad miſericor
diam diuinã, quam fuit ipſis baptiſmus, quem qui ſuſcipiũt
nulla requirit' ab eis ſatisfactio. Contra autem eſt in hoc
pœnitentiæ

pœnitentiæ ſacramento quanto enim grauius peccat ho=
mo fidelis per baptiſmum Chriſto ſemel incorporatus,
tanto maior illi difficultas impendet in miſericordia di= *Deutro.25.*
uina impetranda. Iuſtũ itaq; eſt, vt ipſe à ſe peccati pœnas *Apoca.18.*
exigat, vt illud impleatur quod ſcriptum eſt. Pro menſura
peccati, erit plagarum modus. Et alio loco, quãtum ſe glo
rificauit & in delicijs fuit, tantũ date ei tormentũ & luctũ.
Si magnus eſt lapſus tuus, dicit Chriſoſtomus, maior ſit la *Homili. 22. ad populum Anthiochenũ*
chrimarum tuarum torrens. Fit autem eiusmodi ſatis
factio, non ad culpam vel pœnam æternam expiandam *1 Ioannis 6.*
hæc enim ſatisfactio ſoli Chriſto tribuenda ẽ. Solus ille fa
ctus eſt propiciatio pro peccatis noſtris, nõ pro noſtris tã=
tum verum & totius mundi. Solus ille mortem moriẽdo
deſtruxit, per eam pro peccatis noſtris abunde ſatisfecit,
per eam patri ſuo cœleſti nos reconciliauit, Nõ de hac ita=
q; ſatisfactione nunc loquimur, ſed de ea quæ in ijs maxi=
mè pœnitentiæ fructibus conſiſtit, quos iuſticiæ nomine *Matthei 6.*
Chriſtus dignatur. In ieiunio, oratione, & ęleemoſina, ſiue à
nobis ea ſuſcepta ſiue per parrochos noſtros ſacramentorũ
q; diſpenſatores nobis iniũcta ſit, quæ cum ex fide & chari=
tate peragit̃, peccatorũ cauſas excindit, peccati reliquijs
medet̃, ac temporalem pœnam vel tollit vel mitigat, deni
q; & in exemplum adhibet̃. Eſt quidẽ ita quod Chriſtus
pro peccatis noſtris abunde ſatisfecit, pro nobis tot cruci=
atus, ac mortem etiam ipſam perferendo, ſed non ideo pa=
ſſus eſt, non ideo ſatisfecit, vt nos nihil iam patiamur, nihil
faciamus pro peccatis noſtris, poſteaquam ſemel à gratia
illa exciderimus quam, illi cõmortui, per baptiſmum cõſe=

quuti

quuti fueramus. Quin ille nobis exemplũ dedit potius vt
eius veſtigia ſequamur, vt ſicut ipſe tulit crucem ſuã, car-
1 Petri 2. nem noſtram indutus, verum ab omni peccato prorſus i-
munis, ita & nos tot peccatis contaminati tollamus & ipſi
Matthe 16. crucem noſtram. Hoc eſt quod nos admonet dicens. Si
qs vult venire poſt me, abneget ſemetipſum & tollat cru-
cem ſuam & ſequatur me. Dicet hic aliquis. Quid ergo mi-
hi contulit crux Chriſti? Si nihilomiuus opus eſt aſsidue
portare me crucem propriã, quaſi illa non ſuffecerit? Mul-
tum adeo contulit. Nullus enim eſſet noſtræ crucis vſus,
neq; fructum ex ea caperemus vllum, niſi Chriſti crux pre
ceſsiſſet, cuius merito velet noſtra crux, quidquid valet.
Adeundum modũ, & ſatisfactionis noſtræ ꝓ peccatis nul-
la eſſet prorſus vtilitas, niſi Chriſti ſatisfactio preceſsiſſet
per cuius mortem & ſanguinem, efficatia reddunt̃ & Deo,
grata quæ fiũt à nobis in ſatisfactionẽ pro peccatis noſtris
Quòd ergo prodeſt nobis noſtra ſatisfactio, nõ aliter pro-
deſt niſi virtute, merito, & efficatia Chriſti paſsionis, quæ
fons & fundamentum eſt omniũ bonorum operũ noſtro-
rũ, quæ iam non noſtra ſunt, ſed eius qui viuit in nobis qui
Eſaiæ 26. operatur in nobis Chriſti. De quo dicit Propheta. Domi-
ne omnia opera opatus es in nobis. Hunc itaq; paſsiõis cru
cis & ſanguinis Chriſti fructum habemus, quod quæ ope-
ra noſtra quamlibet in ſpeciem bona nihil nobis antea fu
erãt profutura, ea poſteaquã Chriſti ſanguine tincta ſunt.
prodeſſe nobis incipiunt ad placandam iram Dei, et ad ſa
tisfaciendum pro peccatis noſtris. Noluit Chriſtus paſſio
nem, et mortem ſuam operculum eſſe turpitudinis & aſe
lum

lum iniquitatis noſtræ, vt quoniam ille ſatisfecit pro nobis licere nobis exiſtimemus vt deinceps ventri iam libere ſeruiamus, in omni peccatorū cœno volutemur, atq; omnia quæ libido noſtra fert faciamus. Non propterea paſſus eſt non propterea ſatisfecit pro nobis, ſed ſicut Petrus docet. Ideo peccata noſtra, hoc eſt pœnā nobis pro peccatis noſtris debitam ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum crucis, vt peccatis mortui non modo nō peccemus deinceps, verumetiam iuſticię viuamus, & exhibeamus nos deo tanquā ex mortuis viuētes, vt ſicut exhibuimus antea mēbra noſtra ſeruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem, ita deinceps exhibeamus mēbra noſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem, ne tanti redemptoris mortem & ſanguinem quo ſumus à peccatis noſtris abluti pro nihilo habuiſſe videamur. Et hoc eſt quod nos ſatisfactionem vocamus, exhibere membra noſtra ſeruire iuſticiæ in ſanctificationem ſicut antea exhibuimus ea ſeruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatē vt fiat illud quod eſt apud prophetā. Sicut fuit ſenſus ueſter vt erraretis à Deo, decies tantum iterum conuertentes requiretis eū. Hoc eſt enim ſatisfacere, quātum offendiſti Deum peccando, tantum dare operam vt eum tibi placatum reddas, non tantum à peccatis abſtinēdo, verumetiam indebita quedam opera bona faciēdo, vt quoad eius fieri poſsit, infectum reddere coneris quod per peram factum eſt, & pręcedentis vitæ ſtudia in diuerſum mutes. Qui furabatur iam nō furet dicit Paulus, magis autem laboret operando manibus quod bonum eſt, vt habeat unde tribuat neceſſitatem pacienti. Non furari eum qui

*1 Petri. 2.* — *Roma. 6.* — *Baruch 4.* — *Epheſi. 4*

ſuratus antea fuerat,ſed honeſtis operibus ſe alere eſt reſi-
piſcentię.Suis verò laboribus etiam indigenti victum para
re ſatisfactionis eſt,non illius qua dominis ablata reſtitu-
untur.Nam hæc reſtitutio vocari propriè conſueuit, ſed
huius quam verè pœnitentiæ partem eſſe dicimus.Quam-
obrem Chriſtianus homo,non ſolum aliena nõ tollere iu-
betur,ſed & de labore ſuo pœnuriam pacientibus ſubmi-
niſtrare,vt bonis operibus deditus rependat quæ prius ab
ſtulerat ,& de cætero theſauriſet ſibi in futurũ. Quid enim
magnum, aut cuius meriti eſt ab alienis tẽperare? Faciũt
hoc etiam ethnici viri boni,illud verò ad meritum proficit
*Lucæ. 16.* cum quis de proprio tribuit egenis. Talis fuit ſatisfactio
Zachei, qui verè & ex animo pœnitens dixit. Ecce dimi-
dium bonorum meorũ Domine do pauperibus, & ſi quid
aliquẽ defraudaui reddo quadruplũ. Quæ tã grata Chri-
*Sermone 15.* ſto fuit vt mox ei diceret. Hodie ſalus huic domui facta
eſt.Ad talem ſatisfactionem inuitat nos Ambroſius, dicẽs.
Nos quoq; ſi tam graue peccatum fuerit vt minime ſolis
flectibus abluatur,addamus miſericordiæ oleum, acrimo-
niamq; ieiunij.Nullum enim tam graue delictũ eſt, quod
non purgetur abſtinentia,eleemoſinis extinguat̃.Ait enim
ſanctus Propheta. Sicut aqua extinguit ignem ita eleemo
*Eccleſiaſti. 3.* ſina extinguit peccata. Magna ergo eſt eleemoſina,quæ ar
dentium criminum globos,beneuolentiæ ſuæ fonte refrige
rat,& quodam irriguo largitatis, obruit incendia delicto-
rum. Vt quam vis offenſus Deus,quãuis criminibus pro-
uocatus,cogatur liberare eleemoſinis,quẽ diſpoſuerat pu-
nire peccatis.Cogitur enim à nobis quodammõ,dum com

pellitur pro actibus noſtris mutare ſentētiam,& in vno eo=
demq; homine,nunc ſeueritate iudicis permoueri,nunc pa
tris pietate blandiri.Pater enim nobis Deus eſt cū bene agi Matthei II.
mus,iudex noſter ē cū peccamus.Compellit ergo operib9
noſtris Dominus,vt nobis miſericordiam ſuam largiatur,
atq; ideo ipſe in Euangelio ſancto dicit.A diebus Ioannis
Baptiſtæ regnum cœlorum cogit. Hinc perſpicuum eſſe
cuiuis poteſt,quantum ei ſatisfactioni tribuat Ambroſius
quæ fit per ieiunium & eleemoſinam. Neq; verò ſolus ille
Nullus eſt ſanctorum doctorum, qui non idem cum ipſo
ſenciat. Eſt autem admirabilis eorum cecitas.qui non ve=
rent affirmare per hæc opera ſatisfactoria mortis & ſatis=
factioni Chriſti de rogari. Non ne ſicut ille pro peccatis
noſtris copioſe ſatisfecit,ita copioſe quoq; nos ab illis rede=
mit,perfecte nos patri ſuo reconciliauit,omnia peccata no
ſtra pertulit in corpore ſuo,ac ex condigno meruit omni=
bus vitam ætenam? Atqui non obſtantibus ijs,fatent iſti,
qui nihil iuditio ſuo non tribuunt atq; illud Eccleſiæ totus
iuditio anteponant naſci nihilominus paruulos iræ filios,
& niſi baptiſati fuerint,condemnari,quin & adultos vt iu=
ſtificent & fide & baptiſmo opus habere. Iuſtificatis autē
pręcepta decalogi,lapſis pœnitentiam interiorem eſſe ne=
ceſſariā. Si nihil derogat pleniſsimæ Chriſti ſatisfactioni Matthei. 6.
fides ſi nihil derogat baptiſmus, ſi nihil derogat interior
pœnitentia,cur ſecus iudicant de exteriore pœnitentia,
quæ interioris iudex eſt,deq; ijs operibus quæ Chriſtus ip=
ſe qui eſt iuſtitia noſtra,iuſtitiæ nomine dignatur,quibus
etiā mercedē pollicet, quæ tamen & ipſa quod iam toties

 admonuimus

admonuimus non aliunde pręcium habēt, quam ex Chri
ſti ſanguine quo reſperſa ſunt, ad quem ſi referantur, nō po
*Eſaiæ 64.* ſunt Deo grata non eſſe. Quemadmodū rurſus ſi quis alio
referat, nihil aliud ſunt omnes iuſtitiæ noſtræ, quā pannus
menſtruatæ. Verum & illud ineptum eſt, quod propterea
ſatisfactionem reijciendā putent, quod nomen hoc in ſcri
pturis nō reperire dicant. Non diſſimili ratione reijciebāt
vocem homoſion Ariani, quod eam in ſcripturis nō reperiri
dicerent, ac fuit hoc proprium & perpetuum hereticorum
vt nihil reciperent quod in ſcripturis non eſſet quēadmo
dum fuſius à nobis antea ſcriptū eſt. Quaſi verò de nomi-
ne magis quā de re laborandum ſit atque reperit' ipſa res.
Quid enim aliud ſibi volunt digni fructus pœnitentiæ, ad
*Matthe. 3.* quos faciendos hortatur Ioannes. Quid aliud ſibi vult qđ
anunciabat Paulus vt pœnitentiam agerent & cōuerterēt
ad Deum, digna pœnitentiæ opera facientes, quid aliud
*Homilia 10.* hæc ſignificant quā eam de qua nunc loquimur ſatisfactio
*operis imper* nem? Dignos fructus pœnitentiæ facimus dicit Chriſoſto
*fecti, Homila* mus, ſiue quiſquis ille fuit author operis imperfecti in Ma-
*41. & 80 ad* ttheum, cum cōmiſſis peccatis aduerſa facimus aliena ra-
*populum An* puiſti, incipe donare propria, longo tempore fornicatus
*ioche.* es à legittimo quoq; cōiungij vſu ſuſpenderis, ac perpetuā
continentiam paucorum dierum caſtitate ſæpius medita-
re. Iniuria vel opere quemquam vel ſermone affeciſti, re-
fer benedictionis verba. Conuicijs te percutientem, nunc
officijs placare contende. Neq; enim vulnerato ſufficit
ad ſalutem, ſpicula de corpore euellere, ſed etiam remedia
vulneribus oportet adhibere. Delicijs antea & temulentia
diffluebas

diffluebas,ieiunio & aquæ potu vtrumq; cõpenſa,vt famẽ
ſuperes imminentem,vidiſti impudicis alienum decorem
oculis,feminã omnino iam nõ videas,maiore tactus cau
tione poſt vulnera. Quid autem aliud eſt ſatisfacere, quã
quod ijs verbis exprimitur,quodq; Ioannes admonuit di= *Li. 21 de ciu-*
gnos pœnitentiæ fructus facere. Quem locum de hoc ge= *tate Dei Ca-*
nere ſatisfactionis rectè intelligi nõ modo Ioannes Chriſo= *27 & ſermo.*
ſtomus,verũ etiam Auguſtinus, Gregorius,Iſichius,Chri= *50 ac 66.*
ſtianus Ruthmarus,& alij ſcripture liquerunt. Ireneus de *Homili 20*
primo parente noſtro ſcribit in hunc modũ. Per ſuctincto= *3 Li. 4 in Ca put 14 Leui.. in Ca. 3 Matt hei*
rium in facto oſtendit ſuam pœnitentiam, folijs ficulneis
ſemetipſum contegens, exiſtentibus & alijs folijs multis *Li. 3 Ca. 35.*
quæ minus corpus eius vexare potuiſſent,condignũ tamẽ
inobedientiæ amictum fecit,conteritus amore Dei,& retũ
dens petulantem carnis impetum, velut tale quid ſignifi=
cans,quoniam quam habui à ſpiritu ſanctitatis ſtolã ami=
ſi per inobedientiã,& nunc cognoſco quoniã ſum dignus
tali tegumento,quod delectationem quidem nullam pręſ=
ſtat mordet autẽ & pungit corpus. Ex quo loco licet illud
colligere etiam in paradiſo quodam genere ſatisfactionis
primum parentem noſtrum vſum eſſe. Quod autẽ ſemel
& iterum admonuimus,ſatisfactionem hanc non ita veli=
mus actipi,quaſi culpæ propiciatoria & æternæ pœnæ ſit
abolitoria,ſoli Chriſto tribuendũ eſt hoc ſolus ẽ ille q delet *Eſaiæ 53.*
iniquitates noſtras,ſolus eſt ille qui factus eſt propiciatio *1 Ioannis 2.*
pro peccatis noſtris,ſolus eſt ille qui mortem æternã mo=
riendo deſtruxit. Sed ſolet Deus in hac vita temporariã
pœnam æternæ loco,peccatis noſtris infligere,ſic enim ait

 per

Pſal. 88. per prophetam. Viſitabo in virga iniquitates eorum, & in
verberibus peccata eorum, miſericordiam autem meã nõ
diſpergam ab eis. Qui locus nõ obſcurè indicat, quod quã
pœnam comminatus eſt dominus ea non ad internitionẽ,
ſed ad correptionem vti voluerit. Multa in ſcripturis eius
rei exempla reperire licet. Remiſſum eſt peccatum diffidẽ
Numeri. 11. tium. Moyſi & Aaron, non tamen eſt remiſſa pœna tempo
raria. Neq; enim ingreſsi ſunt in terram promiſsionis. Hoc
Numeri. 14. de reliquo populo Iſrael, hoc de Maria ſorore Moiſi, hoc
Numeri. 20. de Dauid rege factũ legimus, quib9 omnibus remiſsis pec
1. Regum. 12. catis, non ſunt remiſſæ penæ temporariæ quas effugere no
bis licet, quando ieiunio, oratione, eleemoſina Deum nobis
Ionæ. 3. placatũ reddere conamur. Sicut Niniuitas, ſicut Ezechi-
Eſaiæ. 38. am, ſicut Achab & alios feciſſe legimus. Hoc eſt quod ab
3. Regum. 21. Eucherio Lugdunenſi Epiſcopo ſcriptum eſt. Si peccatũ
In lib. ſecun-dum. Regum Ca. 8. Dauid tam deteſtabile dominus tranſtulit, quid eſt quod
omnia, quæ de eodem peccato per prophetam ei à domi-
no dicta ſunt poſtmodum tolerauit: ſed proculdubio do-
minus delet illud, ſed ſine vltione non deſerit, aut enim ipſe
hoc homo in ſe pœnitens punit, aut hoc Deus cum homi-
ne vindicans percutit. Nequaquam igitur peccato parcit,
quod nullatenus ſine vindicta dimittit. Hic enim Dauid
2. Regum. 1 audire poſt conuerſionem meruit. Dominus tranſtulit pec
catum tuum. Tamen & multis poſt cruciatibus afflictus,
ac fugiens reatum quem perpetrauerat exoluit. Sic nos ſa-
lutis vnda à culpa primi parentis abſoluit, ſed tamen rea-
tum eiuſdem culpæ diluentes abſoluti quoq; adhuc car-
naliter obimus. Quia delicta noſtra, ſiue per nos ſiue per ſe
ipſum

ipſum reſecat, etiam cum relaxat. Ab electis enim ſuis iniquitatum maculas ſtudet tēporali afflictiōe tergere, quas in eis in perpetuum non vult vindicare. Quod ĳſdem prope verbis in moralibus à Gregorio ſcriptū legimus qui fuiſſe videtur ducentis pluſminus annis poſterior. Verum & Auguſtinus contra Faſtum ſcribens in eadem eſt ſententia Qui rectè colligit, ſi dimiſſa culpa nullus reliquus eſſet, ad pœnam reatus, quod neq; mortuus Adā, neq; fuiſſet alĳs miſerĳs & huius vitę calamitatibus obnoxius futurus poſt eaq̄ teſte Salomone. Eduxit eum Deus à delicto ſuo. Quin & nos morti & multis alĳs erumnis huius vitæ ſubiecti nō eſſemns, poſteaquam originale peccatum nobis in baptiſmo remiſſum eſt, ſi omnes in vniuerſum penæ inflictæ pro peccatis ſimul cum culpa delerentur. Cæterum videre licet quod ipſi ſibi non conſtant, quodq; ipſi ſecum pugnant qui volunt dimiſſa culpa ſimul dimitti pœnam omnem etiam temporariam. Cum enim agunt de peccato originali quod aliena voluntate contraximus, ſic nobis illud remitti per baptiſmum aſſeuerant, vt concupiſcentia carnis, quæ pœna ipſius eſt ſemper nihilominus in nobis maneat, neq; vlla ſatisfactione etiam Chriſti poſsit impediri, quominus ſit peccatum. Interea tamen, illi ipſi, ex ĳs ſceleribus & flagicĳs quæ re ipſa voluntariè patrantur, nullum ſequi reatū contendunt, qui non ſimul cum ipſis p ſatisfactionē Chriſti deleatur vno actu fidei peccatoribus applicatæ. Quid autem hoc eſt aliud quam peccatum originis grauius facere, quam actuale? & pœnitentiam vel fidem magis efficax remedium ad abolenda peccata exiſtimare quam baptiſmum

Li.9.cá. 27.

Li.22. ca. 67.

Sapientiæ. 10

mum. Quæ quam ſint abſurda quis eſt qui non videat: In-
1 Corin. 11. dicat hoc etiam ille Pauli locus: quod ſi noſmetipſos diiu-
dicaremus non vtiq; iudicaremur, ita demum fore ſicut e-
Li 8 de pœni. tiam ab Ambroſio traditum eſt, vt nobis parcat Deus, ſi
nobis ipſi non peperceremus. Hoc Tertulianus quoq; te-
ſtatur dicens. Inquantum non peperceris tibi, intantum ti-
De pœnitẽtiæ medicina Ca. 2 bi Deus (crede) parcat. Ac qui fuit eiuſdem gentis Auguſti
nus, In hac inquit pœnitentia, maiorẽ in ſe ſeueritatẽ vnuſ-
De Lazaro. Cõtione Tertia. quiſq; debet exercere, vt à ſeipſo iudicatus non iudicetur à
Deo, ſicut Apoſtolus ait, Si enim nos iudicaremus, à domi
no non iudicaremur. Ioannes quoq; Chryſoſtomus eundẽ
illum locum adferens ſi nos ipſos diiudicaremus non vtiq;
iudicaremur. vides inquit quomodo hic inflicta pœna, libe
rat à pœna quæ illic eſt. Et in ea Homilia quæ proximè ſe-
quitur, poſt adducta eadem illa verba, vt igitur inquit ne-
q; puniamur, neq; pœnas demus, in ſuã quiſq; conſcientiã
ingrediatur, vitamq; explicet, cunctiſq; commiſsis, diligen
ter excuſsis condemnet animam quæ hæc patrauit, puni-
atq; cogitationem, affligat, crucietq; ſuam ipſius mentem,
ſuppliciumq; à ſeipſo exigat pro peccatis, per condemna-
tionem, per diligenter actam pœnitentiam, per lachrimas
per confeſsionem, per ieiunium, per Eleemoſinam, per cõ-
tinentiam & charitatem, vt poſsimus omnes omni modo
hic depoſitis peccatis multa cum fiducia illuc proficiſci.
Bernardus quoq;. Vnum eſt inquit ſi noſmetipſos iudica-
Sermone 55. in Canticis. uerimus non vtiq; iudicabimur. Bonum iudiciũ quod me
illi diſtricto diuinoq; iudicio ſubducit & abſcõdit, prorſus
Gnbreorũ 10. horreo incidere in manus Dei viuentis, volo vultui iræ, iu-
dicatus

dicat us preſentari non iudicandus,ſpiritalis homo omnia 1. Corinthi.2.
diiudicat,& ipſe à nemine iudicatur.Iudicabo proinde ma
la mea,iudicabo & bona,mala melioribus curabo corrige
re actibus,diluere lachrymis,punire ieiuniis,cæteriſq; ſan=
ctæ laboribus diſciplinæ,in bonis de me humiliter ſentiam,
& iuxta præceptum domini ſeruum me inutilem reputabo Lucæ. 17.
qui quod facere debui tantum feci.Dabo operam nec lo=
lia pro granis,nec paleas cum granis offerre.Scrutabor e=
go vias meas,& ſtudia mea,quo is qui ſcrutaturus eſt Ieru Zophoniæ.1.
ſalem in lucernis,nihil inſcrutatum in me ſiue indiſcuſſum Nahum.1.
inueniat,neq; enim iudicaturus eſt bis in idipſum.Ex iis &
aliis multis quorum verba longum foret recenſere,collige
re licet remiſſa culpa ſupereſſe adhuc reatum ad pœnam
temporariam.Quamobrem rectè ſapiens admonuit. Fili Eccle. 21.
peccaſti,ne adiicias iterum,& ne hoc ſolo ſecurum ſe quiſq̃
eſſe putaret,& de priſtinis inquit deprecare,vt tibi dimittã
tur,parum eſſe iudicans recedere à peccatis,ſi preterita cu=
rare neglexerimus.Neq; verò pœna tantum remanet di=
miſſa culpa,verum & ipſa culpa non ita per pœnitentiam
aboletur,vt non illius aliquæ maneant reliquiæ quibus pę=
na debetur.Hoc Dauid exemplo diſcimus,cui dixerat qui 2.Regum.12
dam Nathan,Dominus tranſtulit peccatum tuum,ſed qa
remiſſo peccato reliquiæ peccati remanſerant,orat nihilo=
minus Deum Dauid vt ſecundum multitudinem miſerati Pſalmo. 50.
onum ſuarum deleat iniquitatem eius,atq; amplius lauet
eum ab iniquitate & à peccato mundet. Non ſatis habet
curatum eſſe vulnus(ait Chryſoſtomus)etiam cicatricem Homilia II.
ſanari priſtinum etiam decorem reſtitui petit. Quod fieri in pſal. quin=
videmus quage.

Videmus in baptiſmo, Vt remiſſo originalis peccati reatu, re
liquiæ tamen eius maneant, fomes ille concupiſcentiæ, quē
tota vita pijs exercitijs oportet mortificare. Hoc & in pœ-
nitentiæ ſacramento euenit. Manent quaſi fomes quidam
quædam reliquiæ peccati, quas purgare ſatisfactione ſalu/
bri neceſſe eſt. Cum preſertim preteritū peccatum in con-
ſuetudinem abijt, quod quanto fixerat radices altius, tan-
to maiore & longiore purgatione opus habet. Nam laua-
*In ſermone* ri quidem cito poſſumus dicit Bernardus, ad ſanandum
*de cœna do-* verò opus eſt curatione multa. Neq; verò tantum in viuē-
*mini.* tibus, verumetiam in vita functis manent & cicatrices quę
dam ac maculæ peccatorum per ignem purgandæ, & pœ-
næ per quas pro peccatis ſatisfit, venialibus tantum, pro
qbus debita pœnitentia in hoc ſęculo peracta nō eſt. Quo-
rum vtrumq; neceſſario credi oportere grauiſsimis ratio-
nibus diſcimus. Primum enim illud conſtat, quod illa cum
*Epheſ. 5.* Chriſto triumphantium eccleſia, ſicut Apoſtolus teſtatur
*Apocali. 21.* ſine macula eſt & ruga, de qua ſcriptum etiā legimus, qđ
non intrabit in eam aliquid coinquinatum. Nam & illud
*Eſaiæ. 35.* ad eam referri poteſt, quod via ſancta vocabitur, nec trāſi-
bit per eam polutus. Quamobrem purgari neceſſe eſt cica
trices & maculas peccatorum priuſquam ad eccleſiam
illam quæ eſt ſine macula & ruga peruenire liceat. Quod
*Eſaiæ. 4.* ex illo Eſaiæ liquet loco. Luet dominus ſordes filia-
rum Syon, & ſanguinem Hieruſalem lauabit de me-
dio eius, in ſpiritu iudicij & ſpiritu ardoris. Et ex altero Ma
*Malachiæ. 3.* lachiæ loco. Ecce venit dicit dominus omnipotens, & quis
ſuſtinebit diem introitus eius? aut quis ferre poterit vt aſpi

ciat cū

ciat eum: ipſe enim quaſi ignis conflans, & quaſi herba fullonum, & ſedebit quaſi conflans, & emundans argentum, & purgabit filios Leui, & colabit eos quaſi aurum & quaſi argentum, & erunt domino offerentes ſacrificia in iuſticia. Ex vtroq; hoc loco rectè id colligit Auguſtinus. Qui ſimul ex illis verbis, vbi dicitur. Peccatū in ſpiritum ſanctum non dimitti neq; in hoc ſeculo neq; in futuro, docet eſſe quædā peccata quæ ſi non in iſto, tamen remittantur in futuro ſæculo, quod non tam de pœna peccati, quam de ipſo peccato rectè intelligi cum ipſe Auguſtinus, tū ſequuti illū Gregorius & Bernardus, atq; alij cōplures, authores ſunt. Deindè verò ita miſericors eſt Deus, vt ſit iuſtus nihilominus, neq; boni quicquam eſt quod non remuneretur, neq; mali quod pœna aliqua non proſequatur. Remittit itaq; pœnā æternam pro ſua miſericordia ſed exigit nihilominus temporalem pro ſua iuſticia, ne ſit malum prorſus impunitū. Quamobrē certo perſuaſum eſſe debet pijs omnibus, reſtare poſt hanc vitam pœnas ignis purgatorij quibus expiantur leuiora peccata, eorum qui dum viuerent ipſi pœnas de illis ſumere conati non ſunt. Hic eſt ille ignis de quo dixiſſe apoſtolum, ſaluus erit tanquam per ignem vetuſtiſſimus Origenes, & eum ſequuti Auguſtinus atq; Gregorius memoriæ prodiderunt. Hunc eſſe carcerem de quo Chriſtus loquitur, non exibis indè donec reddas nouiſſimū quadrantem intelligi vult Ambroſius. Iam illa Apoſtoli verba, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, cœleſtium, terreſtrium, & infernorum. Et illa rurſus ex Apocalipſi, quod nemo inuentus eſt, nec in cœlo, nec in terra, nec ſubtus ter=

*Li.20. de ciui ta. ca. 25.*
*Matth.12.*
*Li.21. ca. 24. de ciuita. Dei*
*Li. dialogorū 4. capite 39.*
*1. Corinth. 3.*
*Ho.6. in Exodū & 8. in leuiticum.*
*Li. 21. ca. 26. de ciuit. Dei. & in pſal. 37 ſermon. 38. et 41. de ſanctis.*
*Li. dialo. 4. capite 39.*
*In caput 12. Lucæ. lib. 7.*
*Philip. 2.*
*Apoca. 5.*

ram,qui dignus eſſet aperire librum, nunquid non apertè purgatorium indicant? cui enim dubiũ eſſe poteſt,qui ſubtus terram in gehenna ſunt eos in Ieſu nomine genua non flectere,quem iugiter potius blaſphemant? ſed nec aperiẽdi libri vlla de eis eſt probabilitas,vt non de alijs intelligi locus hic poſsit rectius,quam de ijs quorum in purgatorio

2.Machabe.12 delicta expiantur. Sed & ex illo Machabeorum libri loco ſancta & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare vt à peccatis ſoluantur,recte colligi poteſt,eſſe quædam abdita receptacula,in quibus eorum animæ detinentur, qui cũ ſigno fidei in confeſsione Chriſti nominis ex hac vita deceſſerunt. Nam pro ijs qui ſunt in cœlo nihil attinet Deum precari,qui cum ſumma beatitudine perfruãtur,gratiæ potius agendæ ſunt Deo, qui tantæ beatitudinis eos participes facere dignatus eſt,quam vt orare pro illis neceſſe ſit. Iniuriã facit martiri dicit Auguſtinus qui pro illo orat. Qui vero ſunt ignis æterni ſupplicijs deſtinati pro eis ſuperuacanea eſt omnis oratio. Nam in inferno nulla eſt redemptio. Si itaq; ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, neq; neceſſe eſt orare pro ijs qui ſunt in cœlo,quo nulli patet aditus,niſi prius omni peccati reatu ſit ſolutus,ſuperuacaneum autem ſit pro ijs orare qui ſunt in gehenna, quid reſtat aliud niſi tertium eſſe locum aliquem, in quo pœna quadam temporaria purgẽtur ij,qui nõ ſatis purgati ex hac

Gene.4. vita migrauerunt. Legimus in Geneſi flammeum gladium atq; verſatilem ante paradiſum eſſe collocatum. Quid autem ſibi vult flammeus iſte gladius? niſi quod,quicũq; deinceps admittendi ſunt illos tranſire per examinatorium

ignem

ignem oporteat. Quod ſi ſcripturis etiam probari purgato
rium non poſſet, cum tamen vnanimes vno ore ſancti do/
ctores omnes à Chriſto nato ad hæc vſq; noſtra tempora
vel pœnarũ ignis purgatorij, vel orationum, & ſacrificiorũ
pro defunctis meminerint, cũ plerięq; eorũ, nominatim ve=
ro Auguſtinus & Ioannes Damaſcenus etiam libros de cu
ra pro mortuis gerenda conſcripſerint, quis eſt qui dubita=
re queat Apoſtolicam hanc eſſe traditionem, quæ tãto om=
nium conſenſu tot ſæculis in eccleſia ſemper fuit obſerua=
ta? Cui qui contradixit Aerius ante mille ducentos annos
pro hæretico habitus eſt, quod ſuperuacaneas eſſe diceret
orationes & oblationes pro defunctis, ſicut apud Philaſtrũ,
Epiphanium, Auguſtinum legimus. Ante quadringentos
etiam annos fuerunt Henriciani quidam & Petrobruſia=
ni, qui cum ad eundem lapidem offendiſſent per Petrum
Cluniacenſem, & Bernardum Abbatem Clareualenſem
confutati ſunt. Verum nobis hoc loco propoſitum non eſt
hoc argumenti genus tractare, obiter tantum illud ſignifi=
candum eſſe duximus, ſi volumus pœnas effugere tempo
rarias, vel in hoc vel in futuro ſæculo pro peccatis noſtris
nobis infligẽdas opus eſſe vt ipſi nos iudicemus, vt ipſi ſup
plicium de nobis ſumamus, vt per ieiunium, orationem &
eleemoſinam peccata noſtra expiantes, Deum nobis pla=
catum reddamus, vt cum ipſi nobis nõ pepercerimus, par=
cat ille nobis, atq; à pœnis quas lõge grauiores eramus cõ=
meriti nos liberet. Atq; hæc eſt ſatisfactionis ratio quę inter
partes ſiue actus pœnitentiæ tercio loco numeratur, quæ
tollitur tamẽ nonnunq̃ per indulgentias, quæ & ipſæ valẽt

 ad pecca=

ad peccatorum remiſsionem. Quo magis autem intelligi
*In pſal. 61. & 86.* poſsit quæ ſit indulgentiarum vis, ſic actipi rem oportet,
Dominus noſter Ieſus Chriſtus ſicut ab Auguſtino traditum legimus, vnus eſt homo cum capite & corpore ſuo, ſaluator corporis & membrorum corporis, duo in carne vna, & in voce vna, & in paſsione vna, & cum tranſierit iniquitas in requie vna, paſsiones itaq; Chriſti non in ſolo Chriſto, immo paſsiones Chriſti nõ niſi in Chriſto. Si eñ Chriſtum intelligas caput & corpus paſsiones Chriſti non niſi in Chriſto. Si autem Chriſtum intelligas caput tantũ, paſsiones Chriſti non in ſolo Chriſto. Si enim paſsiones Chriſti in ſolo Chriſto, ſiue in ſolo capite, vnde dicit quoddam
*Colo. 1.* membrum eius Paulus Apoſtolus, vt ſuppleam quæ deſũt paſsionum Chriſti in carne mea? Nunquid aliquid paſsionum deerat in Chriſto capite? An non paſſus eſt quicquid
*Io. 19.* pati debuit? nonne ipſe dixit, Cõſumatum eſt? Quibus verbis ſignificauit iam de menſura paſsionum ſuarum nihil deeſſe, quia omnia quæ dicta de ſe fuerãt, completa eſſent. Nihil ergo deerat paſsionibus Chriſti quatenus caput eſt,
*1. Corint. 12.* ſed reſtabant adhuc & reſtant Chriſti paſsiones in corpore, in eo corpore de quo dixit alibi Paulus. Vos eſtis corpus Chriſti, & membra de membro. In huius ergo corporis mẽbris, hoc eſt, in pijs hominibus qui tanquam caput ſemel paſsus eſt, paſsus eſt ſæpe, & patitur Chriſtus. Nam vnuſquiſq; piorum pro modulo ſuo exoluit quod debet, & pro poſſe virium ſuarũ, quaſi canonem paſsionum infert, quarum non erit finis, niſi cum ſeculum finitum fuerit. Sic pa-
*Actu. 9.* ciebatur Chriſtus à Saulo quando dixit illi: Saule, Saule
quid

quid me perſequeris? Membra perſequebatur, & tamen ſe in membris ſuis pati Chriſtus interpretabatur. Quomodo ſolet lingua dicere calcato pede, calcas me, linguã nullus tetigit, compaſsione clamat, non attritione. Ita Chriſtus, ſi quis membro ſuo faciat iniuriam, ſi quis illd' perſequatur, ſibi fieri qcqd illi ſit ĩputat. Hãc q capitis cũ corpore coniũctionẽ intelligit, facile pſpicere põt quæ ſint Chriſti capitis, quæ ſint corporis, & membrorũ eius merita. Nã ſicut viuit Chriſtus in membris ſuis, ita patit' in mẽbris ſuis, ita meretur in membris ſuis, ita ſatisfacit in membris ſuis. Hoc eſt quod dicit Paulus, Adimplere ſe quæ deſunt Chriſti paſsionum in carne ſua. Non quod cõgeries Chriſti paſsionum quas tanquam caput pertulit non fuerit ſufficiens ad exolutionem pœnarum, quæ totius Eccleſiæ peccatis debebãtur, ſed quod multa pars paſsionum eius adhuc corpori eius quæ eſt Eccleſia deeſt, priuſquam perſequutionũ Chriſti ſit finis, quia vſq; in finem ſeculi patitur Chriſtus in ſuis membris. Hinc colligere licet, qnod meritum paſsionis & mortis Chriſti, ac ſanctorum eius in quibus & patit' & patietur Chriſtus vſq; ad conſumationem ſeculi, multo fuerit & ſit abundantius, quam fuerint & ſint & eſſe poſsint omnia totius orbis flagitia, ad illa abluẽda pro quibus vel vna guta ſanguinis ſui ſatisfacere poterat. Nam ſi potuit dicere beatus Iob. Vtinam appenderentur peccata mea quibus iram merui, & calamitas quã patior in ſtatera, quaſi arena maris grauior hæc appareret. Certè multo rectius de Chriſto dici poteſt, quod calamitas quam pertulit iuſtus pro iniuſtis, multo grauior eſt ſi in ſtatera appendatur quam Iob. 6.

quam ſint omnia peccata in vnum collecta, non vnius ve-
rum etiam ſi dici poſsit multorum mundorum pro quibus
eam ſuſtinere dignatus eſt, meritum vt illius infinitis par-
tibus omnes iniquitates & ſcelera totius orbis ſuperare vi-
deatur. Ex hac itaq; ſuperabundantia meritorum & ſatiſ-
factionum Chriſti & ſanctorum eius hoc eſt capitis & cor
poris, pendet & conſtat indulgentiarum theſaurus, cuius
diſpenſatio, cum ad alios Epiſcopos, tum ad ſummum pō-
*Matth. 16.* tificē precipue pertinet, qui totius Eccleſiæ ſub Chriſto ca-
*1. Corin. 4.* pite caput eſt. Cui Chriſtus ipſe peculiariter claues regni
*1. Corinth. 9.* cœlorū commiſit. Hoc eſt quod dicit Apoſtolus. Sic nos
*2. Corinth. 2.* exiſtimet homo vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores my-
ſteriorum Dei. Et iterum diſpēſatio mihi credita eſt. Et rur
ſus alio loco, Cui donaſtis aliquid & ego. Nā & ego quod
donaui, ſi quid donaui propter vos in perſona Chriſti. Ef-
fectus ergo ſiue fructus indulgentiarum hic eſt quod per
eas illius quæ fit per opera pœnitentiæ, & per ſacerdotem
alicui in ſacramento pœnitentiæ iniungitur & pręcipitur ſa
tisfactionis fit remiſsio, ſiue condonatio. Quoniam vero p
iniunctam ſatisfactionem quam verè pœnitens exequitur
ſoluitur & aufertur pœna temporalis quæ peccato quod
patratum eſt ex iuſticia diuina debetur, conſequēs eſt per
indulgentias veluti ſatisfactorias pœnas (tantum enim va
lent, modo dignè ac rectè adminiſtrentur ac acquirantur)
tantundem remitti pœnæ temporalis apud iuſticiam diui-
nam quantum apud eam ipſæ quas aliquis accipit valent
indulgentiæ. Ac ne cui nouum videatur quod etiam ſan-
ctorum paſsiones & merita valere dicimus ad remiſsionē
pecca

peccatorũ, libet hic adſcribere quid ea de re vetuſtiſsimus & idem doctiſsimus vir ſenſerit Origenes. Vide inquit ne forte ſicut dominus & ſaluator noſter quaſi agnus ad occiſionem ductus, & in ſacrificium altaris oblatus peccatorũ remiſsionem vniuerſo preſtitit mundo, ita fortaſsis ceterorum ſanctorum ac iuſtorum ſanguis fuſus eſt ad expiand' pro parte aliqua populum, ac interiectis nõnullis, poſteaq̃ docuit, quod etiam Paulus hoſtiam ſe obtulerit iugulandam, ſimiliter & alĳ ſancti, ſed in his omnibus inqt vnus eſt agnus qui totius mundi potuit auferre peccatum & ideo ceſſauerunt cæteræ hoſtiæ, quia talis hæc fuit hoſtia, vt vna ſola ſufficeret pro totius mundi ſalute. Cæteri enim precibus peccata, hic ſolus poteſtate dimiſit. Dicebat eñ. Fili remiſſa ſunt tibi peccata tua. Detrahere itaq; meritis ſanctorum nihil eſt aliud quam detrahere meritis Chriſti. Chriſtus eſt enim qui viuit in illis, Chriſtus eſt qui patitur in illis. Chriſtus eſt qui meretur in illis, cuius fuſo precioſo ſanguine, fit vt illorũ quoq; fuſus pro Chriſto ſanguis, valeat nobis ad remiſsionem peccatorum, quamuis hæc remiſsio non per alium detur, quã per Chriſtum. Sed hæc obiter de ſanctorum meritis, quæ miro quodam conſenſu ſemper fuerũt ab omnibus & doctrina & pietate viris prẹſtantibus omnibus ſeculis in Eccleſia celebrata, deq; pœnitentia & eius partibus dicta ſufficiant. Nunc de ſacramẽto extremæ vnctionis dicendum nobis reſtat. *Homilia 24. in numeros.*

## DE SACRAMENTO EXTREMAE vnctionis.

1.Timo.2. MEdiator Dei & hominum qui cũ veniſſet ſal-
Lucæ.19. uum facere quod perierat, dedit ſemetipſum
redemptionem pro omnibus, nõ ſolum Ieſus,
verumetiam Chriſtus vocari voluit. Ac illud quidem no-
men indè ſortitus eſt Mattheo etiam Euangeliſta teſte, qđ
Matth. 1. ipſe ſaluum facturus eſſet populum à peccatis eorũ. Neq;
Actuum.4. enim eſt nomen aliud ſub cœlo datum hominibus in quo
nos fieri ſaluos oporteat, præter nomen Ieſu. Chriſtus ve-
ro ex eo appellatus eſt, quod cum regia ſimul & ſacerdota
li dignitate fungeretur, vnctus erat non ab hominibus ve-
rum ab ipſo Deo, non confecto oleo, ſed diuino ſpiritu, hic
Pſal.61. enim dicit de eo propheta. Spiritus domini vnxit me. Neq;
vero propterea tãtum Chriſtus nominari voluit, quod vn-
ctus ipſe, verumetiam quod vnctionis gratiã in alios diffu
1.Regum.16. ſurus eſſet. Legimus Dauid regem tribus vicibus vnctum
eſſe. Primum in domo patris ſui. Hæc vnctio ſignificabat
illam quæ fit in baptiſmo, quæ & ipſa ſignum eſt, futuros
nos regni illius participes quod expectamus, regni ſempi-
Lucæ.1. terni, regni cuius nõ erit finis, regni quod parauit nobis De-
2.Regum.2. us à conſtitutione mundi. Secundo vnctus eſt in Hebron,
vt regnaret ſuper domum Iuda, poſt quam vnctionẽ ma-
la & aduerſa multa paſſus eſt. Hæc, ſignificabat vnctionẽ
in ſacramento confirmationis per quam nobis confertur
ſpiritus ſanctus ad reſiſtendum diaboli tentationibus, qui
nos per omne vitæ noſtræ tẽpus grauiter oppugnare nunq̃
Iob.7. intermittit, nihil vt aliud vita hominis ſuper terram quam
2. Regum. 5. milicia. Tercio iterũ vnctus eſt in regem ſuper omnẽ Iſrael

poſthanc

Poſthanc vnctionem in pace regnauit, hæc ſignificabat vn
ctionem iſtam extremam de qua nobis nūc ſermo eſt. Poſt
hanc enim ſuperatis hoſtibus diuino beneficio nobis datur
vt in regno illo ad quod in baptiſmo iuncti ſumus, & inau
gurati, pace fruamur ſempiterna. Quemadmodum autem
baptiſmus eſt intrantium, ſic hoc extremæ vnctionis ſacra
mentum eſt ex hac vita mortali exeuntium. Nam cum cal Ge.3.
caneo noſtro ſerpens callidiſsimus inſidietur maximè, ne=
q; vllo alio tempore nos oppugnet grauius quam cum ex
hac vita migrandum eſt, quod eā etiam ob cauſam Agon
vocatur, quod tum pugna validiſsima, tum certamen in=
ſtat grauiſsimum, noluit Chriſtus in extremo periculo no=
ſtro ſua nos ope deſtitutos eſſe, verum ſacramentum hoc
extremæ vnctionis inſtituit per quod non ſolum ad ſuſti=
nendos, verumetiam ad propellendos demonis impetus
firmiores efficeremur. Quamobrem, ſicut pœnitentia ad iu
ſticiam, ſic hoc extremæ vnctionis ſacramentum ad forti=
tudinem refert̃, quod in eo & animæ & corporis robur no=
bis confertur, nam vtriuſq; morbus propulſatur, animæ cū
peccata remittuntur quibus nulli poſſunt eſſe morbi gra=
uiores, corporis cum alleuiatur homo, quod tamen nō ſem
per euenit. Rectè igitur inter ſacramenta hoc quoq; extre=
mæ vnctionis numeratur. Eſt enim ſacræ rei ſignū efficax,
eſt viſibile ſignum inuiſibilis gratiæ nimirum peccatorum
remiſsionis, quæ confertur in hoc ſacramento, cuius princi
palis iſte fructus eſt vt auferatur peccatum eius qui ſacro Eſaiæ.27.
oleo inungitur. Secundarius autē eſt corporis quoq; ſanita
tis. Legimus apud Marcum quod exeuntes diſcipuli præ= Mar.6.

 dicabant

dicabant vt pœnitentiam agerent,& demonia multa eĳci-
ebant,& vngebant oleo multos egros,& ſanabantur.Quẽ
locum explicans Beda adducto Iacobi quoq; ea de re teſti-
monio,vnde patet inquit ab ipſis Apoſtolis hũc ſanctæ Ec-
cleſiæ morem eſſe traditum,vt energumeni, vel alĳ quili-
bet egroti,vngantur oleo pontificali benedictiõe conſecra-
to.Theophilactus quoq; locum eundem enarrãs,quod vn-
Iacobi. 5. xerant inquit oleo Apoſtoli,ſolus Marcus narrat,quod &
frater domini Iacobus in catholica epiſtola dicit.Infirmat'
quis inter vos inducat presbyteros Eccleſiæ,& orent ſuper
illum vngentes eum oleo.Eſt igitur oleum, & ad labores
vtile,& lucis fomentum,& hilaritatis effectiuum,ſignificat
q; Dei miſericordiam per quam à labore liberamur, & lu-
cem ac gaudium,ac hilaritatem ſpiritualẽ acipimus. Ex-
preſsius autem Iacobus,effectum huius ſacramenti demõ-
ſtrat.Cuius hæc verba ſunt.Infirmatur quis in vobis indu-
cat presbyteros Eccleſiæ & orent ſuper eum vngẽtes oleo
in nomine domini,& oratio fidei ſaluabit infirmum, & al-
leuiabit eum dominus,& ſi in peccatis ſit remittẽtur ei.Ex
quibus Iacobi verbis diſcimus nihil extremæ vnctioni de-
eſſe quod ad ſacramenti rationem pertinet. Eſt enim ele-
mentum ſiue ſignum viſibile quod materiæ locum obtinet
oleum pontificali benedictione conſecratum valde acco-
modatum ad demonſtrandum id quod perficitur in hoc
ſacramento.Quod enim olei natura preſefert, hoc in huius
ſacramenti diſpenſatione in homine egroto diuina virtute
per fidei efficatiam efficitur.Nam ſicut oleum conducit ad
labores & lucis fomentum,& hilaritatem,ita extrema vn-

ctio

ctio conducit ad liberandum hominem à labore corpo=
ris ex morbo,& animæ ex peccatis contracto,lucemq́;,gau
dium,& ſpiritalem hilaritatem confert,modo fides egrotā
tis accedat.Ad hoc olei elementum cum accedit verbum
fit ſacramentum, verbum autem eſt oratio fidei, quando
presbyter vngens dicit,in nomine patris,& filij, & ſpiritus
ſancti,adiunctis pijs & ſuccinctis præcationibus ab Am=
broſio & Gregorio compoſitis,vt quicquid illicito viſu, au
ditu,cœterisq́; ſenſibus egrotus deliquit per huius olei vn=
ctionem expietur, cū imprecatione pacis.Atq́; hæc eſt gra
tia quæ confertur accedente verbo ad elementum, expia=
tio remiſsioq́; peccatorum. Qui vero ſecundarius eſt effe=
ctus huius ſacramenti,eum quod non ſemper egrotus con
ſequitur,vel ideo fit quod animæ non ſemper expedit, vel
quod oratio non ex firma fide proficiſcitur. Vbi enim fides
magna eſt & ardens,facile quiduis à Deo impetrat,vbi ve=
ro modica fides eſt aut nulla,nihil obtinet. Legimus quod
in ſua patria Chriſtus nullam potuit facere virtutem pro=
pter incredulitatem eorum.Quamobrem non queuis ora=
tio,ſed fidei oratio,quando quis orat in fide nihil hæſitans, *Matth.13.*
ea demum quiduis obtinet.Vbi ergo eſt oratio fidei,modo *Iacobi. 1.*
ne quid ea res egrotantis animæ ſaluti officiat, nihil dubi=
tandum eſt quin corporis quoq́; ſanitatem per vnctionem
hanc ſit adepturus.Scribit Sulpitius Seuerus in vita ſancti *Capi.21.*
Martini,quod oleo ſanctificato puellam quādam dira pa=
ralisis egritudine correptā,vt iam nulla ad humanos vſus
corporis officio fungeretur, ſanitati reſtituit. Cōmemorat *Li.11.Cap.4.*
Rufinus quoq́; non diſsimilia de diſcipulis Antonij, quod *Eccle.Hiſtor.*
*li.3.*

Lib.3. multos infirmos oleo perunctos curabant. Meminit huius
ſacramenti Chriſoſtomus, vbi tractat de ſacerdotio. Memi
De uiſita. in- nerunt Hieronymus quoq; ad Ruſticum ſcribens, & Au-
fir. li. 2. ca. 4. guſtinus in locis aliquot, & eius ſynchronus Innocẽtius e-
& de rectitu piſtola prima quam ſcripſit ad Decentium capite octauo,
dine catholi- vbi inter cætera ſcribit. Pœnitentibus iſtud fundi nõ poteſt
cæ conuerſa- quia genus eſt ſacramenti. Nam quibus reliqua ſacramen
tionis. ta negantur, quomodo genus vnum putatur poſſe conce-
di? Sed iam ad ſacramentum ordinis accedamus.

## DE SACRAMENTO ORDINIS. Caput. XLIX.

CVM quæ ſunt à Deo, ordinata ſint, non alibi
ROM. 13. magis requiri videtur, vt ſint ordinata omnia
quam in Eccleſia, quam à Deo eſſe dubiũ non
eſt. Ipſe enim Deus & dominus noſter Ieſus Chriſtus col-
legit eam, & ædificauit ſanguine ſuo, qui propterea mori di
gnatus eſt, vt filios Iſrael qui erant diſperſi congregaret in
Ioan. 11. vnum, vt eſſet vnus paſtor & vnum ouile. Quamobrẽ re-
Ioan. 10. ctè in canticis caſtrorum acies ordinata vocari legitur, ne-
Can 6. q; alia magis re eſt aduerſarijs poteſtatibus terribilis quam
eo ipſo qđ ẽ ordĩata. Eſt igit̃ ordo cõprimis ĩ ea neceſſariꝰ,
Li. 1 de ordi de quo preclare ſcriptũ ẽ ab Augu. Ordo ẽ quẽ niſi tenueri
ne ca. 9. mꝰ in vita, ꝑducet ad deũ, & quẽ niſi tenuerimꝰ ĩ vita, nõ ꝑ-
ueniemꝰ ad Deũ. Si ergo nõ ꝑuenit̃ ad deũ niſi ſit ordo rctẽ
tus, omnia p rius & facere et pati nos oportet, quam vt eum
deſeramus, ne ſi quod abſit deſeruerimus eo (quod abſit)
nos

noſ venire contingat vbi vmbra mortis & nullus ordo, ſed Iob. 10.
ſempiternus horror inhabitat. Recte autem ordinem qua‑
tenus eſt Eccleſiæ ſacramentum de quo nunc à nobis ora‑
tio ſuſcepta eſt ſignaculum Eccleſiæ quoddã eſſe dicemus
per quod ſpiritualis poteſtas traditur ordinata, ad quã e‑
xercendam non licet cuiquam ſeipſum ingerere, verum vo
cationem expectare neceſſe eſt, quæ nihil aliud eſſe videtur
quam ordinatio. Hoc eſt quod Paulus admonet. Ne quiſ‑ Hebreo. 5.
quam ſibi ſumat honorem, ſed qui vocatur à Deo tanquã Romano. 10.
Aaron. Et rurſus alio loco. Quomodo inuocabũt in quem
non crediderunt? quomodo autem audient ſine predicãte?
quomodo vero prædicabunt niſi mittantur? Quod autem
ordo vel quod rectius dici poteſt ordinatio ſit ſacramentũ
vel ex eo liquet, quod eſt ſacræ rei ſignum efficax. Eſt enim
viſibile ſignũ, ſiue forma viſibilis inuiſibilis gratiæ, quæ mul
tiplex in hoc ſacramento confertur, cum etiã ipſe ſit ordo
multiplex, quemadmodum paulo poſt docebimus. Signũ
ſeu elementum huius ſacramenti ſiue quis materiam voca
re malit, eſt in ſacerdotibus vnctio, ſiue manuum impoſitio
in reliquis attactus eorum quæ tangenda ſunt. Ad quod e‑
lementum cum accedit verbum fit ſacramentum. Nam nõ
ſignificatur modo, verumetiam re ipſa confertur inuiſibilis
gratia, per quam fit vt tradita ſibi ſpirituali poteſtate rectè
fungi poſſit ordinatus. Quod autem conferatur in hoc ſa‑
cramento gratia, teſtis eſt Paulus cum Timotheum ſuum
ijs verbis alloquitur. Noli negligere gratiam quæ in te eſt, 1. Timo. 4.
quæ data eſt tibi per prophetiam, cum impoſitione manu‑
um presbyteri. Et iterum ad eundem dicens. Admoneo te

2.Timo.1. Vt reſuſcites gratiam Dei quæ in te eſt per impoſitionē ma-
nuum mearum.Meminit hoc loco Paulus elementi viſibi-
lis manū impoſitionis,meminit ſimul inuiſibilis gratiæ quæ
per eam confertur.Quiſquis enim eo quo debet affectu ad
hoc ſacramentum percipiendum actedit,is virtute diuina
ad ardui muneris quod ei mandatur exequutionem prępa
ratur & inſtruitur,ſimul etiā datur ei diuinitus authoritas
& poteſtas,rata vt ſint & efficatia, quemcumq; ſic ordina-
tus in eo quod ſuſcepit offitio iuxta Chriſti capitis & eius
corporis Eccleſiæ inſtitutionem ritè geſſerit. Non enim
perſona ſacerdotis attendi debet,qui eadem eſt qua cæteri
infirmitate prędìtus,verum eius à quo miſſus eſt poteſtas,
Hebreo.5. Ioannis.20. eius qui dixit,Sicut miſit me pater,& ego mitto vos,qui ba
ptiſandi,qui ligandi & ſoluēdi,qui conſecrādę diſtribuēdæ
& offerendæ Euchariſtiæ,quiq; cæterorum myſteriorū ſu-
orum diſpenſandorum poteſtatem tradidit.Recte itaq; in
Li.2. contra ter ſacramenta ordo numeratur.Quod nomen illi ab Au-
Epiſtolā Par- guſtino quoq; tribui legimus,cuius hæc verba ſunt.Nam il
meniani Ca. lud quod quidam eorum veritate conuicti dicere cœperāt
14. baptiſmum quidem nō amittit qui recedit ab Eecleſia,ſed
ius tamen dandi amittit.Multis modis apparet fruſtra &
inaniter dici.Primo quia nulla oſtenditur cauſa cur ille qui
ipſum baptiſmum amittere non poteſt, ius dandi ammit-
tere poſsit,vtrumq; enim ſacramentum eſt,& quadam cō-
ſecratione vtrumq; homini datur,illud cum baptiſatur, il-
lud cum ordinatur.Ideoq; in catholica vtrumq; non licet
iterari.Nam ſi quando ex ipſa parte venientes etiam pre-
poſiti pro bono pacis correcto ſchiſmatis errore correcti
ſunt

ſunt,& ſi viſum eſt opus eſſe vt eadem officia gererent quę gerebant, non ſunt rurſus ordinandi,ſed ſicut baptiſmus in eis ita ordinatio manſit integra,quia in præciſione fuerat vitium quod vnitatis pace correctum eſt. Non in ſacramẽtis quæ vbicumq; ſunt ipſa vera ſunt.Et cum expedire hoc videatur Eccleſiæ,vt præpoſiti eorum venientes ad catho= licam ſocietatem honores ſuos ibi non adminiſtrent, non eis tamen ipſa ordinatione ſacramenta detrahũtur,ſed manent ſuper eos.Itaq; non eis in populo manus imponitur, ne non homini ſed ipſi ſacramento fiat iniuria.Ex quo loco illud diſcimus, æque ordinationem ſacramentum eſſe vt baptiſmum.Et ſicut Baptiſmus non iteratur,ita neq; ordi= natio,quod æquè in illa atq; in baptiſmo character impri= mitur.Sicut enim in baptiſmo character ſiue ſignum im= primitur,quo diſcernuntur fideles ab infidelibus, ſic in or= dinatione character imprimitur quo diſcernuntur clerici à laicis.Leo quoq; pontifex primus eius nominis ſacramenti nomen tribuit ordinationi dicens.Prȩter authoritatem cõ= ſuetudinis quam ex apoſtolica nominis venire doctrina e/ tiam ſacra ſcriptura manifeſtat, quod cum Apoſtoli Pau= lum & Barnabam ex prȩcepto ſpiritusſancti ad Euange= lium gentibus mitterent predicandum,ieiunantes & oran= tes impoſuerunt eis manus,vt intelligamus,quanta & dantium & actipientium deuotione curandum ſit ne tantæ be= nedictionis ſacramentum negligenter videatur impletum. His verbis docemr̃ nõ mõ ſacramentũ eſſe ordinationẽ verũetiam gratiã in ea cõferri. Quid enim opus eſſet ieiunio, oratione,tantaq; deuotione dantium & actipientium niſi

*Eiſtola.81.*

*Actuum.13.*

gratia conferretur? Inde illud inſtitutum videmus quod non ordinantur ſacerdotes, niſi precedente ieiunio, vel quadrageſimæ, vel eo quod vocatur quatuor temporũ, quod ea etiam ex cauſa inſtitutũ eſſe videtur, vt vno animo, vnoq; conſenſu, placato per ieiunium & eleemoſinas domino, precentur Deum omnes quo dignos operarios mittat in meſſem ſuam. *Ioannis. 10.*

## DE DISTINCTIONE ORDINVM. Caput. L.

Diuiduntur autem ordines in minores & maiores. Minores quatuor nominantur, Oſtiarij ſiue Ianitores, lectores, exorciſte, Acolithi. Maiores tres, ſubdiaconi, diaconi, ſacerdotes. Præcedit autem hos omnes prima tonſura, quæ non eſt ordo, ſed magis diſpoſitio quædam ad ſuſcipiendos ordines. In qua quod capillorum inmodum coronæ quædam ſit refectio, illud ſignificat, eum cui capilli reſecantur in illius miniſterium aſſumi, cui ſeruire regnare eſt, atq; in regnum quoddam ſpirituale transferri. Ianitorum ſiue hoſtiariorum officium eſt, ſtare ad oſtia templi, quos dignos eſſe ſciunt admittere, quos indignos nouerit, eos repellere. Hos Ignatius cuſtodes appellat ſanctarum portarum. Cenſebantur autem indigni pagani ſiue Ethnici, Cathecumeni, Heretici, excomunicati, energumeni, flagitioſi, pœnitentes, qui excludebantur ab adytis templorum. Sicut apud Chryſoſtomum et Ambroſium videre licet. Videtur hic ordo etiam Apoſtolorũ tẽporibus fuiſſe, & ab ipſis inſtitutus eſſe, quandoquidẽ ſynchronus

*Epiſtola. 8.*

*Homi 60. & 41 ad popu. antiochenũ. Epiſto. 33.*

chronus Apoſtolorum Dionyſius,& qui non magno inter uallo eos ſequuti ſunt Ignatius & Tertulianus,huius ordinis meminerunt. Dantur hoſtiario cum ordinatur claues Eccleſiæ,ſimul admonetur ab Epiſcopo,ſic agat quaſi rationem Deo redditurus de rebus quæ clauibus ijs recludũtur. Officium hoc expreſsiſſe videtur ſeruator noſter,quando flagello de funiculis facto,ementes & vendentes eiecit de templo. Qui etiam oſtium ſeipſum appellare dignatus eſt. Per me inquit ſi quis introierit ſaluabitur. Ex hoc ordine prouehitur ordinandus ad officium lectoris,vt ex Eccleſiæ traditione,legat in ea prophetias & lectiones Apoſtolicas. In cuius rei ſignum traditur illi codex diuinarum ſcripturarum,ſimul admonetur ab Epiſcopo,vt accipiat & ſit verbi Dei relator,habiturus ſi officiũ ſuum impleuerit partẽ cum ijs qui bene miniſtrauerunt. Quod officiũ exhibuit dominus noſter in propria perſona,quando in medio ſeniorum librum Eſaiæ aperuit atq; in eo legit. Spiritus domini ſuper me.&c. Functos officio lectorum legimus apud Cyprianum,Aurelium,Celerinum,& Satyrum,apud Gregorium Nazanſenum,Baſilium,apud Socratem in Eccleſiaſtica hiſtoria,Ioannem Chryſoſtomũ. Tertius eſt exorciſtarum,ordo cuius eſt officium ejcere demones,& dicere populo vt qui non communicat det locum,ac aquam in miniſterio fundere. Dat̃ huic per Epiſcopum codex in quo ſcripti ſunt exorciſmi. Dicitur illi vt accipiat & commendet memoriæ,& habeat poteſtatem imponendi manus ſuper energumenos,ſiue baptiſatos,ſiue catheguměos. Hoc officiũ ſæpe Chriſtum & apoſtolos eius functos eſſe legimus

*Ca.3.Eccleſ. Hierar.*
*Epiſtola. 8.*
*Aduerſus. Hereticos.*
*Matthei 21.*
*Ioannis 10.*
*Lucæ 4.*
*Eſaiæ 61.*
*Li.2 Epiſto.5*
*Li.4 Epiſto.5*
*Li 3.Epiſtola 22.*
*Li 6.Ca.3.*
*In monodia in Baſilium.*

 mus

musquando demonia ex obſeſsis corporibus eiecerunt,
Quarto loco ordinantur Acolithi qui latine vocantur cero
ferarij,quod actenſos cereos ferunt cū legitur Euangelium
vel cum offertur ſacrificium. Non vt propellant tenebras
has viſibiles,ſed vt ſicut lumē viſibile geſtāt manibus quo
*Matth. 5.* noctis tenebrę propulſantur,ſic luceat lux illorum corā ho
minibus vt videant opera illorū bona,& glorificent patrē
noſtrum qui in cœlis eſt. Hi cum ordinantur, actipiunt ab
Epiſcopo candelabrum cū cereo, ſimul ab eo audiunt vt
actipiant ceroferariū cum cereo,& ſciant ſe ad actēdenda
eccleſiæ luminaria mancipatos in nomine Domini. Actipi
unt ſimul vocem ad ſuggerendum vinum & aquam in Eu
chariſtiam ſanguinis Chriſti.Hoc officium ſe habere teſta=
tur dn̄s dicēs. Ego ſum lux mundi,qui ſequit̃ me nō ambu
lat in tenebris. Huius officij formam illi gerebāt in veteri
teſtamento,qui lucernas candelabri componebant,& actē
debant igne cęleſti ad illuminandas tenebras aquilonares
In argumēto vtriuſq; Epiſtolæ ad Theſalonicenſes fit one
ſimi Acoliti mentio,vnde colligi poteſt fuiſſe hūc ordinem
ſecuti de alijs quoq; rectè creditur apoſtolorū temporibus,
Extat Epiſtola Gaij Papæ & martiris qui vixit Diocletia=
ni temporibus,in qua monet ne aliter ordinādi ad ordines
Eccleſiaſticos actedāt,quam vt ſit aliquis primo oſtiarius,
deinde lector,poſtea exorciſta, inde ſacretur Acolitus, de=
mum ſubdiaconus,deinde Diaconus, & poſtea presbyter
Et exinde ſi meretur Epiſcopus ordinet̃. Sic gradatim ad
epiſcopi dignitatem perueniendum eſſe decreuit.Quæ eti=
am ratio eſt quod ſacramentum hoc ordo vocat̃. Aequū
enim

enim eſſe viſum eſt quod in gubernatore nauis obſeruatur id multo diligentius obſeruetur iu Eccleſiæ naui gubernãda. Sicut enim in illa, nõ ſtatim alicui gubernacula credũtur, ſed primum adhibet̃ ad remos, poſtea in proram deducitur, inde paulatim ad vlteriora procedit, ac tandẽ vbi multam rerum maritimarum experientiam conſequutus eſt, tandem ad gubernacula admittitur, ſicut etiam in rebus bellicis, militis primum officio fungitur aliquis, poſtea decurio fit, deinde centurio, ac poſteaquam ordines duxit aliquandiu, tandem ſi ſit repertus idoneus, dux & imperator militum deſignat̃, ita fieri oportet in Eccleſia, vt ne qs ad ſummum gradum ſubito proſiliat, verũ in minoribus aliquandiu ſe exerceat ac pedetentim ad maiores progrediatur. Quod etiam ita fieri oportere in Monodia Baſilij docet Gregorius Nazanſenus. Soſimus verò pontifex, qui fuiſſe videtur Auguſtini ſynchronus etiam interuallum tẽporis deſcribit, inter vnumquemq; gradum, ita vt inter lectores ſiue exorciſtas quinquennio teneatur, exinde acolitus vel ſubdiaconus quatuor annis, & ſic ad benedictionẽ diaconatus ſi meretur actedat, in quo ordine quinq; annis ſi inculpatè ſe geſſerit hærere debebit. Exinde ſuffragantibus ſtipendijs per tot gradus datis propriæ fidei documentis, presbiterij ſacerdotium poterit promereri. De quo loco ſi eum exactior ad bonos mores vita perduxerit, ſummum pontificatum ſperare debebit. Hinc videre licet, quod ſuo quiſq; fungebatur ordine in primitiua Eccleſia, & erãt certo numero ex vnoquoq; ordine conſtituti. Sicut etiam ab Euſebio ſcriptum legimus, vbi recenſet epiſcopum vnum,

*Ad Iſichium Cap. 3.*

*Li. 6. capi. 20. in Eccleſi. hi.*

presbyteros quadraginta ſex,diaconos ſeptem, ſubdiaco=
nos ſeptem,acolithos quadraginta & duos, exorciſtas &
In fine libri ſui de herſib9 lectores cum hoſtiarijs quinquaginta & duos. Epipha=
nius vbi ordines enumerat meminit Epiſcopi primo loco,
Epiſtola. 8. deinde presbyteri Diaconi,ſubdiaconi,lectorum,laborato
rum,& Ianitorum.Ignatius vero ſalutari iubet primū pres
byterum,deinde diaconos,mox ſubdiaconos,lectores, can
tores,oſtiarios,laborantes,exorciſtas atq; confeſſores. Ex=
tremo vero loco cuſtodes ſanctarum portarum.Cæterum
ordines ij minores, inter ſacros non numerabantur, ſed ij
tres tm̄ ad ſacros ordines pertinere creduntur,ſubdiacona
tus diaconatus,& ſacerdotium.

## DE SACRIS ORDINIBVS QVI MAIO= res vocantur. Caput. LI.

INter ſacros ordines, qui maiores appellantur,
primum locum obtinet ſubdiaconatus. Eſt aūt
officium ſubdiaconi aquam ad miniſterium altaris prepa/
rare,ac tantum de oblationibus in altari ponere quantum
ſufficere poſsit populo Dei,tum Epiſtolam cantare, in cu=
ius rei ſignum accipit patenam & calicem vacuum de ma=
nu Epiſcopi & admonetur vt videat cuiuſmodi miniſteriū
ſibi tradatur,atq; ideo ita ſe exhibeat, vt Deo placere poſ=
ſit.Datur etiam liber epiſtolarum,diciturq; ei ab Epiſcopo
vt eum accipiat,& habeat poteſtatem legendi eas in Eccle
ſia ſancta Dei,tam pro viuis quam pro defunctis. In nomi
ne patris & filij & ſpiritus ſācti.Hoc officio dominus vſus
eſt,quando facta cœna cum diſcipulis, linteo ſe precinxit,
Ioanis.13. & mittens aquam in peluim pedes diſcipulorum lauit, &

linteo exterſit. Qui ſuſcipit hunc ordinem, ei cõtinentię lex indicitur, vt impleatur illud quod à propheta dictum eſt Mundamini qui fertis vaſa domini, aequum enim eſt, vt ſe ipſos exhibeant vaſa in honorem non in contumeliam, atq; ab omni carnis inquinamento ſe contineant qui altari appropinquantes vaſa illa ferunt in quibus corpus & ſanguis domini conficitur. Meminit Cyprianus, qui fuerunt in Eccleſia Cartaginenſi ſubdiaconorum Meſsiæ, & Clementis, per quos ad Cornelium papam literas dedit. Quin ipſum Cyprianum ordinaſſe legimus ſubdiaconum Optatũ Hunc ordinem ſequitur ordo Diaconorum, qui latine poſſunt dici miniſtri. Hic ordo leuitarum appellabatur in veteri teſtamento. Preceperat enim dominus Moyſi, vt poſt ordinationem Aaron & filiorum eius, tribus Leui ad diuini cultus miniſterium ordinaretur, & conſecraretur domino, & ſeruirent pro Iſrael in tabernaculo Dei coram Aaron & filijs eius. Legimus in actis apoſtolorum ſeptem viros boni teſtimonij ſpiritu ſancto plenos ad hoc officium electos & oratiõe premiſſa manus eis impoſitas eſſe. Fuit inter eos Stephanus protomartyr, fuit & Nicolaus author ſectę vnius omnium flagicioſiſsimæ. Inde mos inoleuit, quinetiam decretum interceſsit, vt in omni matricæ Eccleſiæ ſeptẽ diaconi circa Chriſti aram ſublimiori gradu tanquam colũne ſeptem epiſcopo aſsiſtant, habitiq; ſunt Diaconi tanq̃ oculi epiſcopi oberrantes & circumluſtrantes cum verecundia actus totius Eccleſiæ perſcrutantes diligentius. Si quẽ videant viciuum fieri precipicio & proximum eſſe peccato, vt referant hæc ad Epiſcopum, vt commoneri ab eo poſſit,

*Eſaiæ 52.*

Li. 2 *Epiſto*10
Li. 3. *epiſto*. 21
Li. 3 *epiſto*. 22

*Numeri*. 3.
*Leui*. 8.

*Actu*. 6.

*Epiſtola 1ad Iacobum fratrem domini.* ſit,ſicut à Clemente ſcriptum eſt, qui cuſtodiebant etiam
Epiſcopum à maleuolis hominibus & conſenſum eius pre
*Tractatu 5.* bebant ſacrificia. Origenes autem ſacerdotes mauult ocu-
los Eccleſiæ dici: quod ſpeculatores vocētur, diaconos aūt
cæterosq; miniſtros, mauult exiſtimari manus, quoniam p
eos opera ſpiritualia vniuerſa geruntur, populum vero pe
*Actuū.6.* des. Temporibus apoſtolorum ſicut in actis legimus men-
ſis miniſtrabant, hoc eſt peccuniam diſpenſabant quæ da-
batur apoſtolis & in pauperum vſus conuertebant. Sicut
*Tractatu.15. in Mattheū.* ex eodem Origene, Chryſoſtomo, & qui preceſsit cum Ci-
*In Homilia. cōtra Concubinarios.* priano diſcimus. Ordinantur autem per manuum impoſi-
tionem, daturq; illis Euangeliorum liber, & poteſtas legen
di illud conceditur. Neq; legendi modo verumetiam præ-
*Li.2 Epiſto.8. In quartū Ca. ad Ephe.* dicandi, quamuis æuo ſuo ſcribat Ambroſius prædicandi
poteſtatem diaconis ademptā fuiſſe. Hos apoſtolus vult
*1.Timo.3.* eſſe pudicos, non bilingues, non multo vino deditos, non
turpe lucrum ſectantes, habentes myſterium fidei in con-
ſcientia pura, quos primum etiam probare iubet & ſic mi-
niſtrare nullum crimen habentes. Officio diaconi functus
*Matthei. 26. ibidem.* exiſtimatur Chriſtus quando poſt cœnam proprio ore &
proprijs manibus ſacramenta cōfecta diſpenſauit, & quā-
do dormientes Apoſtolos ad orationem inuitauit dicens.
Vigilate & orate, vt non intretis in tentationem.

## DE SACERDOTIO.
### Caput LII.

VNus autem excellentiſsimus ordo ſacerdotū
cui reliqui omnes ſubſeruiunt. Verſatur eius
officium circa corpus Chriſti. Eſt autem cor-

pus

pus Chriſti duplex. Verum, quod à ſacerdote conſecratũ offertur in altari, ac ſumere volentibus diſtribuit. Myſticũ eſt Eccleſia, ſicut iã antea non vno loco copioſe diſſeruim⁹ Vnus enim panis, vnũ corpus multi ſumus qui de vno pa- ne participamus. Circa vtrumq; verſatur ſacerdotis offici- um, cui varia & multiplex poteſtas conceditˀ. Nam quod attinet ad verum & viuum Chriſti corpus, datur illi pote- ſtas conſecrãdi, offerendi, & ĳs qui ſumere voluerint diſtri- buendi. Id q̃ ex inſtitutione Chriſti, qui in cæna illa nouiſſi ma ſacerdotes inſtituens ſecundum ordinẽ Melchiſedech dicens hoc facite in meam cõmemorationem, poteſtatem hanc illis largitus eſt, quemadmodum vbi de ſacrificio mi- ſſæ ſermo nobis fuit, pluribus verbis teſtimonio ſanctorũ patrum confirmauimus. Quod vero attinet a d myſticum Chriſti corpus Eccleſiam datur illis poteſtas baptiſandi. Sic enim dixit Chriſtus apoſtolis. Euntes docete omnes gentes baptiſantes eos in nomine patris, & filĳ, & ſpiritus ſancti, datur poteſtas abſoluendi, quod illa Chriſti verba indicant. Quorum remiſeritis peccata remittuntur eis, da- tur poteſtas prędicandi. Dicit enim idem Chriſtus. Eũtes in mundum vniuerſum prędicate Euangelium omni crea- turæ. Paulus Apoſtolus vocat ſacerdotes miniſtros Chri- ſti, & diſpenſatores miniſteriorum Dei. Quale ſit autem ſa cerdotis miniſterium, docet idẽ alio loco, cum dicit, quod Deus nos reconciliauit ſibi per Chriſtũ, & dedit nobis mi- niſterium reconciliationis, quoniam quidem Deus erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi, & non reputans illis delicta ipſorum, & poſuit in nobis verbum reconciliatiõis.

1. Corin. 10.
Mat. 26.
Ioan. 2.
Marci 16.
Ioan. 20.
Mat. 25.
1. Cori. 4.
2. Corin. 5.

pro Chriſto ergo legatione fungemur tanquã Deo exhortante per nos obſecramus pro Chriſto reconciliamini deo Ex quo loco colligitur, ſacerdotẽ nihil aliud eſſe quã Chriſti legatũ, qua etiã ex cauſa dictus eſt à propheta Angelus Domi exercituũ. Quãdo autẽ Chriſti legatũ dicimus eſſe ſacerdotẽ, & capitis & corporis intelligi volumus. Totus enim Chriſtus & caput eſt, & corpus. Pro Chriſto capite legatione fungitur ſacerdos, quando ex loco ſuperiore verba facit ad populum, & voluntatẽ eius explicat, ſimul obſecrat nomine Chriſti, vt vicia ſua deteſtati, atq; ab illis auerſi Deo reconcilient. Pro Chriſti corpore hoc eſt Eccleſia legatione fungitur, quando ſtans ad altare, eã quæ perfuſum pro nobis Chriſti ſanguinem in cruce facta eſt recõciliationem, Deo patri offerens, atq; illius eum cõmonefaciendũ ſupplex rogat in perſona totius Eccleſiæ, & illius reconciliationis virtute, populo ſuo propicius eſſe, ac fructũ illius adipſum redundare velet. Hoc eſt quod Hieronymus, ſacerdotem Dei vocat ſequeſtrum & hominũ hoc eſt quod Chriſoſtomus medium ſtare dicit ſacerdotem inter Deum & humanam naturã, illinc venientia beneficia ad nos deferentem, & noſtras petitiones illuc perferentẽ. Dominum iratum vtriq; naturæ reconciliantẽ, & nos qui offẽdimus ex illius manibus eripientẽ. Hoc eſt quod idẽ alio loco, ſacerdotem pro vniuerſo totius orbe legatum intercedere, depręcatoremq; eſſe apud Deum dicit, vt hominũ omnium nõ viuentium modo, ſed etiam mortuorum peccatis propitius fiat, itaq; quaſi mundus vniuerſus illi concreditus atq; omnium ſit pater, ſic ipſum ad Deum actedere,

Malachiæ 2.

in Ca. Mala.

De uerbis Eſaiæ Homilia

Li. 6. de ſacer.

Ac paulo poſt. Cum autem ille & ſpiritũ ſanctum inquit inuocauerit, ſacrificiumq́ꝫ illud horrore ac reuerẽtia pleniſsimum pfecerit, cõmuni omniũ Domino, manibus aſsiduæ pertractato, quero ex te, quoto illum in ordine collocabimus, per id tempus & angeli ſacerdoti aſsident & cœleſtium poteſtatum vniuerſus ordo clamores excitat, & locus altari vicinus in illius honorem quæ imolatur angelorũ choris plenus eſt. Hoc eſt quod Ambroſius quoq́ꝫ Ieſũ alloquens. Quoniam (inquit) me peccatorem inter te & eundem populum medium eſſe voluiſti, licet in me boni operis teſtimonium non agnoſcas, officium diſpenſationis creditæ non recuſes, nec per me indignum famulum tuum eorum ſalutis pereat pręcium, pro quibus victima factus, ſalutaris dignatus es eſſe redẽptio. Sacerdos igitur, nihil aliud eſſe videtur, quam ſicut Paulus dicit, recõciliationis miniſter. Fungitur autem hoc miniſterio, primum quãdo anunciat populo per Chriſtũ in cruce pro nobis mortuũ remiſsionem peccatorum nobis obtentam, ac Deo patri nos eſſe reconciliatos: Deinde cum eum admonet quãdoquidem facta iam ſunt per Chriſtum omnia, quæ ad reconciliandum Deo patri genus humanum pertinerẽt, nihil vt ex illius parte deſit hominibus ad ſalutem conſequendam vt ne ſibi deeſſe ipſi velint, ſed ꝑ ſe quiſq́ꝫ reconciliari Deo conetur. Neq́ꝫ enim exiſtimare quemq̃ oportere, quod hoc ſolum ſufficiat ſcire, & credere, quod cum inimici eſſemus, reconciliati ſumus Deo per mortem filij eius, verum neceſſe eſt, vt ipſi quoq́ꝫ adferamus aliquid ad reconciliationis illius in crucæ factæ fructum in nos transferendum, vt pec

*In oratione priore preparatoria ad miſſam.*

*2. Corinthi. 5*

*Roma. 5.*

*Eſaiæ. 59.*

cata deteſtemur quæ diuiſerunt inter nos, & inter dominū Deum noſtrum, quæ nobis illum offenſum reddiderūt, atq; ab illis auerſi, conuertamur ad dominum Deum noſtrū in toto corde noſtro, illi nos credamus, in illo ſpem & fiduciam noſtram omnem collocemus, illius amore inflammemur, ac per fidem viuam & per ſacramentorum ſuſceptionem, quæ ab illo ſunt inſtituta, tanquam inſtrumenta quędam ſalutis noſtræ, deniq; per orationem ardentem, ac paſſionis & mortis illius iugem commemorationem, cuius in altari per ſacerdotem ſacris operantem repreſentatio fit, illud efficere conemur, vt quem fructum vniuerſo mundo mors Chriſti attulit, eius participes eſſe queamus. Quamobrem non ſolum cum pręedicat Euangelium ſacerdos, miniſter eſt reconciliationis, verumetiam cum baptiſat, cum pœnitentem abſoluit, cum Euchariſtiæ ſacramentum porrigit, cum orat pro peccatis populi, cum corporis & ſanguinis Chriſti ſacrificium offert, in omnibus ijs, nihil aliud eſt quam reconciliationis miniſter, quam non mō verbis prædicat, verumetiam habitu, & actione repreſentat, ac quēadmodum ea facta ſit in cruce ſub aſpectum aſtantis populi ſubijcit, atq; omnia facit, vt fidei ſuæ commiſſus populus, reconciliationis in cruce factæ fructum conſequi poſsit Quam ad rem non alio vtitur mediatore quā ipſo Chriſto. Illius enim corpus illius ſanguinem offert Deo patri, ac tāti precij quo redemptus & reconciliatus eſt ei mundus, ipſum commone facit, eccleſiæq; totius nomine ſupplex petit vt propter fuſum filij ſui ſanguinem, cuius rei commemoratio fit in altari, oculis clementiæ ſuæ eam reſpicere, atq;

Iohelis. 2.

reconciliati-

reconciliationis in cruce factæ fructum ad eam redunda=
re velit. Qua tamen in re, nihil aliud quam miniſter ē ſacer= Pſal. 119.
dos. Nam verus ſacerdos, verus mediator, & reconciliator
non eſt niſi ille cui dictum eſt. Tu es ſacerdos in æternum
ſecundum ordinem Melchiſedech, ille de quo ſcriptum ē. Ioā. 2.
quod factus eſt propitiatio pro peccatis noſtris, ille eſt qui
baptiſat, ille eſt qui peccata remittit, ille eſt qui reconciliat,
ille eſt qui interpellat pro nobis, ille eſt qui docet, ille ē qui
conſecrat Euchariſtiam, ille eſt qui porrigit ſumere volen=
tibus, ille eſt qui offert corporis & ſanguinis ſui ſacrifitium
in altari, ipſe & ſacerdos & ſacrifitium, vnum cum eo cui o
ffertur, vnum pro ijs quibus offertur. Sicut igitur in prędi=
cando Euangelio, non eſt ſacerdotis niſi miniſterium, non
enim ſacerdos eſt qui loquitur, ſed ſpiritus patris cœleſtis
qui loquitur in illo. Quod etiam teſtatur Paulus dicens. Mat. 10.
An experimentum quæritis eius qui loquitur in me Chri= 1. Cor. 13.
ſti. Sicut in baptiſando, non eſt ſacerdotis niſi miniſteriū.
Solus enim ille vere baptiſat, & à ſordibus abluit peccato=
rum, de quo dictum eſt in Euangelio, hic eſt qui baptiſat, Ioā. 1.
dominus noſter Ieſus Chriſtus, quod & Paulus indicat, cū 2. Corin. 13.
reprehendens eos qui baptiſmum ex miniſtrorum dignita
te metiebantur dicentes Ego quidem ſum Pauli, alius aūt
ego Apollo, quid igitur eſt inquit Apollo? quid vero Pau=
lus? ac mox ſubdit, miniſtri eius cui credidiſtis, et vnicuiq;
ſicut dominus dedit. Ego plantaui Apollo rigauit, ſed De=
us incrementum dedit. Itaq; neq; qui plantat eſt aliquid,
neq; qui rigat, ſed qui incrementum dat deus. Sicut in re=
mittendis peccatis, non eſt ſacerdotis niſi miniſteriū, recte

Lu. 5. enim illi dixerunt. Quis poteſt dimittere peccata niſi ſolus Deus? ſicut in alijs quoq; functionibus nõ eſt ſacerdotis niſi miniſterium, nam quod virtutis eſt, & efficaciæ non preſtat niſi ſolus Deus, ſic in cõſecratione, ſic in oblatione, ſic in Euchariſtiæ diſtributione, non eſt ſacerdotis, niſi miniſterium. Teſtatur, hoc Chriſoſtomus quoq;, qui poſteaquam duriter eos increpauerat, qui poſt admiſſa peccata non cõtriti, neq; confeſsi ad Euchariſtiam actedebant, quod tamen ita faciendum eſſe docent noſtri temporis heretici, cũ illa vera dixiſſet. Demonium patiente peior eſt qui poſtq̃ peccauit actedit, verum & tu laice inquit, cum ſacerdotem videris offerentem, ne vt ſacerdotem eſſe putes hoc facientem, ſed Chriſti manum inuiſibiliter extenſam. Sicut enim cum baptiſaris, ipſe te non baptiſat, ſed Deus eſt qui tuum caput inuiſibili potentia continet, & nec angelus, nec archãgelus, nec vllus alius actedere & tangere audet. Ita nunc quoq;, ac alio loco. Non ſunt humanæ virtutis hæc opera quæ tunc in illa cœna confecit, ipſe nunc quoq; operatur, ipſe perficit, miniſtrorum nos ordinem tenemus, qui vero hęc ſanctificat & traſmutat ipſe eſt. Ac rurſus in ſuis in Paulum cõmentarijs. Sacra ipſa oblatio, ſiue illam Petrus, ſiue illam Paulus, ſiue cuiuſuis meriti ſacerdos offerat, eadem ẽ quam dedit Chriſtus ipſe diſcipulis, quãq; ſacerdotes modo quoq; conficiunt. Nihil habet iſta quam illa minus, cur id? quia non hanc ſanctificant homines, ſed Chriſtus qui illam antea ſacrauerat. Quemadmodum enim verba quæ loquutus eſt Chriſtus, eadẽ ſunt quæ ſacerdotes nũc quoq; pronunciant, ita & oblatio eadem eſt. Oecumenius qui vi-

*Homili. 60. ad populum Antiochenũ & Li. in Mattheum.*

*Hmi. 83. Mat.*

*in poſterioris ad Timo. Epiſtolã Hmi. 2.*

Vixit ante noningētos ānos, enarrans illum Pauli locum tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech ſignificat inqt ſermo, qđ licet Chriſtus nō obtulerit carentē ſanguinē hoſtiam, ſi quidem ſuū ipſius corpus obtulit attamen qui ab ipſo fungentur ſacerdotio quorū Deus pontifex eſſe dignatus eſt, ſine ſanguine offerēt. Nam hoc ſignificat in æternū. Neq; enim de ea que ſemel à Deo facta eſt oblatio & hoſtia dixiſſet in æternum ſed reſpiciens ad pręſentes ſacrificos per quos medios Chriſtus ſacrificat & ſacrificatur, qui etiam in miſtica cæna modum illis tradidit huiuſmodi ſacrificij. Huic vel cæco perſpicuum eſſe poteſt quam ſit eorum ſacrilega audatia, qui ſacerdotium, qui ſacrificium ex Eccleſia ſublatū eſſe volunt, quid enim aliud illi quam Chriſti ſacerdotium, Chriſti ſacrificiū ex ea tollere, ac redemptionis noſtræ pręcium nobis auferre conant̃? Manus quidem mortalis, lingua mortalis, miniſterium hominis eſt mortalis, verū conſecratio, verum oblatio, nō eſt niſi æterni, ſacerdotis illius & īmortalis Domini noſtri Ieſu Chriſti. Quemadmodū autem non propterea non rectè dicitur baptiſare miniſter, quia Chriſtus ipſe eſt qui baptiſat non propterea non rectè dicitur peccata remittere miniſter quia Chiſtus ipſe ē qui peccata remittit, non propterea nō rectè dicit̃ docere miniſter, quia Chriſtus ipſe ē vnus magiſter noſter qui docet nos, non propterea non rectè dicitur interpellare miniſter, quia Chriſtus ipſe ē, cuius ſanguis interpellat pro nobis. Ita non propterea non rectè dicit̃ ſacerdotio fungi miniſter, quia ſacerdotio fungitur in altari Chriſtus, quia ſe ipſum hoſtiam offert Deo patri ſacerdos

ille,

ille nunc quidē nobis inuiſibilis, & imortalis, ſecundū ordi
nem Melchiſedech, neq; iuſtior eſt cauſa externum in ſacri
Iacō. 3. ficando, quam in prędicando verbo miniſteriū abrogandi
Nam plures magiſtros fieri prohibet ſcriptura, ſacrificare
Matthe. 26. non modo non prohibuit vnquam, verum etiam pręce-
pit Chriſtus dicens hoc facite in meam commemoratio-
nem. Quare minus etiā ferendi ſunt qui ſacrificandi, quam
qui prędicandi Euangelij miniſterium externum abolitū
cupiūt. Habent enim ij quas errori ſuo pretendant ſcriptu
Iaco. 5. ras. Nolite plures magiſtri fieri, vnus eſt enim magiſter ve
Matthe. 23. ſter, non neceſſe habetis, vt aliquis doceat nos, vnctio eius
Ioan. 2. docet nos. Non docebit vnus quiſq; proximum ſuū, & v-
Hebre. 8. & Hiere. 31. nus quiſq; fratrem ſuum, dicens cognoſce Dominum, quia
omnes ſcient me à minore vſq; ad maiorem. Has illi cum
ſcripturas proferant tam apertas, habere tamen videntur
aliquem erroris ſui pretextum, cū & illud pręſeferant, pati
ſe non poſſe, vt obſcuretur Chriſti gloria, vt illius qui verus
eſt magiſter noſter dignitati derogetur, quaſi parū idoneus
ille ſit ad docendos nos, neq; citra miniſterium hominis id
pręſtare queat. Iſti vero quam ſcripturā proferunt qua ſit
Hebre. 7. ſacrificium abrogatum. Certè Paulus, nō ſublatū ſed tranſ
Matthe. 5. latum eſſe dicit ſacerdotium. Sic enim loquitur. Tranſlato
ſacerdotio neceſſe eſt vt & legis tranſlatio fiat. Chriſtus au
tem dicit ſe non veniſſe legem ſoluere, ſed adimplere. Ad
eundem modum, non venit ſacerdotium abrogare, ſed cō-
ſumare. Venit quod erat imperfectū perficere, quid enim
fuit ſacerdotium Iudeorum? quid aliud, quā vmbra quedā
& figura. Quid autem Chriſti ſacerdotiū ſecundū ordinē
Melchiſedech,

Melchiſedech, quo nunc ille fungitur in Eccleſia, ſacerdos æternus & immortalis per miniſtros ſuos mortales? quid niſi corpus ipſum & veritas, vmbræ corpus, figuræ ſucceſſit veritas. In vmbratico illo ſacerdotio & ſacrificio, fuſus victimarum ſanguis fundendum pro nobis Chriſti ſanguinem in ara crucis, ſignificabat. In hoc autẽ vero ſacerdotio & ſacrificio, verum corpus & ſanguis Chriſti, fideliũ oculis ſub panis & vini ſpeciebus exibetur, ac quemadmodum corpus illud in crucem actũ, quemadmodũ de pendentis latere ſanguis in remiſſionẽ peccatorum noſtrorũ fuſus fuerit, repreſentatur. Non igitur ſublatũ ſacerdotiũ ſed tranſlatum, nõ abrogatum, ſed cõſumatum & in aliud multo anguſtius & excelentius eſt mutatum, craſſa vt ſit eorum impudentia qui ex Apoſtoli verbis illud colligere conantur, ac omne ſacerdotium & ſacrificium funditus, ac radicitus euerſum & euulſum cupiunt nullum vt inter laicos & ſacerdotes diſcrimen eſſe velint, quod quicunq; in Chriſto baptiſati ſunt, eos eſſe ſacerdotes dicant. Neq; vero deſunt illis, diuinæ legis oracula. Scriptũ eſt enim aiũt, & ad omnes in Chriſtum credẽtes dictum. Vos autem genus electum regale ſacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitionis. Et rurſus, qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis 1. Petri. 2.
noſtris in ſanguine ſuo, & fecit nos regnũ & ſacerdotes deo Apoca. 1.
Et iterum apud eundẽ. Redemiſti nos in ſanguine tuo, ex Apoca. 5.
om̃i tribu, & lĩgua, & populo, & natione, & feciſti nos Deo noſtro regnum, & ſacerdotes & regnabimus ſuper terram. Adeò non deſunt ſathanæ diuinę legis oracula, nõ tã abrogata, quã de exequato & profanato ac in ordinẽ redacto

 ſacerdotio,

Matthe. 2. ſacerdotio, quibus in prauũ ſenſum detortis, tenebras offẽdit imperitis, vt in errorem inducat ſi fieri poſſit etiam electos. Sed nunquid in veteri quoq; lege ſcriptum non eſt, & ad filios Iſrael dictum. Vos eritis mihi regnũ ſacerdotale,
Exodi. 19. & gens ſancta. Atqui num ideo nullum fuit ſacerdotiũ ſecundum ordinem Aaron. Num ideo nullum fuit inter plebem & ſacerdotes diſcrimen? Quamobrem, ſancta quidem ſunt ſcripturæ verba quæ adferunt, nihil eis certius, nihil eſt eis verius. Cœlum & terra prius peſſum ierint, quã vel apex vnus ex illis pereat. Sed ſi hoc ex illis colligere vis, ex æquo ſacerdotes eſſe omnes, æque baptiſare, æque prędicare, æque abſoluere poſſe mulieres, pueros adde, etiã, pſitacos, & graculos atq; pontificem quemuis aut ſacerdotem, tuũ eſt hoc verbum ò ſathana, non eſt Dei verbum. Tu enim ille es qui diuina cum humanis confundere, qui cœlũ terræ, qui ſacra profanis qui rurſum & deorſum, miſcere conaris omnia. Quoniam verò conatibus ĳſce tuis, oponit ſe
Canti. 6. caſtrorum acies ordinata, quæ non alio nomine tibi magis terribilis eſt, quã quod eſt ordinata, in hoc totus es, in hoc omnes curæ, cogitationes tuæ conſumunt͛, vt ordinẽ ex ea
1 Corin. 14. tollere poſsis, vt ne ſit illud qđ Paulus prçcepit, omnia honeſtè & ſcđm ordinẽ fiãt in nobis. Atq nõ hoc p Petrũ, non hoc loqt͛ p Ioannẽ ſpiritus ſctũs qđ tu vis, nõ hoc dicit, qđ cuiuis de fece vulgi, qđ cuiuis Baiulo, Zonario, quin etiã carnificis, quod apud iſtos qui hæc à te docti tradiderunt vſu veniſſe ſcimus, prędicare, conſecrare, baptiſare, abſoluere, ſacris operari, & quo cumq; alio reconciliationis miniſterio fungi liceat, verum illud ĳs verbis ſignificare voluit qui

qui Chriſto nomen dederunt, atq; illius corpori per bapti
ſmum inſiti ſunt, eos rectius vocari genus electū, et regale
ſacerdotium quam Hebreos, qui non aliunde magis glori-
ari ſolebant quam quod ſecundum carnem ex Habraam
eſſent propagati, qui neq; Rex fuit, neq; ſacerdos. Cū nos
in Chriſtum credentes, qui & ſacerdos iuxta ordinem Mel Pſal.109.
chiſedech dictus eſt, & Rex manſuetus, iuſtus, & ſaluos fa- Zacha.9.
ciens, multo rectius id nobis vendicare poſsimus. Sacer
dotis illius & regis membra facti, quādo per lauachrū rege
nerationis, corpori eius ſumus inſiti. Sic Didimus, ſic Ecu Li 20.de Ci-
meniꝰ, ſic Augſtinus ſic qui libenter eum ſequit̄ Beda ſcri- uitate Ca.10
pturarum hæc loca interpretatur, ac libet Auguſtini ver-
ba ſcribere ſic enim ſcribit. Quod autem cū dixiſſet, in iſtis
ſecunda mors non habet poteſtatem adiunxit, atq; ait ſed
erunt ſacerdotes Dei & Chriſti, & regnabunt cū eo mil- Apoca.20.
le annis. Non vtiq; de ſolis Epiſcopis & presbyteris dictū
eſt, qui propriè iam vocantur in Eccleſia ſacerdotes, ſed ſi-
cut om̄es Chriſtianos dicimus propter myſticū Chriſma,
ſic omnes ſacerdotes, quoniam mēbra ſunt vnius ſacerdo-
tis. De quibus Apoſtolus Petrus, plebs inquit ſācta, regale 1.Petri 2.
ſacerdotium. Quibus in verbis, duo nobis conſiderāda ve-
niunt, primū, quod cū vocat nos Petrus regale ſacerdotiū,
nō hoc vult qđ omnibus recōciliationis miniſterijs æque
cuiuis è plebe fungi liceat, atq; ijs q legittime ſunt ad eam
rem ordinati, ſed illud modo indicat omnes in Chriſtū cre
dentes, fieri per baptiſmū, vnius ſacerdotis Chriſti mēbra:
deinde quod non alij propriè vocent̄ ſacerdotes quā Epi-
ſcopi & presbiteri, ad quos propriè miniſteria recōciliatiōs

pertinent,cum alijs è vulgo hæc apellatio non conueniat, niſi per metaphoram quandam. Tractat hac de re Hieronymus quoq; cõtra Luciferianos ſcribẽs, querit enim, quare laicum venientem ab Arrianis recipiat, Epiſcopum non recipiat? Reſpondet Luciferianus, recipio laicum, quia errasſe ſe confitetur. Hieronymus contra. Recipe & Epiſcopũ quia erraſſe ſe confitet̃. Ad hæc Luciferianus, ſi erraſſe ſe confitetur, cur Epiſcopus perſeuerat? deponat ſacerdotium, concedo veniam petenti. Hieronymus vero, Reſpõdebo tibi inquit & ego ſermonibus tuis. Si laicus erraſſe ſe confitet̃, quomodo laicus perſeuerat? deponat ſacerdotiũ
Apoca. 1. laici id eſt baptiſmum, & ego do veniã pœnitenti. Scriptũ
1. Pet. 2. eſt enim, Regnum quippe nos, et ſacerdotes Deo patri ſuo fecit. Et iterum, gentem ſanctam, regale ſacerdotiũ, populũ acquiſitũ. Hic quoq; nõ obſcurè ſignificat Hieronymus longe diuerſum eſſe ſacerdotiũ de quo Petrus & Ioannes loquũt̃, ab eo quo presbyteri fungunt̃ & Epiſcopi, loquũtur enim illi de ſacerdotio laico, quod eſt baptiſmus. Nam ſimul vt quiſq; baptiſatus eſt, ex iræ filio, Dei filius efficit̃, inde fiduciam accipit orandi, ac leuandi puras manus ad
Mat. 5. Deum, vt preceptis ſalutaribus monitus, ac diuina inſtitu-
Roma. 12. tione formatus, dicat confidenter, pater noſter qui es in cælis, ac exhibeat corpus ſuum hoſtiam viuẽtem, ſanctã, Deo placentem, in odorem ſuauitatis. Atq; hoc eſt ſacerdotiũ laici, non autem predicare, baptiſare, abſoluere, conſecrare & ſacris operari quæ ad ſolos pertinent Epiſcopos & preſbyteros. Cæterum quis eſt qui non intelligit, ſi ita ſint accipiẽda ſcripturaꝝ iſta verba, vt quotquot baptiſati fuerint,

veri

veri ſacerdotes cenſeri debeant omnes, futurum vt illud neceſſario ſequatur Reges quoq; vt ſint omnes. Nam qui dicti ſunt ſacerdotium, idem & regnum, & regnaturi dicũt. Erunt itaq; Reges omnes, neq; ſubiectũ eſſe quẽquã cuiq̃ oportebit. Hoc ẽ quod maximè laborat ſathanas, vt ſublato ordine quã maximè fieri poſsit, perturbet om̃ia. Neq; vero non pulchrè illi proceſſerunt cõſilia ſua apud vicinos noſtros, quibus ſimulut perſuaſit nihil põtifici, nihil Epiſcopis & ſacerdotibus eſſe tribuendum, quod omnes regale ſumus ſacerdotiũ, excuſſo iugo põtificis & Epiſcoporũ, quãdoquidem non ſacerdotes modo, verum & reges eſſe omnes eadem ſcriptura docet, facile perſuaſit, vt principũ quoq; legittimęq; ſuæ poteſtatis iugum excuterent, ſeruili bello concitato, neq; multo poſt, eo quoq; perduxit amentiæ miſeros, vt Chriſtianiſsimi imperatoris iugum excutere mollirentur, quem iam ſcriptis ſuis de imperio deturbatũ, non amplius imperatorẽ verum Carolum à Gandano appellare auſi ſunt. Sic illi nihilo fuerunt mitiores erga legittimum dominum ſuum, verũ inter alias heroicas virtutes quib9 excellit, incredibili ſimul erga Deũ pietate, religioneq; præditũ, verbiq; illius propugnatorem acerrimum, quã antea fuerant erga Romanum pontificem, cæteroſq; Epiſcopos, & ſacerdotes. Adeo videre licet, quod mutuo ſibi coheret vtraq; dignitas, regalis & ſacerdotalis, tuere vt altera non poſsit, quin eodẽ motu labefactata cõcidat altera Neq; alios in regum & principum fama libellis quos famoſos vocãt proſcindẽdis magis audaces eſſe quã qui prius in laceranda pontificum & ſacerdotum exiſtimatione

calamos ſuos linguas exacuerunt, dubiũ erit nemini ſi modo rem diligentius explorare velit. Hi ſunt pręclari ſcilicet fructus, iſtius quemadmodum ipſi vocant Euangelij. Si Turcæ Germaniam quamlibet numeroſo exercitu peruaſiſſent, maiorem cladem, & exitium adferre non potuiſſent quam quantum cacaugelium iſtud attuliſſe videmus. Cognitos habebat iſtorum mores vir excelẽti doctrina, & ſingulari quadam dicendi ſuauitate pręditus Eraſmus Roterodamus, vt qui complures annos inter eos fuerat cõmoratus. Is in libro quem ſcripſit in hos pſeudoeuangelicos, hoc de illis prębet teſtimonium. At iſte inquit populus tã Euãgelicus etiam Turcarum prĩcipi dicitur deteſtabilis, quem ait ſeditioni natũ, quos ſubinde tumultus excitat? quoties quam leuibus de cauſis procurrit ad arma? ne ſuis quidem Eccleſiaſtis ſatis obtemperans niſi dicant blanda auribus, profligandi etiam ſi liberius in vitam eorum inuehantur, aut ab opinione diſentiant. Initio tantum nõ Deus erat illis Lutherus, nunc ijſdem prorſus delirat, quod nouũ de Euchariſtia dogma nõ recipiãt. Nouam verò libertatẽ Euangelicam, impune facere, ſentire quod cuiq; libitũ eſt. Huc nimirum tendunt artes ſathanæ, vt rupta acie ordinata perturbationem inducat, vt fiat illud quod ſcriptum eſt in libro Iudicum In diebus illis non erat Rex in Iſrael, ſed vnuſquiſq; quod ſibi rectum videbatur hoc faciebat Vult vt ſimus ſine lege, ſine Rege, ſine ſacerdotio, ſine ſacrificio quod cum perfecerit, ſimul & illud nullo negocio pfecerit vt ſimus ſine Deo. Nam vbi non eſt ſacerdos & ſacrificiũ ibi nullus Deus agnoſcit. Sicut antea quoq; copioſius de

*Iudicum 17.*

eo diſſeruimus. Ac ſatis iam planum feciſſe videmur, quãdoquidem eſt Dei cultus in Eccleſia, eſſe in ea ſacerdotium Eſſe & ſacrificium, quod vero iſti dicunt, nuſq̃ recõciliationis miniſtros in libris noui, teſtamẽti ſacerdotes appellari, ſed presbyteros tantum, demus hoc illis. Fieri enim poteſt quam diu durabat ſacerdotium Iudeorũ, vt ne quid cũ illis habere cõmune Chriſtiani viderentur, quod ſuos appellari ſacerdotes noluerint, ſed preſbyteros, hoc eſt antiquiores, ſiue digniores vt Auguſtinus quoddam Chriſtianorũ quã Iudeorum ſacerdotium eſſe demonſtrarent, & cuius maiorem haberi rationẽ æquũ foret. Hoc enim græci πρεσβύτερον Latini vocãt ãtiquitus. Qđ aũt hoc eſt collectionis genus? miniſtros reconciliationis ſiue preſbyteros nõ reperimus in nouo teſtamẽto vocari ſacerdotes, ergo non ſunt ſacerdotes, nonne ad eundem modum argumentari viciſſim licebit? nomẽ perſonæ nõ modo in noui, ſed ne in veteris quidẽ teſtamẽti libris de Deo dictũ reperimus, nõ ſunt ergo tres perſonæ Deus vnus, quin & ipſum Trinitatis nomẽ in ſcripturis nuſquã inuenit' non eſt ergo ſancta Trinitas? quis nõ videt quam hec abſurda ſint? Sit ita, nõ fuerit appellatio ſacerdotum inter Chriſtianos ante euerſam Hieroſolymam & prorſus abolitũ iudeorum ſacerdotiũ, at ſimulut illud eſt deletum ſtatim à Clemẽte Petri ſucceſſore à Dioniſio Ariopagita Pauli diſcipulo, ab Ignatio, & deinceps ab omnibus alijs ad hæc vſq; noſtra tẽpora, ſacerdotũ nomẽ in Eccleſia frequentari cœpit. Cum autẽ Eſaias futurũ præ- Eſa. 66.
dixit vt ex gentibus aſſumeret Dominus ſacerdotes & Leuitas qui quomodo ſolebãt filij Iſrael dũ eorũ ſtaret religio

& templi

& templi ceremoniç ſeruarentur, offerrẽt victimas cũ pſal-
mis in domo domini, non ne clarè de Chriſti ſacerdoti-
bus eſt loquutus? Verum quorſum attinet de vocula diſ-
ceptare? vbi fuit ſacrificium, ibi ſacerdotiũ quoq; fuiſſe
nemo ſanus dubitat, nam hæc duo ſic inter ſe cõiuncta ſunt
Actuũ.14. vt ab inuicem ſeparari nõ poſſint, neq; ſacerdos ſine ſacri-
ficio, neq; ſacrificium eſſe poteſt ſine ſacerdote. Fuiſſe autẽ
ſacrificium apoſtolorum temporibus ſi quis ãbigit, vel ille
in actis locus omnem illi dubitationem ademerit, vbi ſcri
Actuũ. 13. bitur. Sacrificantibus illis Domino, & ieiunantibus, dixit
illis ſpiritus ſanctus &c. Quamuis enim vulgata interpre-
tatio habeat miniſtrantibus. Eraſmus tamen quod eſt in
Greco λειτουργούντων ſignificantius vertit cum ſacrificarent.
Si quidem λειτουργὸς, non ſimpliciter ſonat miniſtrum: ſed
plerumq; ſacrorum miniſtrum, & qui fungit᷑ officio ſacer-
dotis pro alijs, & λειτουργεῖν non ſimpliciter miniſtrare, ſed
ſacrum miniſterium peragere, ſacris operari, ſiue ſacrifica-
re, & λειτουργία, non quoduis miniſterium, verum illud vo-
catur, quod nos miſſã vocamus. Hinc eſt quod Baſilius &
Chriſoſtomus miſſas ſuas inſcripſerunt λειτουργίας. Sic au-
tem appellatur miſſa κατ᾽ ἐξοχὴν tanquam vnum omniũ ex
celentiſſimum deoq; gratiſſimum miniſterium, qua ratio-
ne Tullius orator, Ariſtoteles Philoſophus, Paulus vocat᷑
Apoſtolus, ad hunc modum ſacerdos quoq; miniſter, & ſa
crificium quod offert vocatur miniſterium non quod alij
Roma, 13. quoq; non rectè miniſtri dicantur, nã & principes Dei ſunt
& Eccleſię miniſtri ſic enim de illis Paulus loquit᷑ λειτουργοὶ
γὰρ θεοῦ εἰσιν εἰς αὐτὸ τοῦτο προσκαρτεροῦντες hoc eſt miniſtri eni

Dei

Dei ſunt, in hoc ipſum ſeruientes, ſed quod illud longe pręſtantiſsimum omnium eſt miniſteriū, quo funguntˀ ſacerdotes, quod autē λειτουργία ſacrum miniſterium, ſiue ſacrificium ſignificet, indicat ille locus apud Lucam ὡς ἐπλήσθησαν αἱ ἡμέραι τῆς λειτουργίας αὐτοῦ hoc eſt, vt impleti ſunt dies officij eius, λειτουργίαν tranſtulit interpres officium, nihil aliud intelligere volens q̃ ſacrificium, loquitur enim de Zachariæ ſacerdotis officio pontifices autē & ſacerdotes ex hominibus aſumptos pro hominibus conſtitutos in veteri lege fuiſſe in ijs quæ ſunt ad Deum vt offerrent dona & ſacrificia pro peccatis, cum à Paulo ſcriptum ſit nemo eſt tā proteruè improbus qui negare audeat, (quāq̃ illud temere nonnulli negant) ad noſtri quoq; temporis ſacerdotes, hæc Pauli verba rectè referri poſſe. Cæterum aptè atq; appoſitè admodum etiam nunc ſacrificium vocatur officiū, ſic enim dici ſolet. Celebratur nunc officium. Nam cū officium recte factum dicatur, nos autē nulla recte facta proferre poſsimus, quæ quatenus noſtra ſunt, ad iram Dei placandam & remiſsionem peccatorū obtinendam ſufficere nobis queant, proferrimus illud quod omnium rectiſsimè factum eſt à ſaluatore noſtro pro peccatis noſtris abolendis, proferrimus corpus illius, & ſanguinem, qui factus eſt nobis iuſticia & ſanctificatio, & redemptio, factus pro nobis obediens patri, vſq; ad mortem, mortem autem crucis ſimul ſupplices deprecamur, vt auertat faciē ſuam à peccatis noſtris, & reſpiciat in faciē Chriſti ſui, pro nobis in cruce pendentis & morientis, vt non faciat nobis ſecundū peccata noſtra, non iudicet nos ſecundum actus noſtros, non

Lu. 1. 1. Corin. 1. Phili. 2. Pſal. 50. Pſal. 84.

tribuat nobis ſecundum iniquitates noſtras, ſed faciat no-
bis, iudicet nos, retribuat nobis, ſecundum iuſticiã filij ſui
Pſal. 102. quã ille luens obedientia ſua peccatũ inobedienciæ noſtræ
pro ſua ineffabili miſericordia nobiſcũ cõmunicare, nobis
imparteri, & noſtram facere dignatus eſt, poſteaq̃ ſemel ip
ſum per fidem & baptiſmum induti ſumus. Eſt ne qđ offi
cij nomine rectius appellari queat, quam vnum hoc? quæ
enim ſunt officia? quæ ſunt rectè facta noſtra? quæ coram
oculis Dei & domini noſtri proferre, quibus illum qui iuſtè
peccatis noſtris iraſcitur propitium nobis & placatũ red/
dere poſsimus. Certè niſi vni illi officio, qđ ille nobis pro
ſua immenſa bonitate, in cruce moriens pręſtitit, innitant.
nulla ſunt, qui igitur ſunt iſti tam impij, tã à Chriſto auerſi
qui nobis hoc quod ſolum verè dici meretur officium eripe
re conantur? qui alij quam iurati ſathanæ miniſtri, quorũ
omne ſtudiũ vna hac in re conſumitur, vt immenſum illud
redemptionis noſtre benefitium, in quo, ſolo confidimus,
in quo ſolo gloriamur, ſempiterna quadam obliuione ob-
ruat. Nobis vero extrema queq; perferre prius cõtingat,
q̃ vt tantum hoc flagitium patrari permittamus, quod
ne ſol quidẽ ipſe æquis oculis aſpicere poſsit. Verũ iuſto
dolore commoti ab inſtituto ſumus nõ nihil digreſsi. Nunc
eo vnde cæpit redeat oratio. Illud enim orſi eramus dicere,
quandoquidem ſacrificaſſe conſtat Apoſtolos quemad-
modum clare liber Actorũ docet, ſacerdotes reipſa fuiſſe,
etiamſi detur illud, quod propter diſcrimen ſacerdotum
legis, ante euerſam Hieroſolimam & extinctum Iudeo
rum ſacerdotium, pręsbyteri ſacerdotes appellari malue
rint

rint. Obiter autem explicauimus, quid ſibi velit liturgiæ nomen, ſignificare enim miniſterium ſiue officium per excellentiam quandã, id quod nos miſſam vocamus, ſiue ſacrificium, vnde & ſacerdotes alicubi vocari officiantes audimus, quod illorum proprium eſt munus & officium ſacris operari hoc eſt miſſas celebrare, nã & ſi prędicare quoq; pręclarum ſit ac Deo maximè gratum officium, nõ tamẽ hoc ſacerdotum quõdam proprium fuiſſe videtur, quod ex Poſidonio colligi poteſt, qui cum fuiſſet auditor Augiſtini vitam illius conſcripſit. Narrat is, Valerium Hiponenſem Epiſcopum, ordinato in presbyterum Auguſtino exultaſſe & Deo gratias egiſſe, ſuas exauditas à Domino fuiſſe præces quas frequentiſsime fuderat, vt ſibi diuinitus homo cõcederetur talis, qui poſſet verbo DEI & doctrina ſalubri Eccleſiam Dei ædificare. Cui rei ſe, homo natura Grecus, minusq; latina lingua & literis inſtructus, minus vtilẽ peruidebat. Dedit igitur poteſtatẽ eidem Auguſtino presbytero coram ſe in Eccleſia Euangelium prędicãdi ac frequẽtiſſime tractandi, contra vſum quidem & conſuetudinem Aphricanarum Eccleſiarum, vnde etiã ei nõnulli Epiſcopi detrahebant. Ex ĳs Poſidonĳ verbis, cęrnere licet, q̃ craſſa ſit iſtorum inſcitia qui putant ad hoc ordinari potiſsimum presbyteros, vt ſint verbi miniſtri, cum verbi miniſterium proprium olim fuerit in multis Eccleſĳs Epiſcoporum ad quod ſacerdotibus aſpirare non licuerit, non quod maior in eo ſit dignitas quam in altaris miniſterio, quod omnia alia excellere, ſatis iam docuiſſe videmur, verum quod ad prędicandi munus non æque quiuis eſt idoneus, atq;

*Ca. 5. de Vitã Augſtini*

ad ſacrificādū. Nā in ordinādo ſacerdote, nō tā ſpectabatur excellēs doctrina q̄ pietas & vitę ſāctimonia. Inteligēdo aūt Epiſcopo minime ſufficere viſū ē ſi vitæ eſſet inculpatæ, ſi ætatē ſuā omnē ſine crimine tranſigiſſet, ſed requirebatˀ præ

1. Thimo. 3. terea, potēs vt eſſet exhortari in ſana doctrina, & eos qui contra dicunt arguere. Sed hoc de proprio ſacerdotū officio dicta ſufficiant. Quod autem ordo ſacerdotij ſacramētum ſit vel ex eo cuiuis perſpicuum eſſe poteſt quod quæ requiruntur ad ſacramenti rationē, eorum ipſi deeſt nihil. Eſt enim ſacre rei ſignum & quidem efficax. Eſt viſibile ſignum inuiſibilis gratiæ, ſignum aut elementū viſibile, ſiue quis materiam dicere malit, eſt manuum impoſitio. Neq; tamen ea ſola, pręcedit enim illam benedictio, & inunctio ſequitur autem calicis porrectio. Precipuum tamen in hoc ſacramento ſignum eſt manuum impoſitio, nam per benedictionem ordinandus diuinis officijs mancipatur, per vnctionem ad Chriſti corpus tangendum idoneus redditur, per calicis porrectionem, officij miniſterijq; ſui admonetˀ, per impoſitionem vero manuum, omnis ei gratiæ plenitudo confertur. Actedente verbo quod profertur ab Epiſcopo ordinantę, quæ eſt forma huius ſacramenti, nā ſimul ut actedit verbum ad elementum, fit ſacramentū, ac omnis ordinando gratiæ plenitudo confertur, vt quecumq; pertinent ad officiū ſacerdotis, ea efficaciter exequi poſsit omnia. Hinc eſt, quod non in conferendis modo ſacramentis efficax eſt ſacerdotis miniſterium, verumetiā, ſi pręocupatus in delictis fuerit, & oratio tamē eius magis efficax eſſe creditur quā cuiuſuis alterius non ſacerdotis, quanta libet

is fuerit vitæ integritati preditus. Etſi autem, nulla ſit in li-
bris noui teſtamenti inunctionis mentio, ſed ſolius manuū
impoſitionis, non ideo tamē exiſtimandum eſt recens hoc
inuentum eſſe, vt ordinandi ſacerdotes oleo inungantur.
Apoſtolorum hanc eſſe non ſcriptam traditionē teſtis eſt
Anacletus Petri ſucceſſor. Ordinationes inquit Epiſcopo- *Eiſtola 2.*
rum authoritate Apoſtolica ab omnibus qui in eadē pro-
uincia fuerint Epiſcopis ſunt celebrandæ, qui ſimul conue-
nientes, ſcrutinium diligenter agant, ieiuniumq́; cum omni
bus celebrent precibus, & manus cum ſanctis Euangelijs
quæ predicaturi ſint imponentes, dominica die hora tertia
orātes, ſacraq́; vnctione, exemplo prophetarum & regum
capita eorum more Apoſtolorum & Moiſi vngentes, quia
omnis ſanctificatio conſtat in ſpiritu ſancto, cuius virtus
inuiſibilis ſancto Chriſmati eſt per mixta, & hoc ritu, ſolē-
nem celebrent ordinationē. Clemens quoq́;. Omnis inqt *Epiſto. 2 ad Ia co. Frat. Do.*
pontifex ſacro chriſmate perunctus, & in ciuitate conſtitu
tus, ſcripturis ſacris eruditus. Charus & precioſus homini-
bus oppidò eſſe debet, quem quaſi Chriſti locum tenen
tem honorare omnes debent, eiq́; ſeruire, & obedientes ad
ſalutē ſuā fideliter exiſtere, ſcientes, quod ſiue honor ſiue in
iuria quæ ei defertur in Chriſtum redundet, & à Chriſto in *Eccleſia Hie- rarchi. Ca. 4.*
Deum. Scripſit de eo copioſe Pauli diſcipulus Dioniſius
Areopagita, ſcripſit & Cyprianus libello de Chriſmate edi *De Carnis re ſurectione.*
to, meminit Tertulianus. Neq́; quiſq̄ eſt veterum fere ſcrip
torum, qui non cum quadam etiā honoris prefatione me-
minerit. Quominus ferendi ſunt, qui noſtro hoc æuo ſine
quadam ſubſannatione ſacri huius vnguēti meminiſſe nō

 poſſunt,

poſſunt,quod ſi propterea putant eſſe reijciendũ quod Iu=
deorum quondam fuerint ceremonia genus hoc vngendi,
Gene.48. reijciant & manuum impoſitionem,quæ & ipſa traxiſſe vi
Leuiti.1. detur ab Hebreis originem,quibus admodum ea fuit fa=
miliaris,cum aliquid cõmendabatur, aut offerebat᷑ Deo,
Sic Iacob imponit manus duobus filijs Iozeph,ſic ſuper
caput hoſtiæ immolandæ manus ponebatur, verum hæc
de ſacramento ordinis dicta ſufficiant quod miniſtrãcium
eſt nam pertinet ad miniſterium recõciliationis, quatenus
autem hæc reconciliatio docendo fit aut prędicãdo,rectè
refferri poſſe videtur,ad eam virtutem quæ prudentia di=
Mala. 2. citur,quandoquidẽ ſcriptum eſt,quod labia ſacerdotis cu=
Mat.24. ſtodient ſcienciam,& legem ex ore eius requirent,quã etiã
in Euangelio vocat Dominus ſeruum fidelem & prudentẽ
quem conſtituit Dominus ſuus ſuper familiam ſuã vt det
illis cibum in tempore.

## DE MINISTRO HVIVS SACRA=MENTI CAPVT LII.

MIN Iſter huius ſacramẽti eſt Epiſcopus,cuius hoc ſolius proprium eſt munus ordinare. Eſt autem Epiſcopatus,non ordinis nomen quatenus ordo ſacramentum eſt,verum dignitatis & officij. Nã quemadmodum paulo ante cõmemorauimus ex presbyteris qui multi erant in vna aliqua Eccleſia vnus eligebatur qui non reliqui magis gregis totius,quam ipſorũ etiã preſ=byterorum curã gereret, ac in ſacramentis quidem conficiendis & miniſtrandis, excepta ordinatione & confirmaci

one,

one,nihilo maior eſt Epiſcopi quam ſacerdotis authoritas niſi quod ligandi ſoluendiq́ꝫ poteſtas tāto maior eſt penes Epiſcopum,quanto plus ad eam rem doctrinæ iudiciiq́ꝫ re quiritur, quibus præ cæteris Epiſcopum abundare preſu= mit,qui vel ipſe reliquis rebus iis pręſtat, vt adiunctos ha bet ſaltem lateri ſuo viros eruditione iudicioq́ꝫ preſtantes, vt quod vulgus ſacerdotum de grauioribus peccatis perin de facere non poteſt,quid ligandum quidue ſoluendū ſit, facile diſcernere queat Inde eſt illa caſuū vt vocāt reſerua uatio,quorum nonnulli ad ordinarii cuiuſuis,alii vero qui ſunt grauiores non niſi ad ſummi pontificis iudiciū ſpectāt quod ad reliqua attinet,æque baptiſat,æque cōſecrat,æque ſacerdos abſoluit vt Epiſcopus,In hoc ergo pares ſunt E= piſcopus & ſacerdos. Cæterum quod in humano corpore fieri videmus,vt ſit corpus quidem vnum, membra vero multa,omnia autem membra nō eundem actum habeāt, idē & in Chriſti corpore quæ eſt Eccleſia cernere licet,mul ti namq́ꝫ corpus vnum ſumus in Chriſto,ſinguli autem al= ter alterius membra. Hæc connexio,totius corporis vnani mitatem requirit, ſed precipuè concordiam exigit ſacerdo tum,quibus vt à Leone pontifice vero maximo ſcriptū eſt, etſi dignitas non eſt communis,eſt tamen ordo generalis, quoniam & inter beatiſsimos apoſtolos,in ſimilitudine ho noris,fuit quedam diſcretio poteſtatis,& cum electio par eſſet omniū,vni tamen datū eſt,vt cæteris pręemineret, de qua forma Epiſcoporū quoq́ꝫ eſt orta diſtinctio,& magna diſpoſitione promiſum eſt,ne omnes ſibi oīa vendicarēt, ſed eſſent in ſingulis prouinciis ſinguli,quorū inter fratres

*Roma.12.* *1.Corin.12* *Epiſto.84.*

haberetur

haberetur prima ſententia,& rurſus quidam in maioribus vrbibus conſtituti, ſolicitudinem ſuſciperent ampliorem,
1. Corin. 14. per quos ad vnā Petri ſedem vniuerſalis Eccleſiæ cura confluerent,& nihil vnquam à ſuo capite diſsideret. Ex quibus verbis illud diſcimus,qui non diſſenſionis, verum pacis & dilectionis Deus eſt,eum vt pax & vnitas in eccleſia ſua retineri poſsit,hanc rationem conſtituiſſe, vt non modo diſcretus eſſet ordo ſacerdotum, ab ordine laicorum, verum & inter ipſos etiam ſacerdotes & Epiſcopos, quāuis ordo generalis,non eſſet tamen dignitas cōmunis, non eſt enim alius Epiſcoporum, quā ſacerdotum ordo, verum dignitas maior eſt Epiſcoporum.Inter Epiſcopos autem honoris quidem eſt ſimilitudo,verum diſcretio poteſtatis,idem honos,eadem eſt dignitas Epiſcopi,qui infimo loco ſedet, atq; vel Archiepiſcopi,vel patriarchæ,vel ſummi etiam pōtificis,qui papa,hoc eſt pater patrum appellatur, qui non magis eſt Epiſcopus quam quiuis alius ex ijs qui ſunt extremo loco,hoc tantum differt ab alijs,quod illi in partem ſunt vocati ſollicitudinis,penes hūc vero eſt plenitudo poteſtatis.Nam ſi ex æquo poſſent omnes omnia retinere vnitas non poſsit.Quare ſicut antea docuimus à Chriſto fuit inſtitutum,vt de maioribus fidei preſertim cauſis,ad vnū illum qui ſedet in Petri cathedra, pontificem Romanum refferetur,quod ab apoſtolorum temporibus ad hæc vſq; noſtra ſemper quidem à Catholicis,ſæpe etiam fuit ab hereticis obſeruatum.Si quis autem ſecum diligentius expendat,quam admirabili conſilio hic in Eccleſia ſit ordo conſtitutus,
Pſal. 117. facere non poterit quin dicat,à domino factum eſt

iſtud

iſtud. Neq; enim humani ingenij, verum diuina res eſt ſapientiæ. Principio, nemo illud ibit inficias, res ſacras nō oportere niſi reuerenter tractari. Quæ autem adhiberi poterit reuerentia, ſi promiſcue cuiuis è fece vulgi ad tractandas illas aditus patebit? Si baiulis & zonarijs, ſi carnificibus etiam, quod apud iſtos factum videmus qui volunt ordinē ex Eccleſia ſublatum, ſe deniq; fœminis quas ne loqui quidem in Eccleſia permittit apoſtolus, verbum Dei prædicare, baptiſare, abſoluere, conſecrare licebit? De Marcione ſcribit Epiphanius, quod is mulieribus fecerit poteſtatē baptiſandi, mox ſubdit, apud ipſos enim omnia ſunt ludibrio plena & nihil aliud. Reuera nihil aliud ſūt apud iſtos quam ludibria ſacramenta omnia, diuinaq; omnia, dum ita peruulgantur ac profanantur, quæ non niſi maxima cum reuerentia tractari oportebat. Ac recte de hoc generis hereticis ſcripſit Tertulianus. Ipſe mulieres hereticæ q̄ procaces? quæ audeant, docere, contendere, exorciſmos agere, curationes repromittere, forſitan & tingere. Ordinationes eorum temerariæ, leues, inconſtātes, nunc Neophitos collocant, nunc ſeculo obſtrictos, nunc apoſtatas noſtros, vt gloria eos obligent, quia veritate nō poſſunt. Nuſquā facilius proficitur quā in caſtris rebelliū, vbi ipſum eſſe illic promereri eſt, & laicis ſacerdotalia munera iniungunt. Quamobrem ſumma quadam, neq; humana ſed diuina ratione inſtitutum eſt, vt Eccleſiæ miniſtrorū ordo diſtinctus eſſet à laicis. Iam inter ipſos Eccleſiæ miniſtros & hoc prudenter admodum eſt excogitatum, vt ne de repente cuiuis ad ſacerdotij gradum proſilire liceret, pri

*I. Cor. 14.*
*Li. 3. contra Heret. hereſi 42.*
*De præſcriptione aduerſus Hereti.*

us in minoribus exercebatur, ad hoſtia ſtabat aliquandiu, quo munere cũ recte functus eſſet, dabat ei poteſtas legẽdi prophetias, ac paulo poſt demonia expellẽdi, in qbus officiis cum diligenter verſatus fuiſſet, iam admittebatur intra cancellos vbi myſteria peragebantur, non excludebatur cũ cæteris, quin Epiſcopis et presbyteris preſto ſemper aderat & eos continue ſequebat, qua etiam ex cauſa acolitos dictos exiſtimant. Poſtea quam vero ex diuturna cũ ſacerdotibus conſuetudine, ritum ſacrorũ peragendorum aliqua ex parte cognouiſſe viſus ẽ, tũ primũ ad ordines q ſacri vocãtur promoueri licebat neq; ſic tamẽ ſtatim ſacerdos ordinabatur, verum ſubdiacono facto dabat ei tantum poteſtas vaſa ſacra calicem & patinam contrectandi, & ad ſacerdotis vſum ferendi, ac Epiſtolam cantandi. Ad Euangelium vero cantandum & prędicandum non admittebatur niſi prius diaconus eſſet ordinatus. Cum vero lector in ſcriptis prophetarum, ſubdiaconus in Epiſtolis Apoſtolorum, diaconus autem in Euangeliis legendis iuſtum tempus poſuiſſet, ac per ſupraſcriptos gradus omnes ritum omnem ſacrorum peragendorum diligenter inſpexiſſet, tum primũ ad cõficiendũ & offerri dum Chriſti corpus & ſangninẽ, ad verbũ eius anũciãdũ, & ad ſacramẽta fidelibus miniſtrãda admittebatur, atq; ita omni ex parte perfectus tandem eſt ordo, quatenus eſt ſacramentum, nondum tamẽ profectus eſt, quatenus facit ad vnitatem Eccleſiæ tuendam & conſeruandam, quæ ſine ordine conſtare non poteſt. Nam ſi par eſſet ſacerdotum omnium authoritas & poteſtas, effugere ſchiſma non liceret, futurũ enim eſſet, quod hoc in fœlici

lici

ſici ſeculo noſtro eueniſſe videmus apud eos, qui ſemetipſos ſegregãtes Euangelici quam Chriſtiani dici maluerũt, ut ſecũdum ſuum quiſq; ſenſum ſcripturas interpretaretur ſuo quiſq; iuditio atq; arbitrio ſacrorum peragendorum ritus veteres abrogaret ac nouos inſtitueret, atq; ita non eſſet iam Eccleſia terra vnius labij & ſermonum eorundem ſed futura eſſet Babilon quedam confuſis prędicantiũ linguis, vt nõ audiat vnuſquiſq; vocem proximi ſui, qualis re- Gene.11.
uera eſt apud eos apud quos omnis Epiſcoporum iuriſdicio & authoritas eſt abrogata miſerandam ibi videre licet Eccleſiæ faciem, non ſolum quod ſecus in vna ciuitate docetur quam in alia, quodq; fidelibus luditur, non fides vna retinetur, verum etiam quod in vna et eadẽ ciuitate, aliud hic in templo, aliud ille e loco ſuperiore detonat, huic ille Suermerus, ille contra huic hereticus eſt, atq; ita pręclarũ iſtud ſi dño placet, Euangelium ſecum ipſum pugnat. Interea vero, ſcinditur incertũ ſtudia in contraria vulgus, hic dicit ego ſum ſancti Lutheri, alius Ego vero ſãcti Zuinglij alius ego vero ſancti Caluini, alius ego uero ſancti Balthaſaris Anabaptiſtæ, alius ego vero ſancti Schuenſeldij, alius ego vero ſanctorum omnium Suermerorum, ſic huic ſanctum videtur quod Lutherus, illi quod Caluinus vel alius quiſquam hereticorum ſcripſit, neq; minus habere id vult authoritatis, q uam ipſum apoſtolorum ſymbolum, neq; iã ſcripturarum canonicarum, ſed alicuius ex hereticis authoritate ſententiã ſuam confirmare conatur. Quid hic aliud expectandum eſt in hac ipſorũ inter ſe, qui ſe à Chriſti corpore auulſerunt dimicatione? quam quod à propheta di-

Oſeæ 10. ctum eſt. Diuiſum eſt cor eorum nunc interibunt. Vtinam autem ſaluis ijs qui errauerunt primo quoq; tempore error ipſe intereat. Huius itaq; generis ſchiſmata non orirentur in Eccleſia, aut ſi quæ orta eſſent vt priusq̃ radices altius agere cępiſſent extirpari tempore poſſent, prouidere volens ſpiritus ſanctus, poſuit Epiſcopos regere Eccleſiã Dei quam acquiſiuit ſanguine ſuo, qui ex eo nomen ſortiti ſunt, quod omnes inſpiciant, cunctaq; ſpeculentur, ac diligenter attendant non modo de populo, verũetiam de clero, quomodo vitam quiſq; ſuam inſtituat, ac in primis de doctrina cuiuſq; acuratius inquirat, quæ ſi ſana nõ ſit, nihil vita proderit quãlibet laudata. Nam ſicubi fidei firmũ & ſtabile fũdamentum iactum non eſt quicquid ſuperſtruxeris corruet. Quamobrem hæc prima & precipua Epiſcoporum cura eſt & eſſe debet, ſana vt in Eccleſia doctrina conſeruet neq; fas cuiquam ſit ſomnia ſui capitis pro Euangelio populo venditare. Planum id antea fecimus verbi miniſterium peculiariter ad Epiſcopos pertinere, quare non eſt cuiquam licitum illud ſibi ſumere, niſi mandatum ab Epiſcopo fuerit. Neq; enim alicuius profani mægiſtratus munus eſt arbitratu ſuo verbi ſacrorumq; miniſtros inſtituere, multominus autem vulgi, de quo pręclare ſcripſit quidam quod non eſt in eo conſilium, non ratio, non diſcrimen, non diligentia, ſemperq; ſapiẽtes ea quæ feciſſet populus ferenda, non ſemper laudanda duxerunt. At ſolos Epiſcopos ea cura propriè pertinet. Legimus Timoteum & Titum à Paulo conſtitutos Epiſcopos. Tito vero mãdatum ab illo fuiſſe vt ipſe non vt populus qui docendus nõ ſequendus

Actuũ. 20.

Cicero. pro Plautino.

Titũ. 1.

ſequendus eſt,aut profanus magiſtratus aliquis conſtitue=
ret per ciuitates presbiteros.Legat qui volet & acta & epi
ſtolas Apoſtolorum omnium,nuſquam repèriet qđ quic=
quam hac in parte ſibi iuris vel populus,vel profanus ma=
giſtratus vſurpauerit.Sed fuit aliquando penes populum
electio.Fuerit,verũ hoc nunquã fuit vt ipſe ſibi cõſtitueret
ſacerdotẽ aut Epiſcopũ, oſtẽdebat qdẽ quẽ ſibi dari vellet
verũ inſtitutio ſacerdotis nõ fuit niſi penes Epiſcopũ Epi=
ſcopi vero penes Romanũ põtificẽ.Meminit Chriſoſtom9 *Li. 3. de ſacerdoti.*
electionis quæ fiebat per populũ, verũ ita minime vt lau
dãdã quin reprehẽdendã potius exiſtimaret,his enĩ verbis
vtitur.Ito iam hinc,ac publica feſta ſpectato,ea dico in qui
bus dignitatum Eccleſiaſticarum Electiones de more fiũt
& tã multis videbis ibi criminationibus lacerari Epiſcopũ,
quãta eſt tota illa ſubditorum multitudo quibus eligendi
poteſtas cõceſſa eſt. Hos omnes tam in multas factiones
ſcindi,neqꝫ inter ſe conſentire,neqꝫ cum eo cui ſorte Epiſco=
patus delatus eſt conuenire videas,ſed vnuſquiſqꝫ à ſuis v
nius partibus ſtat,alius hunc, alius illum eligens,cuius rei
cauſa hæc eſt,quod idipſum non ſpectant quod ſolum ſpe
ctandum fuerat,nempe animi virtutem,ſed aliæ ſunt cauſę
quibus honor is conciliatur,verbi gratia,hic quod claro ge
nere natus ſit in epiſcopatus inquit ordinem cooptetur, il=
le quod opibus abundat neqꝫ indigeat alimentis ex Eccle=
ſiæ prouentibus queſitis,alius quod ab aduerſarĳs ad nos
transfugerit,alius ſibi genere propinquum ac neceſſarium
alius adulatorem cæteris ãteponere mauult, nemo eſt qui
eum qui idoneus ſit ſpectare velit,aut animi partes explo=

Auguſti. Epiſt 110. rare curet. Hæc fuit eligendi per populum ratio Chriſoſto
mi temporibus. Neq; diuerſa fuit Auguſtini ſeculo qui nõ
longo poſt illũ interuallo, pręfuit Hiponẽſi Eccleſiæ. Qua
etiam ex cauſa faciendum putauit, vt quemadmodum ip-
ſe nõ ſucceſſerat, ſed acceſſerat Valerio, ſiciuens Eccleſiæ
ſuæ de ſucceſſore prouideret, quod ſciret per ambicioſos &
Epiſto. 3. Li. 1. contentioſos homines eccleſias perturbari ſolere. In qua-
dam ad Cornelium Epiſtola Cyprianus de Epiſcopi elec-
tione mentionem faciens, diuini primum iudicij, deinde po
puli ſuffragij poſtremo coepiſcoporum conſenſus memi-
nit. In ea vero quæ proximæ ſequitur de vniuerſæ fraterni-
tatis ſuffragio, deq; Epiſcoporum qui in preſentia conue-
nerant iudicio Sabino delatum Epiſcopatum ſcribit. Neq;
dubium eſt, quin quo tempore vigebat perſequutio chri-
ſtianorum, cum Epiſcopatum deſiderare nihil ijs fuerit a-
liud quam velle martyrem fieri, & ambitio minor, & in eli-
gendo maior fuerit populi grauitas & conſtantia. Poſteaq̃
vero ſecundis Chriſtianorum rebus paulatim irrepſit am-
bitio corrupto iam Eccleſiæ ſtatu, commutata fuit ea ra-
Ad Romanũ Archiepiſco. Rauennatem tio, ita vt ſacerdotum quidem electio, fidelis vero populi
conſenſus tantum adhibetur, quemadmodum ex Stepha-
Ad Ioãnẽ Rauennatem. ni & Nicolai pontificum epiſtolis docemur, ita tamen vt
penes pontificem Romanũ epiſcopum aut certe metro-
Arciepſcopũ. Epiſto. 84. politanum conſtituendi poteſtas eſſet, qui niſi quid impe-
diret, non inuitus cleri plebiſq; conſenſum & deſiderium ſe
quebatur. Morem hunc deſcribit Leo põtifex ijs verbis, vo
ta inquit ciuium, teſtimonia populorum, honoratorũ arbi
trium, electio clericorum, in ordinationibus ſacerdotũ con
ſtituantur

ſtituantur. Origenes requiri ſcribit in ordinando ſacerdote & pręſentiam populi, vt ſciant omnes & certi ſint, quia qui pręſtancior eſt ex omni populo, qui doctior ſactior, qui in omni virtute eminencior, ille eligitur ad ſacerdociũ, & hoc aſtante populo, ne qua poſt modũ retractatio cuiquã ne quis ſcrupulus reſideret. Sic in veteri quoq; lege coram omni ſinagoga iubet Deus conſtitui ſacerdotem, hoc eſt in quit Ciprianus, inſtituit & oſtẽdit, ordinaciones ſacerdotales, nõ niſi ſub populi aſſiſtentis cõſcientia fieri oportere, vt plebe pręſente, vel detegant᷑ malorũ crimina, vel bonorũ merita prędicẽtur, & ſi, ordinacio iuſta & legittima, quãuis autem hoc noſtrum ſeculũ ſit longe coruptiſsimũ, obſeruari tamen etiam nunc videmus, vt ordinaciones fiant pręſente populo, cuius etſi ſuffragia non requiruntur, admouet᷑ tamen is, vt ſi quid habeat quod obijcere poſsit contra ordinandum, dicat intrepidus: qđ ſi tacuerint omnes conſẽſiſſe iam in ordinandum videtur. Quod autẽ attinet ad aliquem huic vel illi Eccleſiæ proficiendum, nõ tam imperitæ multitudinis. quam patronorum voluntatis & deſiderij ratio nũc habet᷑. Hi quem dignũ eſſe cenſuerint, ad gerendũ in Eccleſia ſacerdocium offerunt Epiſcopo, qui ſi cognouerit idoneũ nihil iam impedit quominus ipſius authoritate Eccleſiæ illius miniſterio fungatur. Sic fieri videmus, vt de minoribus Eccleſiæ miniſtris penes Epiſcopos, de Epiſcopis vero conſtituendis, judiciũ & poteſtas penes eũ ſit qui pater eſt patrum Romanũ pontificem, ſic vnitas in Eccleſia retinetur, ſic ſchiſmatibus obuiã itur, ſic vt id ipſum ſapiant, id ipſum dicant, idem ſenciant omnes prouidet᷑, dũ

Nume. 20.
Epiſt. 4. Li 1.

Vnius dioceſeos Vnus eſt Epiſcopus, cui tanq̃ patri: non reliquus modo grex à Deo ſibi cócreditus, verũ & ſacerdotes omnes dicto ſunt audientes. Omnium autẽ Epiſcoporũ in omnibus totius orbis Chriſtiani prouincĳs, Vnus tanquam cómunis pater eſt Romanus pontifex, ex quo pendent, cuius authoritatem ſequũť ad quẽ de cauſis maioribus omnibus referunt omnes. Hac ratione Viſum eſt ſpiritui ſancto concordem in Eccleſia Dei doctrinam cóſeruare. Nam ſi Vel magſtratui Vel populo cuiuſcũq; ciuitatis aut oppidi iudicio ſuo, non relata prius re ac Epiſcopũ citra ipſius authoritatem, cóſtituere ſibi presbyteros liceret, tot eſſẽt ſchiſmata, quod ſacerdotes, ad ſua quiſq; deſideria coaceruarẽt ſibi magiſtros prurientes auribus, cum preſertim idem nũc de pleriſq; in prouincia hac noſtra dici poſsit, quod de Athenienſibus in actis Apoſtolorum ſcriptũ legimus, qď ad nihil aliud Vocant quam aut dicere, aut audire aliquid noui. Iudicium itaq; de Verbi miniſtris, deq; doctrina eorũ, non aliorum eſſe quam Epiſcoporum adeo certũ eſt & indubitatum, Vt illi ipſi qui nó eorum tam quã Chriſti ſuaue iugũ per eos eccleſiã ſuã regẽtis excuſſerũt in cófeſsione ſua Auguſtana diſerte ſcripſerũt hãc Epiſcoporũ eſſe iuriſdicionem de doctrina cognoſcere, & doctrinam ab Euãgelio diſſencientem reĳcere, ſimuletiam impios quorum nota eſt impietas excludere à cómunione Eccleſiæ. Tãta eſt Vis veritatis, Vt Vel inuitis etiam & repugnantibus ĳs qui eam opreſam capiunt, per ipſorum nihilominus iugulum erũpat. Verum hic iſti cauſificantur, eſſe pleroſq; indoctos Epiſcopos, Vt de ſana doctrina iudicare non poſsint, quid ſi cauſificatores

2.Timo.4.
Actu.17.

ficatores iſti nihil ſuo iudicio tribuẽtes multo ipſi ſunt indo ctiores, neq; enim neſcimus, qui ſint iſti q res nouas in hac prouincia moliuntur, adeo literarum omniũ rudes pleriq; omnes, vt vix etiam paulum aliquid vltra prima elementa progreſsi videantur. Eſt autem Dei gratia, cuius hoc eſt ſo lius beneficium, quod nullum fuit vnquã tempus ex quo lux Euangelij nobis affulſit, quo non habuerit Epiſcopos hæc noſtra prouincia, viros & prudentia, & doctrina inſi- gnes. Verum demus hoc illis, reperiri nonnunquam inter eos aliquem non doctiſsimum, atqui prouidit huic quoq; rei ſpiritus ſanctus, magna enim ex parte ita videre licet Eccleſias dotatas, vt minime deſint Epiſcopis facultates quibus viros doctos in comitatu ſuo alere queant. Deinde vero, ſunt in vnaquaq; cathedrali Eccleſia ſacerdotum col legia conſtituta, quos canonicos vocant, qui ſunt à cõſilijs Epiſcoporum, in quibus & ipſis reperiuntur ſæpe non pau ci doctrina preſtantes. Quamobrem ſicut Moiſes, cum ſo- lus haberet poteſtatem preeſſe populo, ſeptuaginta pres- byteros elegit, quibuſcum populum iudicaret. Sic Epiſco- pus, quamuis principem in Eccleſia locum teneat, adſciſcit tamen & ipſe presbyteros quoties de re aliqua grauiore ſu ſcipi deliberationem oportet, ſine quorum conſilio etiam nihil agi fuiſſe ſolitum in Eccleſia ſcribit Ambroſius. Sed tanta nunc eſt morum in quibuſdam peruerſitas, vt cuiuſ- uis potius quam Epiſcopi ſui iudicium de doctrina requi- rant. Aquæ furtiuæ dulciores & panis abſconditus illis eſt ſuauior, ſit alius quiſpiam, neq; doctus, neq; virtute vlla pre ditus, quin ex omni viciorum genere conflatus, modo noui

*Exodi. 18.*

*In cap. 5. epiſ ad Timotheũ*

*Prouer. 10.*

proferat aliquid, quod cum ſanctæ catholicæ Eccleſiæ rece pta doctrina pugnet, ſtatim audiunt, & in oculis ferũt quã libet improbum & indoctum. Atqui nõ hoc habet Augu= ſtana confeſsio, quam iſti ſe tãquam Chriſtianũ amplecti non obſcure ferunt, & in eam ſe nonnulli conceptis verbis curaſſe profitentur, quæ certe iuriſditionem concedit Epi/ ſcopis de doctrina cognoſcendi, & doctrinam ab Euange= lio diſsidentem reijciendi, atq; hic neceſſario & iure diuino debere dicit eis Eccleſias preſtare obedientiam, iuxta illud

Lucæ. 10. qui nos audit me audit. Verum diſsidet aiunt Epiſcoporũ doctrina ab Euangelio. Quam autem ſibi iſti non conſtant quamq; ſecum ipſi pugnant, docent Epiſcopis iuriſditionẽ competere de doctrina cognoſcendi, & interea doctrinam eorum tanquam ab Euangelio diſsidentem reijciunt & cõ demnant. Eſt ne hoc de doctrina iudicium Epiſcopis per= mittere, ac non ſibi potius hanc authoritatem arrogare, tu vt iudices illum cuius te iudicio ſubiectum, quem aut ali= ter quam ſe ipſum te Deus audire voluit? Vnde autẽ ſchiſ=

Lib. 4. Epi. 9 mata & hæreſes obortæ ſunt & oriuntur dicit Cyprianus niſi dum Epiſcopus qui vnus eſt & Eccleſiæ pręeſt ſuper= ba quorundam preſumptione cõtemnitur, & homo digna tione Dei honoratus ab indignis hominibus iudicat᷑. Quis enim eſt hic ſuperbiæ tumor? quæ arrogantia animi? quæ mentis inflatio? ad cognitionem ſuam prępoſitos & ſacer= dotes vocare, ac niſi apud te purgati fuerimus, & ſentẽtia tua abſoluti etiam ſex annis nec fraternitas habuerit Epi= ſcopum, nec plebs prepoſitum, nec grex paſtorem, nec Ec= cleſia gubernatorem, nec Chriſtus antiſtitem, nec Deus ſa= cerdotem

cerdotem. Subueniat Pupianus & ſententiam dicat, iudicium Dei & Chriſti in apertum referat, ne tantus fideliũ numerus qui ſub nobis accerſitus eſt ſine ſpe ſalutis & pacis exiſſe videatur, ne nouus credentium populus nullam per nos conſequutus eſſe baptiſmi gratiam & ſpiritus ſancti iudicetur, ne tot lapſis & pœnitentibus pax data, & communicatio noſtra examinatione conceſſa iudicij ſui authoritate ſoluatur. Annue aliquando, & dignare pronunciare de nobis, & epiſcopatum noſtrum tuæ cognitionis authoritate firmare, vt Deus & Chriſtus agere tibi gratias poſsint, quod per te Antiſtes & rector altari eorum pariter & plebi ſit reſtitutus. Apes habent regem & iudicem, & ei fidem ſeruant, latrones mancipi obſequio pleno humilitatis obtemperant, quanto ſimpliciores et meliores brutæ pecudes & muta animalia, & cruenti licet ac furentes inter gladios atq; inter arma prędones. Prepoſitus illic agnoſcitur, & timetur, quem non ſententia diuina conſtituit, ſed in quẽ factio perdita, & nocens caterua cõſentit. Quod Pupiano ſanctus pontifex & martir Cyprianus, hoc ſibi quoq; dictum iſti putent, in quibus tantus eſt ſuperbiæ tumor, tanta animi arrogantia, tanta mentis inflatio, vt ad cognitionem ſuam Epiſcopos vocare audeant, ac niſi apud eos purgati, ac eorum ſententia ſint abſoluti, non ſex, quemadmodum ſcribit Cyprianus, ſed ſexcentis annis neq; ſacerdotes, neq; Epiſcopos, neq; ſanam Euangelij doctrinam Polonia habuerit, neq; Chriſtum vnquam agnouerit. Non fuerit Epiſcopus Adalbertus, non fuerit Staniſlaus, qui Chriſti Euãgelium ſanguine ſuo ſignatum nobis reliquerunt. Quid aũt

aliud illi docuerunt? quam quod ſucceſſores eorum docu=
erunt, quod nunc etiam docent illi qui loca eorum tenent, nimirum de quo inicio ſcripſimus Ieſum Chriſtum & hũc crucifixum. Hunc non modo ſermonibus & ſcriptis, verũ & certorum dierum obſeruationibus, & ſignis & imaginibus, & habitu, geſtu, actiõe varijsq; ceremonijs, deniq; omni quacunq; fieri potuit ratione, non tantum animis fideliũ infigere, verum & rudium oculis ingerere conati ſunt, vt ſi quis mente comprehendere non poſſet, vel manibus ei cõtrectare liceret. Iſtorum ne doctrina diſsidet ab Euangelio, ac non veſtra potius qui ſicut antea per nos fuit demonſtratum Chriſti crucifixi memoriam omnem ex omnium animis euellere, ſempiternaq; obliuione obruere nixi eſtis, externis illis ſignis quibus ea rudiorum animis inſculpebatur abolendis, vnde etiam anſa data eſt alijs, quandoquidem externa omnia in contemptum adduxiſtis, externum etiam verbi miniſterium abrogandi. Quid autem aliud eſt ab Epiſcopo ſe ſegregare, nouamq; ſibi cathedram conſtituere, quã à Chriſti corpore, quæ eſt Eccleſia ſeparari? Recte enim preclarus idem pontifex & martir Ciprianus. Illi ſunt inqt Eccleſia, & plebs ſacerdoti adũata, & paſtori ſuo grex adherens, vnde ſcire debes, epiſcopum in Eccleſia eſſe & Eccleſiam in Epiſcopo, & ſi qui cum Epiſcopo non ſint, in Eccleſia non eſſe. Cæterum, quam graue ſit crimen, ab Epiſcopo ſe velle ſecernere docet idem alio loco Cyprianꝰ Libenter enim ſanctiſsimi martiris vtimur teſtimonio, cuius hæc verba ſunt. Auerſandus talis inquit atq; fugiendus quiſquis fuerit ab Eccleſia ſeparatus, peruerſus eſt eiuſmodi, &

*Li. 4. Epiſt. 9.*

*Tractat. 3. de ſimplicit. prelatorum.*

di,& peccat,& à ſeipſo damnatus. An eſſe ſibi cum Chriſto
videtur qui aduerſus ſacerdotes Chriſti facit? qui ſe à Cle=
ri eius vel plebis ſocietate ſecernit? Arma ille contra Eccle=
ſiam portat, contra Dei diſpoſitionem repugnat, hoſtis al=
taris, aduerſus ſacrificium Chriſti rebellis, ꝓ fide, perfidus,
pro religione ſacrilegus, inobſequens ſeruus, filius impius,
frater inimicus, contemptis epiſcopis, & Dei ſacerdotibus
derelictis, conſtituere audet aliud altare, pręcem alteram
illicitis vocibus facere, dominicæ hoſtiæ veritatem, per fal/
ſa ſacrificia profanare, nec ſcire quoniam qui contra ordi=
nationem Dei nititur, ob temeritatis audaciam diuina ani=
maduerſione punitur. Sic, Córe, & Dathan, & Abyron qui Numeri.16.
ſibi contra Aaron & Moiſen ſacerdotes ſacrificantes licen=
tiam vendicare conati ſint, pœnas ſtatim pro ſuis conati=
bus penderunt, terra compagibus ruptis in profundum ſu
um patuit, ſtantes atq; viuentes recedentis ſoli hyatus ab=
ſorbuit, nec tantum eos qui authores fuerant Dei indignā=
tis ira percuſsit, ſed & cæteros ducentos quinquaginta par=
ticipes eiuſdem furoris & criminis, qui coagulati cum ijſ=
dem ſimul ad audaciam fuerant, exiens à domino ignis ꝓ=
perata vltione conſumpſit, admonens ſcilicet & oſtendens
contra Deum fieri quicquid improbi fuerit ad deſtruendā
ordinationem Dei, humana voluntate conati. Sic & Ozi= 2.Para.26.
as Rex cum turribulum ferens, & contra legem Dei ſacrifi
cium ſibi violenter aſſumens reſiſtente ſibi Azaria ſacerdo=
te obtemperare nolit & cædere, diuina indignatione confu
ſus, & lepræ varietate in fronte maculatus eſt, ea parte cor
poris notatus offenſo domino, vbi ſignantur qui dominū

De baptiſmo contra Donati. li.2. ca.6. promerent. Auguſtinus grauius eſſe cenſet ſchiſmatis quã idololatriæ crimen, inde argumento ſumpto, quod multo de ſchiſmaticis ſumptum eſt ſuplicium atrocius, quam de quibuſcunq; alijs, quibuſcunq; tandem flagicijs & ſceleribus cooptis. Tempore inquit illo, quo dominus priora de-
Exodi.32. licta recentibus pœnarum exemplis cauenda monſtrauit,
Hiere.36. & idolum fabricatum atq; adoratum eſt, & propheticus liber ira regis contemptoris incenſus & ſchiſma tentatum,
Nume.16. & idololatria gladio punita eſt, exuſtio libri bellica cæde, & peregrina captiuitate, ſchiſma hyatu terræ, ſepultis authoribus viuis & cæteris cœleſti igne conſumptis. Quis iã dubitauerit hoc eſſe ſceleratius commiſſum quod eſt grauius vindicatum? vel hinc diſcant, quanto ſe ſcelere conſtringant, quamq; grauiorum ſuppliciorum ſe debitores conſtituant, qui diſceſsione facta à paſtore ſuo & à reliquo grege illi adherente altare contra altare erigere, nouamq; ſibi cathedram conſtituere conantur. Verum hic dicet aliquis qđ tu? nunquid Epiſcopos non eſſe putas homines, qui & errare poſsint, & docere nonnunquam quæ cum Euangelio palam pugnare videantur? Quam multos autem non tantum Epiſcopos, verum & primi nominis patriarchas commemorare licet, qui in hæreſim lapſi diſceſſerũt à fide? Nõne hoc Conſtantinopolitano, nonne Hieroſolimitano, nõne Antiocheno, nonne Alexandrino patriarchis eueniſſe legimus? num igitur ſi quis talis contingat Epiſcopus eius mihi nihilominus error ſequendus, num eius doctrinæ adherendum eſt? Eſt ita vt dicis, homo eſt Epiſcopus eadem infirmitate qua cæteri mortales preditus, vt & errare ipſe,

& alios in errorem inducere poſsit. Ac vidimus noſtra q̃q; ætate quoſdam Epiſcopos à fide diſceſsiſſe, verum quod ãtea demonſtrauimus non ſine cauſa conſtituta ſunt collegia ſacerdotum, ad quæ de doctrina, ſi quæ parum ſana ꝓpagari videtur referre licet. Quæ videmus alicubi puram Euangelíj doctrinam retinuiſſe quam Epiſcopus fraudibus hæreticorum ſeductus deſeruerat. Deinde ſunt ſynodi Dioceſanæ, eſt metropolitanus Epiſcopus quem Archiepiſcopum vocant, ſunt ſynodi prouinciales, eſt poſtremo pater patrum omnium Romanus pontifex, ſunt concilia Aecumenica, adeo multa remedia Deus inſtituit ad quæ confugere liceret ſi doctrina Epiſcopi alicuius ſuſpecta haberetur. Cæterum vt tu ad cognitionem tuam voces Epiſcopum, vt de doctrina illius iudices, vt eam priuato tuo iudicio condemnes, teq; ab illo propria tua authoritate ſegreges ſacrilegæ cuiuſdam temeritatis, inſolentiſsimeq; ac minime ferendæ eſt íſaniæ. Sed hic iterum vſitata illa cantilena nobis occinitur, non fungi officio ſuo Epiſcopos, & ſacerdotes, eſſe mores illorum perditos, eſſe vitam omni vitiorum genere contaminatam. Atq; vtinam quam eſt vſitata tam eſſet falſa cantilena hæc, verum pròh dolor veriora ſunt, & omnium oculis teſtatiora in pleriſq; quam vt negari poſsit. Declinatum eſt ab officíj religione deflexum eſt Pſal 13.
de recto vitæ curriculo. Omnes declinauimus & inutiles facti ſumus, deq; eo ordine qui vnus eſt omnium nobiliſsimus atq; excellentiſsimus recte dici poteſt. Homo cum in Pſal. 48.
honore eſſet non intellexit, & comparatus eſt iumentis inſipientibus, Neq; tamen hæc iuſta cauſa eſt ſicut antea do/

cuimus

cuimus propter vicia eorum qui præſident, Eccleſiæ communionẽ deſerere velle, ac reſponſum quidem eſt ijs vbi de Eccleſia tractauimus, verũ hic q̃q; nõ noſtris, ſed vetuſtiſsimorum eorumq; & doctrina & pietate excelentiſsimorum virorum Origenis & Ioannis Chriſoſtomi verbis reſpõdere viſum eſt. Quorum ille in Ezechielem ſcribens ita loquitur, explicans illum locum Accepiſti veſtimenra varia & operuiſti illa, varia veſtis inquit, eſt et hic vnus in ſcripturis locus quo induimur aſſumentes viſcera miſericordiæ, benignitatis, manſuetudinis, longanimitatis ad ſufferendum inuicem. Has varias veſtes & pulchros amictus, quos nobis largitus eſt Deus ſi laceramus atq; conſcindemus, ac circũdamns falſæ doctrinæ ad deceptionem hominum, non dubium eſt quin varijs veſtibus operiamus idola. Intelligis autem hoc quod dicitur, ſi rem ipſã manifeſtius deſcribamus. Vide mihi aliquem Marcioniſtam, ſiue diſcipulũ Valentini, aut certe cuiuſlibet hæreſis defenſorem, & conſidera quomodo Idola ſua ideſt figmenta quæ ipſe compoſuit manſuetudine & caſtitate veſtiat, vt in aures audientium facilius ex vitæ bonitate ornatus ſermo ſubrepat, & cũ hoc fecerit, intellige eum aſſumpſiſſe veſtem variam morũ, & conuerſationis optimæ, & idolis ſubieciſſe quæ ipſe cõſtruxit. Ac iuxta mei quidem animi ſenſum, multo nocentior ẽ hæreticus bonæ vitæ, & plus in doctrina ſua habet authoritatis, eo qui doctrinam conuerſatione maculat, qui enim vitæ peſsimæ eſt, nõ facile homines ad falſum dogma ſollicitat, nec poteſt per vmbram ſanctitatis audientium decipere ſimplicitatem, qui vero ſermone peruerſus eſt, & diſci:

*Ezechie. 16. Homilia 7.*

plinis

plinis ſaluti contrarius, mores autem compoſitos & orna-
tos habet, nihil facit aliud, niſi accipit indumenta varia in-
ſtitute bene & conuerſationis quietæ, & circumdat ea ido-
lis ſuis, vt magis decipiat audientes. Idcirco ſollicite caue-
amus hereticos, qui conuerſationis optimæ ſunt, quorũ for
te vitã, non tã Deus quam Diabolus inſtruxit. Nam quo-
modo quaſdam illecebras eſcarum aucupes proponũt ut
facilius aues capiant per oblectamentũ gulæ, ſic vt auda-
cius dicam, eſt quedam caſtitas Diaboli ideſt decipula hu
manæ animæ, ut per iſtiuſmodi caſtitatem, manſuetudinẽ,
& iuſtitiam poſsit facilius capere, & falſis ſermonibus irre-
teri. Diuerſis diabolus pugnat inſidijs, vt miſerum perdat
hominem, & bonam malis tribuit vitã ad decipiendos vi-
dentes, & malam bonis induit conſcientiam. mihi ipſi qui
in Eccleſia prędico laqueos ſepe tendit, vt totam Eccleſiã
ex mea conuerſatione confundam, & ideo plus qui ſunt in
medio oppugnantur ab inimico, vt per ruinã vnius homi-
nis quæ cælari non poteſt, omnibus ſcandalum fiat, &
impediatur fides per cõuerſacionem peſsimam clericorũ.
Omnia vt diximus diabolus operatur, & ea quæ videntur
eſſe bona nec ſunt, vt ea quæ per naturam ſuam mala ſunt,
omnia aduerſus humanam comentatur animam, Vnde q
curam habet vitæ ſuæ, neq; manſuetudine hereticorum ca-
pitur ad conſentiendum doctrinæ eorũ, neq; meis delictis
qui videor in Eccleſia prędicare, ſcandaliſabitur, ſed ipſum
dogma conſiderans, & pertractans Eccleſiæ fidem a me
quidem auerſabitur, doctrinam vero ſuſcipiet, ſecundum
pręceptum domini qui agit. Super cathedram Moyſi ſe- Matthei. 23.

 derũt

derunt ſcribæ & phariſei, omnia quecunq; vobis dicūt audite & facite iuxta opera autem illorum nolite facere, dicunt quippe & non faciunt. Iſte ſermo de me eſt qui bona doceo, & contraria gero, & ſum ſedens ſuper cathedrā Moyſi quaſi ſcriba & phariſeus. Pręceptum tibi eſt ò popule, ſi non habueris accuſationem doctrinæ peſsimæ, & alienorum ab Eccleſia dogmatum, cōſpexeris vero meam culpabilem vitam atq; peccata, vt non habeas iuxta dicentis vitam tuam inſtituere, ſed ea facere quæ loquor. Nullū imitemur. & ſi volumus imitari quempiam propoſitus eſt nobis ad imitandum Chriſtus Ieſus. Deſcripti ſunt actus Apoſtolorum, & prophetarum geſta de ſacris voluminibus agnoſcimus illud exemplar firmum eſt, illud propoſitum ſolidum quod qui ſequi cupit, ſecurus ingreditur. Si vero querimus nobis culpabiles ad emulandum, vt cum dicamus ille docet & ijs quæ docet facit ipſe contraria, aduerſus pręceptum domini facimus, qui mandauit doctrinas magiſtrorum magis conſiderari debere, quam vitas. Ioannes vero Chriſoſtom9 alterā ad Timotheū Epiſtolā enarrans. Hoc nempe inquit eſt malorum omniū cauſa quod

*Homili. 2.* rectorum authoritas perijt, nulla illis reuerentia habe-

*Hebreo. 12.* tur, nullus honor, nullus metus, obedite inquit prępoſitis veſtris & ſubditi eſtote illis. At nunc peruerſa et cōfuſa ſūt omnia. Neq; hæc prępoſitorū gratia dico, quid enim illi de noſtro honore lucrātur? niſi inquantū obtemperantes habebunt, idq; pro vtilitate noſtra. Hi enim licet honorentur nihil ex eo honore in futurū lucrantur, maioreq; damnacionē inde ſuſcipiūt, Et ſi paciant᷑ iniurias, nihil ex eis detrimē

ti in

ti in futurum acquirunt immo & meritorum illis actedit
cumulus atq; deffenſio noſtri deniq; cauſa cuncta illi faci=
unt. Nam ſiue honorantur à ſubditis et hoc illis fieri iubet,
quemadmodū dicebat Heli aſſumpſi te de domo patris 1. Regū. 2.
tui, ſiue iniurijs afficiantur, hoc in ſe Deus ipſe perpetitur, 1. Regū. 8.
ſicut ad Samuelem ait. Non te ſpreuerunt ſed me. Itaq; il=
lis contumelia lucrum honor vero onus eſt, non ergo hæc Matthe. 10
illorum gratia ſed veſtri cauſa dico. Qui honorat ſacerdo=
tem Deum quoq; honorat, qui vero ſacerdotem ſpernit, ad
id ſenſim prolabitur vt in Deum ipſum aliquando contu= Numer. 11.
melioſus euadat. Qui vos inquit ſuſcipit, me ſuſcipit. Et ſa= et 14.
cerdotes ait eius in honore habete. Hinc Iudei Deum aſp=
nari didicerunt quia Moſen contempſere qui lapidibus il=
lum impetebant. Nam qui pie ſacerdoti afficit, longe ma=
iore pietate Deum reuerebitur. Et ſi enim malus fuerit ſa=
cerdos quiſpiam, attendit Deus qđ ſui cauſa illum etiam Matthei. 10
qui dignus honore non eſt obſequijs foues, ipſeq; tibi prę=
mia exoluet. Si enim qui prophetam in nomine prophetæ
ſuſcipit, mercedem prophetæ actipiet, profecto & qui cæ=
dit & obtemperat ſacerdoti, mercede ſua non deſtituetur.
Nam ſi vbi de hoſpitalitate agitur tantum, vbi quem ſuſci=
pis ignoras tantum pręmiorū actipis: ſi ei ſubijciaris cui im Matthei. 23.
perat Deus, non multo magis mercede donaberis? Super
cathedram inquit Moſi ſederunt ſcribæ & phariſei omnia
ergo quecūq; dixerit vobis facere, facite, ſecūdū autē opera
eoꝝ ne faciatis. An ignoras quid ſit ſacerdos. Angelus vtiq;
domini eſt, non ex ſe ipſo loquitur. ſi deſpicis non illū deſ=
picis ſed Deum qui illum ordinauit. Sed vn de inquies con

ſtat deum fuiſſe illius ordinationis authorē? Nēpe niſi tu
hanc habeas opinionem ſpes tua inanis facta eſt. Nam ſi
nihil per illū operatur deus, neq; lauacrum habes, neq; mi
niſteriorū particeps es, neq; benedictionibus frueris. Non
ergo Chriſtianus es. Quid ergo? Deus omnes ordinat etiā
indignos? Non omnes quidem ordinat, per omnes tamen
ipſe operatur ſalutem populi moliens, non illorum intuēs
Nume. 22. merita. Nam ſi per aſinæ os, ſi per Balaam ſceleſtū hominē
populi cauſa loquutus eſt, multomagis loquitur per ſacer-
dotem plebis ſuæ gratia. Quid enim non agit Deus ſalutis
Matthei. 7. noſtræ cauſa? quid non loquitur? per quem non operatur?
Si enim per Iudam operatus ē, & per prophetas quibus di
cturus eſt nō noui vos, diſcedite à me qui operamini iniqui
tatem, perq; illos qui demones in nomine ſuo eiecerunt, nō
magis per ſacerdotes diuino miniſterio famulantes opera-
rabit? Namq; ſi prępoſitorum vitas diſcutere pergimus,
ipſi doctores noſtros ordinare contendimus, peruerſoq; or
dine naturali quæ ſupra ſunt, infra eſſe volumus, vt ſupnis
pedes infernis vero ſit caput, audi quid Paulus dicat, mihi
1. Cor. 4 autem pro minimo eſt vt à vobis iudicer aut ab humano
Roma. 14. iudicio. Et iterū tu quid iudicas fratrem tuū? Si fratrem iu
dicare non expedit, quanto minus magiſtrum? Nam ſi qui
dē hoc ſtatuit Deus bene facis peccasq; ni facias, ſin vero
contraria pręcipit, noli pręſumere, neq; ea coneris quæ ſu-
pra te ſunt. Inſurrexerunt aduerſus Aaron poſt vituli for-
Nume. 16. matam ęffigiem. Core Datan & Abirō. Quid ergo? non ne
illi periere? Quilibet quæ ad ſe pertinent ſollicite curet. Nā
ſi quidem fidei dogma peruertat, etiam ſi angelus ſit obau
dire

dire noli, ſin vero recta docet noli vitæ ſed verbis intẽdere.
Habes Paulum verbis, te operibusq; moderantem. Nõ di-
ſtribuit pauperibus inquies, non bene diſpenſat eccleſiæ res
Vnde tibi id conſtat? noli illũ culpare anteq̃ diſcas. Reatũ
caue, plurima quippe ex ſimplici ſuſpitione iudicant̃. Imi- Gene. 18.
tare deum tuũ, audi ipſum dicentem Deſcendẽs videbo &
ſi ſecundum clamorem ſuũ conſumantur, ſin autem vt ſciã
Quod & ſi didiciſti & examinaſti, & vidiſti iudicem ſuſtine.
Noli prępipere Chriſti iudicis ordinẽ, illius eſt munus iſta
diſcutere, non tuũ. Tu ſeruus vltimus non dominus es, ouis
ipſe es, paſtorem noli curioſe diſcutere, ne eius quoq; crimi
nis reus tenearis quod illũ accuſare pręſumis. Et q̃modo in
quies id mihi dicit quod ipſe non facit? Non tibi ipſe dicit.
Nam ſi illi obtemperas, mercede priuaris, Chriſtus hæc ad
monet. Plus aliquid dicam ne Paulo quidem obedire opor
tet ſi quid dixerit propriũ, ſi quid humanum, ſed Apoſtolo
Chriſtum in ſe loquentem circumferẽti. Non igitur aliena
iudicemus, ſua quiſq; diſcutiat, vitamq; diiudicet ſuã. At de
bet ille inquies melior eſſe quã ego. Cur obſecro? Quia ſa-
cerdos eſt. Et quid habet ille amplius q̃ tu non labo-
res? non angores, nõ erumnas? Debet eſſe te melior? Quid
ergo? niſi ſit melior te ipſum perdis ac perimis? Sũt verba
iſta plena arroganciæ. Vnde enim noſti illũ te non eſſe me
liorẽ? Furat̃ inquies & ſacrilegus eſt. Vnde hoc noſti ò ho
mo? cur te ipſũ per pręcipitia impellis? Nempe ſi quis dixe
rit ille purpurã habet, quamuis id ſcias, aurem obruis, & ſi
arguere poſsis, protinus reſilis teq; ſcire diſsimulas, nolens
gratis ſubire periculũ. Quid ergo hoc inloco periculũ mini

Matthei. 12. me neceſſariū ſuſcipis? nō caret reatu hæc verba. Audi q
dixerit Chriſt⁹ Dico aūt vobis, ꝙ ōne verbū ocioſū qđ cūq;
loquuti fuerint homines, reddēt rationē de eo in die iudicij
Cur teipſū quouis arbitraris eſſe meliorē, cur non ingemiſ-
cis magis ac pectus tūdis, atq; in humum reſpicis imitādo
fœlicem publicanū? Et ſi enim melior ſis, hac fæda exiſti-
Lu. 13. matione tua cuncta perdidiſti. melior es tace, vt perſiſtas
eſſe melior, q̊d ſi loquaris, ōnia exinaniſti. Si te putas eſſe,
deſiſti ſi non putas multum ſane profeciſti. Si enim qui pe
ccator aduenerat vbi confeſſus eſt iuſtificatus deſcendere
meruit. qui peccator nō eſt & eſſe ſe putat, quid oro nō lu-
crabitur? quantum ex ea humilitate ſuis adijciet cōmodis?
Vitā tuam diligentius diſcute, Fur nō es at rapis, at violas,
at in numera eiuſmodi perpetras, neq; id vt furtū probē
dixerim abſit, immo illud valde execror, & eū qui eſt eiuſ-
modi defleo, nam dici nō poteſt quā ſit ſacrilegū malū. Sed
vobis parco nolo enim virtutē veſtram alios acuſando mi
nuere. Quid oro publicano deterius? at cum eſſet innume-
ris peccatis obnoxius phariſeusq; id ſolum diceret, nō ſum
ſicut publicanus iſte, omnia perdidit. Tu de ſacerdote dicis
non ſū ſicut iſte ſacrilegus, & non omnia prorſus ammites.
Iſta neceſſario dicere ac plurimis verbis proſequi cogor, nō
ſacerdotū tantū gratia ſed veſtri, nā vereor ne hac elatione
virtus exhauriat veſtra, in iuditiūq; decidatis. Audi deniq;
qđ dicat admonēs Paul⁹, opus autē ſuū probet vnuſquiſq;
& tūc in ſemetipſo tantū habebit gloriā & nō in altero. Nā
Gala. 6. dic oro ſi ſaucius proficiſcaris ad medicum num ommiſſa
cura vulneris tui, ſtudioſe medicū percuntaris vulnus ille
habeat

habeat necne? an vero & ſi ille ſit ſautius, vulnus tuũ iccirco non curas, dicisq́ ſanũ illũ eſſe oportuit medicus cum ſit? quando vero ſanus medicus nõ ẽ abſcedo, vulnus meũ inſanabile referrens, Nonquid enim ſi ſacerdos malus ſit, inde ſolatium capiet ſubditus? nihil minus, Cæterũ dabit ille quidem ſcelerũ ſuorum debitas pœnas. dabis autem & tu tuorum criminũ penas, Et enim magiſter ſolũ iã ordinẽ implet. Erũt enim inquit omnes docibiles DEI, neq́ dicẽt agnoſce dominũ, omnes enim agnoſcent me à minimo vſq́ ad maximũ eorum. Cuius ergo rei gratia inquies pręſidet, cur prępoſitus ẽ? ne quæſo doctores noſtros maledictis impetamus, vti ne noſmetipſos ledamus, noſtra vt dixi õnia diſcuciamus, & neminẽ penitus maledicemus, reuereamur diem illam qua illuminati ab illis ſumus. Patrẽ qui habet, & ſi mille patiatur incõmoda omnia patris reuerentia conteget. Noli enim inquiũt gloriari in ignominia patris tui, neq́ enim tibi tã gloria q̃ probrũ eſt. Etſi ſęnſũ amiſerit veniam habe, lõge hæc magis in patre ſpirituali dicẽda ſũt. Reuerere illũ qd' tibi dieb9 ſingulis diuina miniſtrat, ſcripturas relegi facit tua gratia exornat domũ, ꝓpter te vigilat ꝓpter te vota perſoluit, pro te deũ pręcaturus adſtat, tui cauſa pręces exoluit, pro te apud illũ religio cultusq́ & obſequiũ ẽ, ꝓ te iſta omnia. Reuerere hæc ergo atq́ conſidera, actede ad ea ſumma cũ reuerẽtia. At malus ille ẽ & hoc ad te qd? nũquid enim qui malus nõ ẽ ipſe tibi magna iſta & diuina largitur? abſit. Fides enim tua ad omnia valet neq́ enim tibi iuſtus quiſpiam proderit, niſi ipſe fidelis ſis, neq́ nocebit malus ſi fueris ipſe fidelis, Per vaccas in arca operatus

Ioan. 6.

Eccle. 3.

2 Corin. 6.

I. Reg. 6.

ratus eſt deus cum populum ſaluare vellet, num enim ſa-
cerdotis vita, num virtus tantum conferre potuiſſet? nõ po
ſſunt quæ deus ipſe largitur veluti ſacerdotali virtute pfici
omnia quippe diuinæ ſunt gratiæ. Huius tantum munus ẽ
aperire os, cæterum deus cuncta operatur, ſymbolum iſte
Matthei. 3. tantum modo implet. Intuere qnantũ inter Ioannẽ & Ieſũ
Ioan. 1. intereſt, & audi dicentem Ioannẽ Ego opus habeo à te ba-
ptiſari, & nõ ſum dignus ſoluere ipſius corigiam calciamẽ-
ti. Sed tamen cum tantũ intereſt, deſcendit ſpiritus quẽ nõ
habebat Ioãnes, de plenitudine enim inquit ipſius nos om
nes accepimus, prius tamen quam baptiſaret nõ ille deſ-
cendit, neq; Ioannes ipſum deſcẽdere fecit. Cur ergo iſtud
fit? vt ſcias ſacerdotẽ ſymbolũ implere tantummodo. Ne-
mo homo tantũ diſtat ab homine, quantum à Chriſto Ioã
nes. Deſcendit tamen ſpiritus vt diſcas deum omnia ope-
rari, deũ omnia facere. Volo quiddã adijcere plane mirabi
le & nolite mirari, neq; turbemini. Quid vero iſtud ẽ? Sa-
cra ipſa oblatio, ſiue illã Petrus ſiue illã Paulus, ſiue cuiuſ-
uis meriti ſacerdos offerat, eadẽ ẽ quã dedit Chriſtus ipſe
diſcipulis, quamq; ſacerdotes modo quoq; conficiũt, nihil ha
bet iſta quã illa minus. Cur id? quia nõ hanc ſanctificãt ho
mines ſed Chriſtus qui illã ante ſacrauerat. Quẽadmodũ
enim verba quæ locutus ẽ Chriſtus eadẽ ſũt quæ ſacerdo-
tes nunc quoq; pronuntiant, ita & oblatio eadem ẽ eadẽq;
baptiſmi ratio ẽ, adeo omnia in fide conſiſtunt. Cornelium
Actuũ. 10. ſpiritus repente repleuit, quia prius ipſe alacritatẽ volunta
tis oſtenderat fideq; pleniſsimæ deuotionis obtulerat. Et
hoc igitur, Chriſti corpus & illud ẽ qui autem hoc illo mi-
nus

nus aliquid habere putat, ignorat Chriſtum eſſe qui nunc
etiam adeſt atq; operatur. Iſta vobis non abſq; certa ratio-
ne diximus, ſed vt ſententiam veſtram ſenſumq; corrigamus,
cautioreſq; inpoſterum fatiamus. His Origenis & Chriſo-
ſtomi verbis abunde reſponſum eſſe videtur ijs qui cum aliud
nõ habeant quod obijcere poſsint plauſtris quibuſdã cõui
tiorũ in vitã & mores ſacerdotum & Epiſcoporũ inuehũtur,
quorum veſana rabies pios mouere nõ debet, etiã ſi vera eſ
ſent quæ ab illis dicuntur, quæ tamẽ ex magna parte ficta ſũt
& cõmentitia parendũ ẽ nihilominus etiã ijs prępoſitis quos
iratus deus dedit, ita populi peccatis exigentibus, Nã con-
temnendis illis Deus ipſe contemnitur, audiendis illis Deus
ipſe auditur. Si mali ſunt prępoſiti, nõ vita ſed doctrina eorũ
eſt amplectenda, de qua nihil ẽ quod arroget ſibi priuatus
aliquis cognoſcendi poteſtatẽ quæ propria eſt Epiſcoporũ
Vna eſt in vna quaq; diocęſi Chriſti cathedra, vnde etiã Ec-
cleſia cathedralis dicitur. Ex ea cathedra quod docetur, id
reuerenter & obedienter audiendũ eſt. Contra hanc ſi quis
nouã ſibi cathedram cõſtituere ſit conatus, etiã atq; etiã vi- *Nume. 16.*
deat ne quæ Core Datan & Abiron, eadẽ illũ grauia & in-
vſitata ſupplitia maneant. Nullum enim facinus æque de-
us vlciſcendũ putauit vnquã, atq; hoc quod ẽ vnum omni-
um atrociſsimũ. Sed nos reliqua iam perſaquamur.

## DE SACRAMENTO MATRIMONII. Cap. LIIII.

DIximus iam quẽadmodum nati mundo per la
uacrũ regenerationis fœlicius Chriſto renaſci
mur in vitã quandã nouam, qua non iam ipſi *Gala. 2.*

viuimus deinceps in carne in fide viuimus filij dei, qui dile-
xit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis, qua etiam de cau
ſa fidei ſacramentum baptiſmus vocat̃, Simul & illud do-
cuimus poſteaquã in baptiſmo ſemel Chriſto deſponſi ſu
mus non ad fidem ocioſam, ſed ad pugnam periculoſã nos
vocatoseſſe, dolet enim Sathanas ereptũ ſibi bolum è fau-
cibus. Quamobrẽ omni telorum genere nos oppugnat vt
à ſponſo noſtro, cuius preçioſo ſanguine ſubarrati ſumus
abſtractos in ſuam nos rurſus redigat poteſtatem. Contra
Iob. 7. quem cũ perpetuo nos in acie ſtare oporteat, neq; enim fru
ſtra ſcriptum ẽ. Militia eſt vita hominis ſuper terram, quo
ſimus in prçlio gerendo fortiores, ſignamur in fronte ſigno
crucis & vngimur Chriſmate ſalutis, quo ſigno dat̃ nobis
ſpiritus ſanctus, qui prçſto nobis adſit pugnantibus, robur
prçſtet fiduciamq; reſiſtendi ſuppeditet. Itaq; vocatur con
firmatio ſpei ſacramentum quod per illud in bonam ſpem
erigimur, ex hoſtibus victoriæ deportãdæ, oſtendimus poſt
ea quando quidẽ qui non modo viuũt verumetiã pugnant
alimoniæ indigere vident̃, quod alioqui vires nõ eſſent ſuf
fecturæ, de hac quoq; prouidiſſe nobis patrem miſericordi
arum Deum. Qualis vita, qualis pugna, talis & alimonia.
Ioan. 6. nihil in ijs omnibus non eſt ſpirituale. Spiritus enim ẽ qui
viuificat, caro non prodeſt quicquã. Quamobrẽ non ea car
ne quç videri, quæ tangi, quç vt ſenſu aliquo cõprçhẽdi poſ
ſit, ſed ea quam fide ſola complecti licet, ſua ipſius vera &
viua carne, ſuo ipſius vero & viuo ſanguine, nos reficere di
gnatur. Qua in re cum maxime ſit illuſtris illius in nos cha
ritas qua nos viciſſim ad amandum illum inflamur qui
pri or

prior dilexit nos, recte dicitur Euchariſtia ſacramentũ cha ritatis,per quod vnum cum Chriſto capite, vnum etiã ipſi inter nos corpus efficimur. Illud quoq; demonſtrauimus, quandoquidem noſtra culpa fit,vt cum hoſtibus dimican tes aliquando ſuccumbamus, grauiterq; ſauciati proſter= namur, hac quoq; in parte de remedio nobis patre noſtrũ cœleſtem pro ſua inæffabili bonitate proſpexiſſe, pœniten= tiæq; medicinã conceſsiſſe, qua ſanati reſurgere poſſemus. Quoniam vero nõ niſi noſtra culpa fit,vt victi in hoſtis no= ſtri poteſtatem recidamus, merito nobis deus iraſcit̃,cui p hoc pœnitentiæ ſacramentum reconciliamur, Neq; tamen iam omnino gratis ſicut in baptiſmo ſed requirit̃ deinceps à nobis,ſi redire cum DEO velimus in gratiam,vt à pecca= tis ceſſemus,vt ea deteſtemur & odio habeamus, vt corde contrito & humiliato quod deus non deſpicit,non ſolũ re= cogitemus in amaritudine peccata noſtra,verumetiã mini ſtro reconciliationis ſacerdoti ea confiteamur,& abſolutio nis ab eo beneficium petamus,deniq; vt per ieiunia, oratio nes,eleemoſinas & alia pia vitę ſpiritalis exercicia dignaq; pœnitẽciæ opera ſatisfaciamus,nõ quidem pro pœna æter na,quæ merito Chriſti paſsionis & mortis per ſacramentũ vel ſacramenti votum, vna cum culpa nobis remittit̃, ſed pro pœna temporaria, quæ nõ tota ſemper vt in baptiſmo fit remittitur.Quare ſacramentum hoc ad eam virtutẽ re= fertur quam iuſticiã vocamus, iuſtum enim eſt vt qui gra= ciæ quam acceperat ingratus ſpiritum ſanctum contriſta= uit & templum Dei violare non eſt veritus, nõ ſine aliqua ſatiſfactione reconcilietur. Illud pręterea planũ fecimus.

Pſal. 50.

quod non alio tempore grauius & periculoſius certamen inſtat, quam cum graui morbo cõflictatis ex hac vita migrandum eſt, quodq́ ne tum quidem deeſſe nobis dignata eſt Dei benignitas, deditq́ ſacramentum vnctionis quam extremam vocant, quo vires tam corporis q̃ animi refocillari poſsint, vt ad congrediendũ cum tam potenti aduerſario illius gratia adniti, non õnino impares eſſe poſſemus Hoc ſacramentum ad fortitudinem refert̃, cuius pars eſt perſeuerancia, quam huius vnctionis beneficio conſequimur, fortes in pugna perſauerantes, ac ſumpto ſcuto fidei

*Ephe. 6.* omnia tela nequiſsimi ignea extinguentes. Declaratum ẽ & illud, quando ſine miniſtris vita conſtare nõ poteſt, etiã de illis DEVm Eccleſiæ ſuæ prouidere voluiſſe, non ſine quodam ordine, qui non ſolum ad decorem facit plurimũ, verũetiãm ad concordiã & vnitatẽ retinendã dediſſe minores quoſdã, hoſtiarios, lectores, exorciſtas, Acolitos, dedidi

*In Epiſto. ad Ephe Hom 20* ſſe maiores q̃q́ miniſtros, ſubdiaconos, diaconos, ſacerdotes. Quia vero ſicut pręclare dictũ eſt à Chriſoſtomo, vbi honoris eſt æqualitas aut omnes principatum gerunt, ibi nunquã poterit eſſe pax, dediſſe quoſdã etiam qui cũ quadam in Eccleſia poteſtate verſarent̃, non ſolum cognoſcẽdi de ĳs quæ ad forum Eccleſiaſticũ pertinent pręcipue vero de doctrinæ genere, verumetiã flagicioſos coercendi, & eos qui doctrinam impiã ſectarentur ab eccleſiæ ſeptis arcendi, ac ex piorum cætu exterminandi. Hos ordines per

*In Epiſto.. ad Ephe. Ca. 4.* Paulum ſignificatos putat Ambroſius cũ dicit. Et ipſe dedit quoſdam quidem apoſtolos, quoſdam autẽ prophetas alios vero Euangeliſtas, quoſdam vero paſtores & magiſtros

ſtros ad cõſumationẽ ſanctorũ in opus miniſterij. Apoſto-
li inquit Epiſcopi ſũt, prophæte vero explanatores ſunt ſcri
pturarũ, euãgeliſtæ diaconi ſunt, ſicut fuit Philipus quãuis
non ſint ſacerdotes, euangeliſare tamen poſſunt ſine cathe
dra, paſtores ſunt lectores qui lectionibus ſaginent popu-
lum audientem. Magiſtri vero exorciſtæ ſunt, quia in eccle
ſia ipſi cõpeſcunt & verberant inquietos Refertur autem
hoc ſacramentum ad prudentiam quãdoquidẽ fidelẽ eſſe
ſeruum & prudentem oportet, quẽ conſtituit dominus ſu-
per familiam ſuã vt det illis cibũ in tempore. Atq; hæc qui-
dem dicta iam à nobis ſunt. Quoniam vero cum vnius ho-
minis ætas longa non ſit, breui defuturi erant qui per bap-
tiſmum renati, Chriſti ſe militiæ adſcriberent, etiã huic rei
Deus remediũ proſpexit, ac matrimonij ſacramentũ in ip
ſo paradiſo inſtituit, ex quo noui Chriſti milites conſcribe-
rentur, ſi modo quod fieri dubitandum non ẽ. nõ alia volũ
tate liberos parentes procrearent, quam vt per baptiſmũ
ex membris primi hominis in membra Chriſti tranſlati in
eiuſdem Chriſti militũ album referentur, atq; ijs qui vita
functi eſſẽt noui ſemper ſuccederent. De hoc itaq; ſacramẽ
to nobis nunc dicendum eſt quod antequã peccaſſet Adã.
in officium tantum, & miniſterium poſt admiſſũ vero pec
catũ nõ iã in officiũ tãtũ verumetiã in remediũ ẽ inſtitutũ
Quapropter ad eam virtutem refertur quæ temperãtia di-
citur, vt eſſet incontinentiæ remedium. De hoc ſacramento
ſic ſcribit Paulus Mulieres viris ſuis ſubditæ ſint ſicut domi Ephe. 5.
no quoniam vir caput eſt mulieris, ſicut & Chriſtus caput
Eccleſiæ. Ipſe eſt ſaluator corporis eius Sed vt Eccleſia ſub

iecta eſt Chriſto, ita & mulieres viris ſuis in omnibus, Viri diligite vxores veſtras, ſicut & Chriſtus dilexit Eccleſiam ſemetipſum tradidit pro ea, vt eam ſanctificaret, mundans lauacro aquæ in verbo vitæ, vt exhiberet ipſe ſibi glorioſã Eccleſiam, nõ habentem maculam, aut rugam, aut aliquid eiuſmodi ſed vt ſit ſancta & immaculata, ita & viri debent diligere vxores ſuas vt corpora ſua. Qui ſuã vxorẽ diligit ſeipſum diligit, nemo enim vnquam carnem ſuã odio habuit ſed nutrit & fouet eã, ſicut & Chriſtus Eccleſiam qa membra ſumus corporis eius, de carne eius & de oſſibus eius. Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adherebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna. Sacramẽtum hoc magnum eſt ego autem dico, in Chriſto & in Eccleſia. Verumtamen & uos ſinguli vnuſquiſq; vxorem ſuã ſicut ſeipſum diligat, vxor autem timeat virum ſuum. Nullum eſt è ſeptem de quibus nobis nunc ſermo eſt, cui ſacramenti nomen in ſcripturis canonicis tribui legamus, prȩter vnũ hoc qđ nõ modo ſacramẽtũ verũ etiã magnũ ſacramẽtũ vocat Paulus. Neq; deſunt tamen, q inter ſacramẽta matrimoniũ numerari nolint. Nã à Paulo q Grece ſcripſit nõ ſacramẽtũ ſed myſteriũ vocari dicunt quaſi vero aliud ſonet Grecis myſteriũ quam quod latini vocant ſacramentum. Cyprianus Cyrillus, Chriſoſtomus Euchariſtiã ſæpe vocant myſterium nunquid ideo ſacramentum non ẽ? Ac late quidẽ patet myſterij nomen, ſicut & ſacramenti. verum & ea ſignificatione qua nunc vtimur ſacramentum appellari matrimonium à Paulo dubitandum non ẽ, quãdo quidem ita multis & diſertis verbis omnia illi competere oſtendit quȩ

cunq;

cunq; ad ſacramenti rationem (quomodo nunc de eo loqmur) pertinent. Quid eſt enim aliud ſacramentum, niſi ſacræ rei ſignum? Docuimus autem ante ea tria eſſe ſignorũ genera. Nam & preteritarum, & preſencium & futurarum rerum per ea admonemur, omnium harum rerum nos admonet ſignum huius ſacramenti, ſiue quis materiam aut elementũ vocare malit, quæ eſt viſibilis illa coniunctio, quæ fit ſtipulatione verbo℞, data arra, iunctis dextris, alijsq; ſolennibus ceremonijs. Primum admonet, preterite myſticæ conglutinacionis diuinæ & humanę naturæ, Chriſti ſpõſi & Eccleſię ſponſæ, quomodo dominus noſter Ieſus Chriſtus reliquit patrem ſuum Deum, poſteaquam exinaniuit ſemetipſum formã ſerui accipiens, reliquit matrẽ ſuam ſynagogã ex qua ſecundum carnem natus eſt, reliquit domũ ſuam, dimſit hereditatẽ ſuam, dedit dilectam animã ſuam in manus inimicorum ſuorum. Quam tandem ob cauſã? Vt adhereret vxori ſuæ eccleſiæ quã ex gentibus ſibi copulauerat vt quã fœdã inuenerat ac oñi turpitudinis genere polutã, eam ſanguine ſuo ablutam ſanctificaret ac exhiberet ſibi glorioſã Eccleſiam non habentem maculã neq; rugam. Huius pręterite rei futuros coniuges primum admonet ſignum iſtud viſibile, admonet autem, non in hoc tantum vt mirentur, verumetiam vt imitentur, vt uiri diligant vxores ſuas ſicut & Chriſtus dilexit Eccleſiã, vt neq; patris neq; matris amorẽ illius amori anteponendum eſſe putẽt, vt ſicut Chriſtus tradidit ſemetipſum pro ſpõſa ſua Eccleſia, ita vir pro vita pudicitia, fama vxoris ſuæ, non dubitet vitæ quoduis diſcrimẽ adire, Sicut Chriſtus adamauit im-

Ephe. 2.

Hyere. 12.

mundã & acerbiſsima quoq; paſſus eſt, vt mundam & incontaminatã redderet ſic & vir ſi nõ vſq; quaq; munda ſit vxor, ſi qua ſit vel corporis vel animi infirmitate prędita, nõ ſtatim abijciendã exiſtimet, verũ infirmus infirmã tolleret atq; omnia prius & facere & pati in animum inducat q̊ vel corporis vel animi illius morbo mederi poſsit. Huius rei coniunctionis Chriſti ſponſi cum ſponſa Eccleſia ſic ſignum eſt viſibilis coniunctio viri cum fœmina, vt eius admoneat tantum non autem eam efficiat, Cæterum admonet preterea pręſentis rei pręſentis gratiæ quam in hoc ſacramento confert DEVS qui quod iubet non modo verbo, verumetiam exemplo, idem etiam dat pro ſua bonitate. Si quidem viſibilis iſta copulatio quæ fit datis arris iunctis dextris, admonet inuiſibilis gratiæ quam largit̃ Deus. Nã ſimulut ad elementum viſibile acceſſerint verba quæ pręeunte ſacerdote profert vterq; cõiunx, fit ſacramẽtum per quod peculiare donum ſpiritus infunditur, quo & firmiores reddunt ad perpetuã concordiam & robuſtiores ad pariter tolleranda huius vitæ incõmoda, & inſtructiores ad ſobolem pijs moribus educandam. Quod quidem donum ſic demum infunditur ſi quemadmodum oportet, ita ſacramentum hoc ſuſceptum fuerit. Nã ſi ſecus factũ ſit ſicut in alijs ſacramentis, ita & in hoc ira paratur ꝓ gratia. Infunditur autem hoc donum ex pacto diuino, qui promiſit hoc ita futurum dicens, propter hoc relinquet homo

Gene. 2.

patrem & matrem ſuam & adherebit uxori ſuæ. Quod ſacramentum & ſi in viro quoq; & in muliere eſſe dicit Paulus, maius tamen eſſe vult in Chriſto & in Eccleſia. Quod autem

auté ad virũ quoq; & mulieré pertineat miſteriũ hoc ſiue ſacramẽtũ, teſtat Chriſoſtomus, eum locũ enarrãs his ver bis. Reuera namq; reuera inquã myſterium eſt & magnũ myſteriũ relicto parẽte eo qui genuit, eo q aluit, etiã ea quæ peperit quæ miſere & cum labore parturiuit, illis videlicet deſertis qui tanta beneficia pręſtiterunt, quibus cum cõſue tudo tracta eſt, adherere virum illi, quæ ante ea neq; viſa ſit neq; aliud cõmertij cum illa habuerit atq; hanc etiam om= nibus pręferre, vere myſteriũ eſt, Et parẽtes etiã cũ iſta fiũt nõ offẽdunt ſed magis offẽdũt ac dolent cũ nõ fiunt. Expẽ ſsis quoq; pecunijs ac ſumptu facto letantur, Magnum re= uera myſterium & inæffabilem quandam ſapientiã habet. Iſtud ſupra pręfatus dixit in Chriſto & in Eccleſia. verum tamen non propter ipſum ſolũ ita dictum eſt. ſed quid? ut vxorem ſcilicet tanquam propriam carnem foueat, quẽad modum & Chriſtus Eccleſiã, vxor vero vt reuereat virũ Neq; diſsimilia ſcribit Auguſtin⁹ quoq; cuius hæc ſunt ver ba Quoniã non tantum fecunditatis cuius fructus in prole eſt, nec tantum pudicitia cuius vniculum eſt fides, verum= etiam quoddam ſacramentum nupciarum comẽndatur fi delibus coniũgatis, vnde dicit Apoſtolus viri, diligite vxo= res veſtras, ſicut & Chriſtus dilexit Eccleſiam. Huius pro= culdubio ſacramenti res eſt, vt mas & fœmina cõnubio co pulati quamdiu viuunt inſęperabiliter perſeuerent, nec li= ceat excepta cauſa fornicacionis à coniuge coniugem diri mi hoc enim cuſtodit in Chriſto & Eccleſia, vt viuẽs cum viuente inæternum nullo diuortio ſeparetur. Cujus ſacra= menti tanta obſeruatio eſt in ciuitate Dei noſtri hoc eſt

Homi. 20.

De Nuptijs & cõcupiſcẽ tia Li. Ca. 10.

in Eccleſia Chriſti quibuſcꝫ fidelibus cõiugatis qui ſine du
bio membra ſunt Chriſti, vt cum filiorum procreandorũ
cauſa, vel nubant fœminæ, vel ducantur vxores, nec ſterilẽ
coniugẽ fas ſit relinquere vt alia fœcunda ducatur. Quod
ſi quiſquam fecerit, non lege huius ſeculi, vbi interueniente
repudio ſine crimine conceditur cum alijs alia copulare cõ
nubia, quod etiam ſanctum Moyſen dominus propter du-
ritiam cordis eorum Iſraelitis permiſiſſe teſtatur, ſed lege
*Matth. 19.* Euangelij reus eſt adulterij, ſicut etiam illa ſi alteri nupſit,
& vſqꝫ adeo manent inter viuentes ſemel inita iura nuptia
rum, vt potius ſint inter ſe cõiuges qui ab alterutro ſeparati
*Ca. 21.* ſunt q̄ cum ijs quibus alijs adheſerunt. Ac aliquanto poſt
adducens illa verba Relinquet homo patrem & matrem.
Quod magnum, ſacramentum dicit Apoſtolus in Chri-
ſto & in Eccleſia qđ ergo eſt in Chriſto & in Eccleſia ma-
*In Epiſtolam ad Ephe.* gnum, hoc in ſingulis quibuſcꝫ viris atqꝫ vxoribus minimũ,
*ibidem* ſed tamen coniunctionis inſeparabile ſacramentum. Ad e
*Epiſtola 92.* undẽ modum ſcripſerũt Ambroſius quoqꝫ Theophilactus
Leo pontifex & alij nõnulli, qui omnes eadem ratione qua
ſeptem reliquis, huic quoqꝫ ſacramenti nomen tribuũt. Du-
plicis itaqꝫ rei ſignum eſſe docuimus hoc ſacramentũ prę-
teritæ coniunctionis Chriſti cum Eccleſia & pręſentis gra-
tiæ quæ nobis confertur. Cuius, non admonet modo, verũ-
etiam cauſa illius eſt, & eam efficit hoc ſacramentum. Eſt e
tiam tertiæ rei ſignum, admonet enim iſta coniuctio viſibi-
lis matrimonio copulandos, futuræ cõiunctionis cum ſpõ-
ſo noſtro Chriſto, quando quidem per vas ſuum electum
loquutus eſt ſpiritus ſanctus, quod ſaluabitur mulier per
gene-

generationem filiorum, ſi permanſerint in fide & dilectio= 1. Timo. 2.
ne & ſanctificatione cum ſobrietate. Fuerunt apud gentes
quoq; matrimonia, qui lege quadam naturæ menti diuini/
tus inſita ſanctam rem eſſe matrimonium, & maius quidã
quam vt humanum inuentum exiſtimari poſſet intellige=
bant, atq; ideo vagos concubitus arcebant, ac de ijs qui ſtu
prum aut adulterium cõmiſiſſent, pœnas capitis legibus
ſumebant, matrimonij tamen ſacramentum apud eos nõ
fuit, cum liceret eis etiam nulla cauſa matrimoniũ reſcin=
dere. Sed neq; apud Iudeos, apud quos maior etiã fuit ma
trimonij ſanctitas, fuit matrimonij ſacramentum eadẽ illa
ratione qua apud nos ſacramentum eſt, quibus & ipſis ob
duriciam cordis permiſſum erat vxores dimittere quam= Deute. 24.
uis leuem ob cauſam ſolum, ergo Chriſtianum matrimo= Mat. 19.
nium ſacramentum recte dicitur & eſt. Cuius cum tria bo= De Gene. Li.
na recenſeat Auguſtinus, primum dicit eſſe fidem, ſecundũ 9.ca.7. De bo
prolem, tertium ſacramentum. In fide attenditur ne præ no coiugali.
ter vinculum coniugale cum altero vel altera concuba= cap.24. & de
tur, vxor enim non habet poteſtatem ſui corporis ſed vir ſi peccato ori
militer & vir non habet poteſtatem ſui corporis ſed mulier ginali cõtra
In prole vt amanter ſuſcipiatur benigne nutriatur, religioſe Pelagiũ Li.2.
educetur, huius enim potiſsimum gratia cõtrahi debet ma cap. 34.
trimonium. Ita enin dicit Apoſtolus. volo iuniores nubere, 1 Cor 7.
filios procreare, matres familias eſſe. In ſacramento autẽ, 1. Timo. 5.
vt coniugium ne ſeparetur & dimiſſus aut dimiſſa nec pro
lis cauſa alteri coniungatur. Hoc enim eſt Chriſti verbum
Dictum eſt quicunq; dimiſerit vxorem ſuam, det ei libellũ Mat. 5.
repudij. Ego autem dico vobis, quia omnes qui dimiſerit

uxorem ſuã excepta fornicacionis cauſa, facit eam mecha
ri, & qui dimiſſã duxerit adulterat. Et rurſus quod Deus cõ
*Mat. 19.* iunxit, homo non ſeparet, Et ſequutus magiſtrum ſuũ Pau=
lus. His inquit qui matrimonio iuncti ſint pręcipio, non e=
go ſed dominus, vxorem à viro non diſcedere, quod ſi diſce
*1. Cor. 7.* ſſerit manere innuptã, aut viro ſuo recõciliari. Quæ & Chri
*Corin. 7 & Li* ſti & Apoſtoli verba, non alio ſenſu acteperunt Ambroſius
*8. in Lucam* Hyeronimus Auguſtinus, & ante eos Origenes & Chriſo=
*Ad queſtiones* ſtomus ac qui ſectator ipſius eſt Theophilactus, alijq; ſan=
*Amandi* cti lectores quamquod per ea ſignificari exiſtimarent tan=
*presbyteri & in Epitaphio* ti ſacramenti rem eſſe fœdus illud initum nupciale vt ne i=
*Fabiolæ De* pſa ſeparatione irritum fiat quando quidem viuentem vi/
*bono coniũga* ro a quo relicta eſt, mechatur ſi alteri nupſerit neq; diſpar
*li Ca. 7. In Mat. Ho. 7* eſt cauſa viri, quẽ non oportet eſſe meliore conditione quã
*Homili. 17. in* ſit mulier. Magna itaq; eſt firmitas vinculi cõiugalis, quã
*Ca 5. Matthe* non deſignat modo, verumetiam efficit actedẽte verbo, vi
ſibilis illa quæ fit per ſacerdotẽ copulatio, confertur enim
per illam donum perſeuerantiæ peculiare, modo quis ani/
mum prebeat capacem & eo quo debet affectu ad ſacra=
mentum hoc actedat. Qui qualis eſſe debeat, docet nos o=
ratio Saræ filiæ Raguelis, quæ matrimoniũ ſuſceptura ſit
*Tobie. 3.* orauit. Tu ſcis domine quia nunquam concupiui virum, &
mundam ſeruaui animam meã ab omni concubitu, nunq̃
cum ludentibus miſcui me, neq; cum ijs qui in leuitate am=
bulant me participem prębui, virum autẽ cum timore tuo
non cum libidine mea cõſenſi ſuſcipere, Contracturus ma=
trimonium concipere debet animo quantum ſit hoc ſacra=
mentum, nempe quod Deo authore copulatur, neq; aliter
affectus.

affectus eſſe quam ſi pręſentem deum videat, uxorem ſibi copulantem. Miniſterium enim ſacerdotis eſt Deus autē eſt qui nexu quodā inſollubili coniungit, iuxta illud qđ dictum eſt, Quos Deus coniunxit, homo non ſeparet. Debet etiam animo ſecum reputare, quanta ſit ſigni maieſtas quod ſimilitudinem refert coniunctionis Chriſti ſponſi cū Eccleſia ſua ſponſa, Hoc affectu q acteſſerit dubitare nō debet quin gratiæ quæ confertur in hoc ſacramento ſit particeps futurus. Qui vero profano affectu ſacramētum hoc percipiunt, tantum abſunt à gratia percipienda, vt iram etiam ſibi theſauriſent in die iræ. Neq; enim alijs ex cauſis cōtrahendum eſt matrimonium, quam propter ſanctam ſocietatem, religioſe proſteritatis amorem, ac fornicationis odium ac deteſtationem, vt dicere poſsit vxorem ducturus cum ſancto Tobia. Domine tu ſcis quia nō luxuriæ cauſa actipio cōiugem, ſed ſola poſteritatis dilectione, in qua benedicatur nomen tuum in ſecula ſeculorum amen. Nam ſi qui coniugium ita ſuſcipiuūt vt deum à ſe & à ſua mente excludant & ſuæ libidini ita vacent ſicut equus & mulus q bus non eſt intellectus, habet poteſtatem demonium ſup eos, ac formidare debent, ne idem illis eueniat quod ſeptē illis viris qui cum luxuriæ cauſa Raguellem uxorem ducere voluiſſent, ordine omnes prima ſtatim nocte, propter incontinētiam ſuam à demonio ſunt ſuffocati. Libet hic adſcribere ſancti pōtificis & Martyris Euariſti verba, de eo q̄ ritu legittimū matrimonium contrahi oporteat. Legitimū inquit vt à patribus actepimus & ſanctis apoſtolis, eorūq; ſucteſſoribus non eſt matrimonium, niſi ab ijs qui ſuper ip

*Mat. 19.*
*Tobie. 8.*
*Tobie. 6.*
*Pſal. 31.*
*Epiſtola. pre.*

ſam fœminam dominationem habere videtur,& à quibus cuſtoditur vxor petatur & à parentibus, propinquioribus, ſponſetur & legibus dotetur,& ſuo tempore ſacerdotaliter vt mos eſt cum pręcibus & oblationibus à ſacerdote benedicatur,& à paranymphis vt cóſuetudo docet cuſtodita & ſociata à proximis tempore congruo petita legibus detur, & ſolemniter actipiatur. Et biduo vel triduo orationibus vacent,& caſtitatem cuſtodiant vt bonæ ſoboles generentur,& domino ſuis in actibus placeant. Taliter enim placebunt & filios non ſpurios: ſed legittimos atq; hereditabiles generabunt.

## DE IMPEDIMENTIS MATRIMONII, Caput. LV.

SVnt quędam de eſſentia matrimonij,ſunt alia quæ ſicut in cæteris ſacramentis, ita & in hoc magis ad ſolennitatem quandam pertinent. Quæ ſunt poſterioris generis,contrahendum quidem impediunt matrimonium, ſed non dirimunt contractũ.Quæ vero prioris nó ſolũ impediunt cótrahendum verumetiam dirimunt contractum,De vtriſq;,quo facilius memoriã comendari poſſent hos, verſiculos ante aliquot ſecula conſcriptos legimus.

Eccleſiæ vetitum,nec non tempus feriatum
Impediunt fieri,permittunt iuncta teneri
Error,conditio,votum,cognatio, crimen,
Cultus diſparitas,vis,ordo,ligamen,honeſtas.
Si ſis affinis,ſi forte coire nequibis,
Hæc ſocianda vetant,conubia facta retractant.

Nobis de duobus tantum dicere nunc eſt propoſitum, de quibus hoc tempore controuerti maxime videmus, de voto & de ordine. Venerem notæ fuiſſe incontinetiæ fœminā adeo peruulgatum eſt apud omnes, vt inde nomen etiā traxerit omnis obſcenitas & libido. Hæc prima fuiſſe dicitur author in Cypro mulieribus vt vulgo queſtum corpore facerent. Quod ideo ſcribit eam imperaſſe Lactantius Firmianus, ne ſola preter alias mulieres impudica & virorum appetens videretur. quam tamen inter numina ſua gentes retulerunt. Huius exemplo duo Martini quo & ipſi poſſēt inter hæreticorū nomina refferri, numinis huius œſtro perciti, violato iureiurando quod pręſtiterant, vt incæſtam libidinem ſuam explerent, non quibuſuis mulieribus, verum eiuſdem cuius & ipſi fuerant ordinis, hoc eſt nonnis, ſiue qs ſanctimoniales appellari malit, quaſi matrimonio coniuncti authores fuerunt omnibus qui corpora ſua domino cōſecraſſent, & perpetuam proffeſſi continentiam voto ſe caſtitatis obſtrinxiſſent, quo & ipſi contra iuſiurandi ſui religionem, perfractis pudoris repagulis ac ruptis pudicitiæ clauſtris, eadem ſe nefaria turpitudine cōtaminarēt. Quāuis autē non par crimen, non omnino tamen diſsimilis cauſa fuiſſe uidetur imperatoris Valentiniani, qui cum alterā vxorem duxiſſet priore ſuperſtite neq; repudiata quo leuius videri poſſet facinus à ſe patratum ſi plures eiuſdē culpæ affines facti eſſent, legē tulliſſe, ac eam promulgari paſsim iuſiſſe legitur, per quam cuiuis duas ſimul vxores habere liceret. Matrimonium itaq; ſacrilega audatia factum eſt, ut in dubium illud reuocari cæptum ſit, liceat ne voto

Li. 1. Ca. 19.

Socra. Li. 4. Cap. 31.

ſe

ſe caſtitatis obſtringere, aut ſi quis obſtrinxiſſet ſe, matrimo nium nihilominus contrahere. Quamuis autē nemini qui catholicæ fide eſt dubium ſit quin & licitum ſit vouere caſtitatem aut continentiam, & quod ſemel quis vouerit id ab eo pręſtari oporteat, quo magis tamen id perſuaſum eſſe queat, etiam ijs qui vacillare non nihil videntur, paucis de eo diſſerendum eſſe putauimus. Quod & vouere pium & quod voueris pręſtare neceſſariū ſit, apertiora ſunt ſcripturæ teſtimonia quam vt negari poſsit. Sic enim per prophetā Deus loquit᷑. vouete & reddite domino Deo veſtro.

Pſal. 75. Et iterum. Cum votum voueris domino Deo tuo non tar-

Deut. 23. dabis reddere. Quod autem cælibatus votum pium deoq; gratum ſit, uel ex eo cuiuis perſpicuū eſſe poteſt, quod & a

Matt. 19. Chriſto laudant᷑ Eunuchi qui ſe propter DEI regnū ca-

Eſai. 56. ſtrauerunt. & apud Eſaiam, ſempiternum ſe nomen datu-

1. Cor. 7. rum illis Deus promiſit. quod non peribit, & de virginibus

1. Timo. 5. conſilium dat Paulus, qui ſimul indicat ad Timotheū ſcri-

*In libro de ui ris apoſtolicis* bens, quod quæ viduæ ex Eccleſiæ ſtipe alebantur voto ſe perpetuæ continentiæ obſtringebant. Et Chilo teſtat᷑ quā q; Iudeus qui fuit apoſtolorum æqualis, fuiſſe tum inter Chriſtianos qui ſuam Deo caſtitatem deſponderent. Quā obrem quod aſſerunt caſtitatis hoſtes & continentiæ votū cælibatus fieri contra mandatumDei tam aperte vanum ē vt refellere neceſſe non ſit, nullum enim Dei mandatum ꝑ ferre poſſunt de non vouendo continentiā, quam Deo gratam & acteptā eſſe tot locis nō obſcuræ ſcripturæ teſtantur

Eccle. 5. Sed hic illi aliam æque friuolam rationem adferrunt. qua votum cælibatus parum eſſe pium demonſtrent. Diſplice-

re au

re aiunt deo eiuſdem eſt ſtultam promiſsionem. Eſſe autẽ
infidelem & ſtultam promiſsionem, uouere quod pręſtare
non poſsis. Cuius generis eſſe volunt continentiã, De qua
non dubitauit alter ex eis dicere, ęque non eſſe arbitrij ſui
utſe à fœmine commixtione ſeruaret, q̃ non eſt arbitrij
ſui, mas ſit aut fœmina. Adeo nihil puduit impudens iſtud
os ſuam incontinentiam toti orbi teſtatam facere, Quis aũt
non videt ſi nihil vouendum ſit quod à nobis tanquã a no/
bis pręſtari non poſsit omnẽ iam vouendi rationem pror=
ſus eſſe ſublatam. Nam non modo facere, verum ne cogita
re quidem aliquid ex nobis tanquã ex nobis idonei ſumus. *2 Corin.*
At non ita nos docuit Auguſtinus qui locum illum enar=
rans. vouete & reddite monet vt quiſq; quod poteſt voue= *Pſal. 75.*
at & reddat. Non ſitis inquit pigri ad vouẽdum, non enim
viribus ueſtris, implebitis deficietis ſi de vobis pręſumetis.
Si autem de illo cui vouetis, vouete ſecuri redetis. Quo in
loco cum de alijs votis, tum de uoto virginitatis & continẽ
tiæ tanquam pio deoq; grato copioſe diſſerit. Ac in alio q̃=
dam libro non vult vt quemquã terreat ſarcina continen *Ad Polẽtiũ.*
tiæ, leuis inqt erit, ſi Chriſti erit Criſti erit ſi fides aderit, quæ *Li 2. ca. 19.*
impetrat à iubente quod iuſſerit. Ac Paulo poſt Non eos *De adulteri.*
frangat inquit, qđ videť eorum continentia neceſsitatis eſ= *niscõ iungijs.*
ſe non voluntatis, quia & illi qui eam voluntate delegerũt,
fecerunt eam eſſe neceſsitatis, quoniam vani ſine damnati=
one ab ea deuiare non poſſunt. & qui in eam neceſsitate cõ
truſi ſunt, faciunt eã eſſe voluntatis, ſi nõ de ſe ipſis. ſed de il=
lo aquo eſt bonum omneconfidant. Qui etiam in confeſsi= *Li. 10 confe.*
onum libris ad deum orationem conuertens ait. Tota ſpes *ſionũ ca 29*

mea in magne valde miſeratione tuę da quod iubes, & iu
be qđ vis, imperas nobis continentiā, & cū ſcirem ait quidā
quia nemo poteſt eſſe continens niſi deus det, & hoc ipſum
erat ſapiētiæ ſcire cuius eſſet huc donū, adĳ dominū, & de
prȩcatus ſum illum. Quamobrem non modo non impoſſi
bile, verumetiam facile iucundum, & ſuaue, nobis futurū
eſt continere, illo adiuuante qui dixit. Iugum meum ſuaue
Mat. 11. eſt, & onus meū leue. verū eſt quod dixit Comicus, nihil ē
Homi. 64. tam facile, quin difficille fiat ſi inuitus facias. Verum & il
ad populum
Antiochenū. lud uerum eſt, quod à Chriſoſtomo ſcriptū eſt. Nihil qđ
non ſuperet amor cū deſiderio. Neq; poteſt tam eſſe quic-
quam difficille, tam durum, tam moleſtum, quod non facil
le, iucundum, & ſuaue ſit amanti. Sicubi vera eſt fides, non
illa ſola quæ triginta ĳs annis prȩdicari cæpta eſt, quam Ia
Iaco. 1 cobus vocat mortuam ſed illa de qua dicit Paulus qđ per
Gala. 5. charitatem operatur nihil credēti & amanti difficille atq;
Hora. in arte adeo nihil non erit comprimis leue & ſuaue. Qui pithia cā-
tat ſcripſit quidam abſtinuit venere & Bacho. Deinde ue-
ro qui ferarum capiendarum deſiderio tenentur, & eorum
quanta ſæpe ſit abſtinentia vel Hypoliti exēplo docemur.
Poſtea uero quam idem in frigore in æſtu perferendo pati-
entes ſunt quæ non adeunt vitæ pericula? ab equis à foſ-
ſis, a prȩcipitĳs, à fluminibus, à feris quibus aliquando te-
mere ſe cōmittentes immaturam quandoq; mortem obe-
unt nullam tamen ex eo ſentiunt moleſtiam. quin magis
uoluptatem maximā. Quem vero faciendæ rei tenet ſtudi-
um, dum impiger extremos currit mercator ad Indos. Per
mare pauperiem fugiens, per ſaxa per ignes, Nonne & illi-
us

us videre ſæpe licet abſtinentiam ſingularē? qui plurimis
pręterea vitam ſuā exponit periculis & moleſtijs. *Si* tantū
poteſt amor & deſiderium ferarum capiēdarū, ſi tantū po=
teſt amor & deſiderium pecuniæ cumulande, quam tamē
relinquat homo neceſſe eſt cum ex hac vita migrauerit, ſi= *Pſal. 75.*
cut ſcriptum eſt, dormierunt ſomnum ſuū, & nihil inuene=
rūt viri diuitiarum in manibus ſuis, non multo poterit am=
plius amor & deſiderium illius qui vita noſtra eſt, & quidē
uita ſine fine locata? quo cum eſſent inflāmati ſancti Apo=
ſtoli & Martyres, non ab uxorum complexu tantum abſti *Actuū. 5.*
nuerunt, verumetiā cum cæſi eſſent, ibant gaudentes à con=
ſpectu concilij, quia digni habiti ſunt pro nomine IESV
contumeliam pati, quibus uſq; eo durum non fuit, aut qđ
iſti volunt impoſsibile ſuaue Chriſti iugum in continendo
ut non modo carnis concupiſcentias ſeruarent, verumetiā
ultro pro Chriſto mori expeterent. Sic Andreas cum cru=
cem ſibi paratam eſſet conſpicatus exclamaſſe legit', ò bo=
na crux diu deſiderata, & iam concupiſcenti animo prępa
rata, ſeccurus & gaudens uenio ad te ita & tu exultans ſuſ=
cipe me diſcipulum eius qui pependit in te. Sic Laurentius
vltro Sixto cōmori cupiens quo progrederis inquit ſine fi
lio pater, quo ſacerdos ſancte ſine miniſtro properas, Cūq;
extrinſecus arderet locatus martyr in craticula poſitus, ty=
ranni ſeuientis incendijs, maior cum intrinſecus Chriſti a=
moris flāma torrebat, & quamuis Rex improbus ligna ſu
bijceret, ac grauioribus incendijs cruciaret, tamen ſanctus
Laurentius has flāmas, fidei calore non ſenſit, & dū Chri=
ſti pręcepta cogitat frigidum eſt ei omne quod patitur. Sic *2. Cor. 11.*

Paulus, cũ quinquies quadragenas à Iudeis actepiſſet, ter virgis cæſus ſemel lapidatus eſſet, ter naufragium feciſſet,
Roma. 8. quis ergo nos inquit ſæperabit a charitate Chriſti, tribulatio an anguſtia, an fames an nuditas, an periculum, an perſequutio, an gladius, ſicut ſcriptum eſt, quia propter te mortificamur tota die, æſtimati ſumus ſicut oues octiſionis, ſed
Pſal. 431 in ijs omnibus ſuperamus propter eũ qui dilexit nos. Certus ſũ enim, quia neq; mors, neq; vita, neq; angeli neq; principatus, neq; uirtutes, neq; inſtantia, neq; futura, neq; fortitudo, neq; altitudo, neq; profundum, neq; creatura alia poterit nos ſeparare à charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu domino noſtro. Hic mihi reſpondeant iſti delicati martyres, qui ſiue animi, ſiue corporis aliquo morbo laborẽt, nullum ſciunt aliud remediũ, pręter fœminas carnes, aut quadrupedum & volatilium, vtrum ſit difficilius, vtrum ab homine pręſtari minus queat, carnis ut ſtimulus reſiſtat, an imminentis mortis terrorem ſuperet, ac illos crutiatus nõ difficulter ferat, quos tot millia ſanctorum martyrum etiã ex fragili fœmineo ſexu tanta animorum alacritate legimus pertuliſſe. Certe ceſſare ſtimulos carnis fateantur neceſſe eſt ſicubi vel motus tantum alicuius periculi grauioris impendet. Adeo motus huius & impulſio ẽ vehemẽtior Et tamen potuerunt illi quæ ſunt multo grauiora, potuerunt nõ ſolum viri uerum etiam fœmine & ſexus & ætatis tenerioris, potuerunt autem in illo qui confortat omnes in
Phil. 2. ſe ſperantes Chriſto, qui cum viuat in nobis, cum operatur in nobis & velle & perficere, quid ẽ qđ illo faciẽte vt facia-
Phili. 4. m9 facere nõ poſſimus? Quamobrẽ confidenter dicat quilibet

libet,claraq́ꝫ voce pronunciet,omnia poſſum in eo qui me confortat. Continentiam iubes Chriſte,da quod iubes & iube quod vis.Iubes vt non modo carnis verumetiam oculorum concupiſcentiã ſuperem, da quod iubes,& iube qđ vis,iubes ut à faſtu quoq́ꝫ me contineam, da quod iubes & iube quod uis,iubes vt cruciatus pro tuo nomine perferã, *Iob. 17.* ut uitam etiam cum ſanguine profundam, da quod iubes & iube quod uis.Pone me iuxta te & cuiuſuis manus pug= *Pſal. 26.* net contra me,ſi conſiſtãt aduerſum me caſtra non timebit cor meum. Si exurgat aduerſumme pręlium, in hoc ego ſperabo,omnia poſſum in te qui confortas me. Sic dicat ſic faciat ſtrenuus Chriſti milles,neq́ꝫ cum in acie fuerit cõ= tra hoſtem collocatus, ſimulut leuis aliqua impręſsio fa= cta fuerit abiecto fidei ſcuto ſtatim fugiat,& clamet, nõ poſſum,non habeo dei donum,mulier quedam filium in prę= *Pluthar. in* ſium euntem,dato illi clipeo,ſic illum adhortata legit̃.Fili *Apoph. laco.* aut hunc aut ſuper hunc,Laconia breuitate filium inſtruẽs ita rem in bello gerendam ut aut victor clipeum referret. aut mortuus in eo domũ reportaret̃.Hoc ſibi quoq́ꝫ Chri= ſti miles contra carnem,contra mundũ,contra diabolũ prę lium initurus dictum exiſtimare debet, vt aut cũ fidei ſcu= to vnieat hoſtes,aut in fide moriatur intrepidus, neq́ꝫ dicat *I.Cor. 7.* non poſſum.Paulus cum hanc materiam tractaret noluit *Math. 19.* dicere qui non poſſunt continere nubant,ſed qui non conti nent, idq́ꝫ Chriſti exemplo qui & ipſe non dixit,nõ omnes poſſunt capere ne quis fati rem eſſe putaret, ſed nõ omnes capiunt verbum hoc.Poſſumus enim omnes in eo qui nos confortat,ſed non volumus omnes,non adhibemus illud

ſtudium quod oportet non actedimus ea fide qua oportet ad eũ pręcãdum cuius hac miſericordia poſſum9. Nõ ſolũ carnis deſideria frenare ſed oculorũ etiã cõcupiſcẽtiã domare, faſtũ quoq; calcare, deniq; a quocunq; alio crimine abſtinere Dei donum eſt. Quid ergo? non poſſe me dicam quia non eſt mihi datum? Non ergo penes me culpa erit, ſed penes deum qui mihi donum hoc non eſt impartire dignatus Huc tandem impietatis ꝓlapſi ſunt iſti, vt Deum malorũ authorem quin etiam impulſorem facere non dubitent, dũ nihiloplus in nobis libertatis eſſe aſſerunt, quã in ſtipite aut in trunco. Quorumetiam hæc eſt blaſphema vox, non minus ꝓprium opus eſſe Dei Iudæ proditionẽ, q̃ Pauli vocacione Sic error alius ex alio gignit᷑, & vetus illa ac pridẽ iã ſopita Simonis hæreſis reſuſcitat᷑, Interea tamen qui hæc tam impia dicere ueriti non ſunt tanquam idola quedã colunt᷑ a multis, & ꝙ ſcriptum ab illis eſt, quamlibet pugnet cum Euangelio, D E I tamen uerbum & euangelium vocat᷑, neq; alio iam loco quã quo ſcriptura Canonica habetur, adeo ſunt proh dolor mẽtes hominũ excecatæ. Sed nos ad inſtitutum redeamus. Planum iam fuiſſe videmur, neq; aduerſari dei mandato votum cælibatus. nec eſſe eius modi quod homo deo fretus pręſtare non poſſit, Eſt quidẽ ita ſi noſtras ipſorum vires ſpectemus, nos nõ poſſe, ſed poſſumus ſi fidutiam omnem in illo colocemus qui paratior eſt ad pręſtandum, quam nos ſimus ad petendum, cum vera fide. Verum adduci multi creduntur vt ſi voto cælibatus implicent, non ut quod vouerint pręſtent, ſed ut cuius rei cauſa vouerint honoribus & opibus potiantur. Verum

rum hac dere Dei ſolius eſt iuditium qui ſcrutat᷑ corda & *Hiere. 17.*
renes. Vtinam autem non multi ſint de quibus id non vere *Mala. 1.*
exiſtimari poſſit, Vetus eſt illa Dei querela, qvod nemo
vel hoſtia claudat, vel incendat altare gratuito, Quin & q̊
tempore quot Epiſcopi & pręſbyteri tot fuerūt prope mar *Philip. 2.*
tyres à Paulo ſcriptum ad Philipenſes legimus ijs verbis.
Spero inquit Timotheū me cito mitere ad vos, vt ego bo=
no ſim animo cognitis quæ circa uos ſunt, neminē enim ha
beo tā vnanimē q ſincera affectione pro vobis ſolicitus ſit
omnes enim quæ ſua ſūt querūt, nō quæ Ieſu Chriſti. Quod
ſi vere dictum eſt illo tempore noſtro hoc ſeculo multo ue
rius dici poteſt, quo mercenarios multos raros admodum
paſtores videre licet. Cæterum quo quis animo ſacerdos fi *Hebre. 4.*
eri velit, aut voto ſi cælibatus obſtringat. dei ſolius eſt iudi *1 Regū. 16.*
tium, cuius oculis nuda & aperta ſunt omnia homo videre
non poteſt, niſi ea que patent dominus autem intuetur
cor. Verum vt demus hoc, eſſe non neminem qui dum
furijs ambitionis actus ad ſacerdotium aſpirat hac ſola de
cauſa cælibatum vouerit, nū ideo tollendus eſt cælibatus?
Etiam ad matrimonium accedunt multi, longe alia affecti
one quā qua ſuſcipi tantum hoc ſacramentum oporteret.
Nam quotum queq; reperire licet qui illud ſpectet in ma=
trimonio ineundo, quod ſpectari ſolum debet, ac nō ad do=
tem, ad formam, aut alio quocūq; potius reſpiciat. Num i=
deo dicemus ne ſit matrimonium? Sed nequit aiunt pręſta
re qđ uouit, Hoc dicere Simonis eſt & Martionis ac Ma=
nichei hæreſim profiteri, Chriſtiano dicere fas nō ē, niſi qđ
dixit Paulus omnia poſſum in eo qui me confortat. Quod

dixit

dixit Auguſtinus, leuis erit ſarcina cõtinentiæ ſi Chriſti erit Chriſti erit ſi fides aderit, quæ imperat à iubente quod iuſſerit. Verum non pręſtant multi. Nunquid in baptiſmo quoq́ non abrenunciauimus ſathanæ & pompis eius? pręſtatne id ab omnibus? An ideo abroganda erit hæc Apoſtolorum traditio quæ mille quingentis annis in Eccleſia durauit Legem Moiſi nunquid omnes obſeruabant Iudei? num ideo fuit abroganda, quia pręuaricationes eius erant plurimi, prius quam veniſſet finis legis Chriſtus? An ideo tollemus

Rom. 10. pręceptum de non concupiſcendo, quod magis actẽdere videtur concupiſcentiam quam extinguere ſi Dei ſumus

Rom. 7 auxilio deſtituti? Non ita nos Paulus docuit. Lex quidem inquit ſancta, & mandatum ſanctum, & iuſtum, & bonum. Sic & cælibatus lex, ſancta eſt iuſta eſt, bona eſt, etiã ſi neq́ ſancti, neq́ iuſti, neq́ boni ſunt, qui profeſsi cælibatum ventri nihilominus & libidini ſeruiunt. Pręclare Chriſoſtomus, calumniãtur inquit ebrioſi fructum à Deo factũ, dicentes non ſit vinum, at nos ipſis dicamus, non ſit ebrietas, vinum enim dei, ebrietas autem diaboli opus eſt nõ vinum ebrietatem facit, ne dei creaturam acuſes, ſed conſerui inſaniam argue. Totidem uerbis reſpondere licet ĳs qui dicunt, non ſit votũ cælibatus. vt dicamus illis, nõ ſit ſcortatio, non ſint incæſte nuptiæ, votum enim celibatus Dei, ſcortacio & incæſte nuptiæ diaboli opus eſt. Non uotum cælibatus ſcortacionem facit, ne quod à Deo laudatum eſt acuſa verum illius inſaniã argue, qui quod promiſit non pręſtet, non quia non potuerit, ſed quia noluit, quia non ea qua oportuit fide Deũ pręcatus eſt, ut ſibi continentiæ do-

num

nũ impartiret, de quo Paulus quoq; teſtatur, Quod fide= 1. Coo. 10.
lis Deus ſit, qui non patietur nos tentari ſupra id quod poſ
ſumus, ſed faciet etiam cum tentacione prouentum ut poſ
ſimus ſuſtinere. Non ſunt laudandi qui ſe temere votis ob=
ſtringunt. Pręſtat enim longe non vouere, quã quod ſemel
voueris in eo non perſiſtere. Sed cum animi cuiuſq; diffici=
lis ſit coniectura, etiã ſi quis anteacto vitæ ſuę tempore pa=
rum cõtinenter uixiſſe uiſus ſit, quãuis haberi delectũ opor 1. Tim. 5.
teat, vt ne cito manus cuiuis imponatur, ne ue peccatis
alienis communicętur, prohiberi tamen vix poterit, quo=
minus quod ſanctum eſt uoueat. Neſcit enim tarda moli=
mina ſpiritus ſancti gratia vno momento ex publicano E Lu. 5.
uangeliſtam, ex perſequutore Apoſtolũ ex meretrice vas Act. 9. Pſa. 76.
electũ, ex latrone paradiſi ciuem factũ eſſe legimus. Hæc Lu. 7.
eſt mutacio dexteræ excelſi. Optandũ tamen foret, vt quæ Lu. 23.
regula pręſcripta eſt ab Apoſtolo in conſtituendis Epiſco= 1. Timo. 3.
pis & presbyteris, ea ſeruaretur. Eſt autẽ Chriſtianæ chari
tatis nõ cogitare malum, nec temere ſecus aliquid de ꝓxi=
mo ſuſpicari. Vere dictũ eſt a quodam Ethnico, & a Gre= Cice. Epiſto 1 ad q. fra. gre
gorio Nazanzeno repetitum, quod ut quiſq; optimus eſt, gori. in Epiſ
ita difficilime alium improbũ eſſe ſuplicatur, contra vero ad Anataſiũ. funebri
ſcriptum a ſapiente legimus. In via ſtultus ambulans, cum
ipſe inſipiens ſit omnes ſtultos æſtimat, ex ſuiſ quiſq; mori= Eccle. 10
bus, libenter fingit alios. Sic Nero ſcribitᷣ cum vnus eſſet Sueto in Ne= rone.
omniũ impuriſsimus, animũ inducere non potuiſſe vt qui=
cunq; pudicum eſſe crederet. Verum vtrũq; ſe res habeat,
reperiri videmus nõ paucos qui cum ſe voto cælibatus ob=
ligauerint, non pręſtent tamen, in quos iuxta canonũ prę=

 ſcripta

ſcripta potius animaduertendum foret, quā ut ſancta lex propter non ſanctos homines antiquaret. Sed hic à Bu-
Li. 1 Epiſ. 11. cero Cypriani nobis Authotitas obijcitur, qui ſcriptum ali cubi reliquerit, cum de virginibus Deo dicatis loqueret, ſi perſeuerare nolunt aut non poſſunt, melius eſt ut nubant. Fingamus hoc ita ſenſiſſe Cyprianum. Quod eſt aūt iſtud ſingularitatis ſtudium, velle ſolitariā alicuius opinionē ſequi potius quam totius Eccleſiæ catholicæ ſenſū & conſenſum? Ducentis annis poſt, authoritate vnius omniū ſanctiſſimi, doctiſsimi grauiſsimiq; pōtificis Leonis Calcedonenſe fuit cōciliū congregatū ſexcentorū triginta Epiſcoporū, quod inter quatuor illa numeratur, quæ ab ipſis etiam hæreticis noſtri temporis haud aliter quàm ſicut quatuor Euangelia recipiuntur, in eo diſertis verbis contrariū eſt ſan-
Canon. 12. citum. Nonne totius orbis Chriſtiani potius quam vnius alicuius ſequi ſententia oporteret? quem tamen & ipſum exiſtimandum non eſt id ſenſiſſe quod iſti uolunt. Vt quæ votum continentiæ ſolemniter eſſet proffeſſa, Deo dicatæ virgini, nubere licitum exiſtimaret. Sed ſcripſit ijs de deo dicata, Scripſit non tamen ideo verba hæc ita ſunt actipienda tanquam ei poſteaquā ſe ſemel Deo deſpondiſſet, nubere licere uellet, quin retro potius trahenda ſunt ad id tempus quo mundū ſe deo dicauerat. Id adeo qui ſequuntur eiuſdem Cipriani verba manifeſte declarant, vbi Chriſti ſponſam eſſe dicit Deo dicatam uirginem, & ſi cū viro reperta fuerit, Chriſti vocat adulteram. Eſt ne autem credibile in hūc errorem tam impiū lapſum eſſe Ciprianū vt virgini deo dicate permitendū adulteriū eſſe cenſeret?

Quin

Quin ille potius non diuerſum ea de re ſenſiſſe credēdus eſt. quam quod ab Hyeronimo, Ambroſio, alijſq; ſanctis doctoribus qui ſequuti eum ſūt ſcriptum legimus, qui quę uirgines poſt conſecracionem nupſiſſent, eas non vxores legitime iunctas, verum adulteras & incæſtas eſſe dixerunt, Paulus uiduas quæ ſaltem uellent nubere damnationem habere ſcribit quia primam fidem irritā fecerunt. Et ē veriſimile Ciprianum contra Pauli doctrinam, hanc uirginibus deo dicatis nuptias ad æternam earum damnationē permitere uoluiſſe? Nihil itaq; ſuffragat̄ iſtis Cipriani qd̄ adferunt teſtimonium. Vtrum autem diſpenſari poſsit votum cælibatus nec ne, nihil eſt quod in prę ſentia uerba multa faciam9. Thomæ quidem Aquinatis quem pro ſua ſententia confirmanda teſtem citant non nulli, verba ſunt hæc. In uoto ſolemnizato per ꝓfeſsionem religionis nō poteſt per Eccleſiam diſpenſari. Et rationem aſsignat decretalis. quia caſtitas eſt annexa regulæ monachali. Atqui talle eſt votum virginum ſolemniter deo dicatarum. Verum hæc de voto dicta ſufficiant. Quod autem ad ordinem attinet eam non repugnare matrimonio quatenus vtrumq; ſacramentum eſt, a ſanctis patribus didicimus. Cæterū quæ fiunt a matrimonio iunctis, quæ citra luborē nominari non poſſunt, ea cum ſacerdotio vehemēter pugnare ab Origene, Ambroſio Hieronimo cæteriſq; viris nō doctrina magis quā pietate excelenti prędītis docemur. Quod ſit ſacerdotem eſſe. nihil eſſet aliud quā prophetā eſſe, verbiq; miniſterio fungi, fortaſſe non uſq; adeo pugnaret natura ſacerdocij cum nupcijs, fieriq; poſsit, ut eidem & ſacerdoti &

1. Tim. 5.

22. q. 88. articulo. 61.

Homi. 23. in marito eſſe liceret. Quoniam verò certum eſſe dicit Orige-
Numeros. nes impediri ſacrificium indeſinens ijs qui neceſsitatibus
coniungalibus inſeruiũt, uidetur illius ſolius eſſe offerre ſa-
crificium indeſinens qui indeſinenti & perpetuæ ſe deuoue
rit caſtitati. Si laicus dicit Hieronimus & quicunq; fidelis
Li. 1. aduerſus Iouinia. orare non poteſt, niſi careat officio coniugali, ſacerdoti cui
ſemper pro populo offerenda ſunt ſacrificia ſemper oran-
dum eſt, ergo ſemper carendum matrimonio. Nam & in
veteri lege. qui pro populo hoſtias offerrebant, non ſolum
in domibus ſuis non erant, ſed purificabantur ad tempus
ab vxoribus ſeparati, & vinum & ſicerã nõ bibebant quæ
ſolent libidinem prouocare, Eadem repellit in comenta-
in Cap. 1. rijs ad Tytum, Ambroſius quoq; enarrãs illa uerba diaco-
1 Timo. 3. nes ſunt vnius vxoris viri, Non pugnat igitur eſſe maritum
& ſacerdotem ſed pugnant inter quotidianos vxoris am-
plexus verſari, & cœleſtia myſteria tractare. Quamobrem
non apud orientales modo, uerum & in noſtra catholica
& apoſtolica Eccleſia nihil impedit quominus qui mar/
itus eſt fiat idẽ ſacerdos, mod o quę mariti ſolent ea facere
deſinãt. Qui ſemel vxorem duxit, quoat illa vixerit etiam ſi
diuortium factum ſit, maritus tamen illius nunquam eſſe
deſinit. Caro viri caro ſemper vxoris eſt, caro uxoris, caro
viri eſt, neutrius ut poteſtatem tertius aliquis habere poſ-
ſit, ſed ſi ceſſerit, vltro coniunx iure ſuo quod habet in uiri
carnẽ ac ſuã q̃q; carnẽ deo cõſecrauerit, iã & marito licebit
ad eundẽmodũ ſe deo dicare, ſacerdotioq; fungi. Sic Petro
nõ fuit vxor ĩpedimẽto q̃ minꝰ Chriſti fieret Apoſtolꝰ, ſed
quod eam tamen relinquerit Chriſtum ſequutus vel hęc
ipſius

ipſius uerba teſtantur cum dicit Ecce nos relinquimus om nia & ſequuti ſumus te, quid ergo erit nobis? Largius autē id ex reſponſo Chriſti colligitur. Omnis inquit qui relique/rit domum vel fratres, vel ſorores, aut patrem, aut matrem aut vxorem, propter nomen meum, centuplū actipiet &c. An autē reliqui apoſtoli coniuges habuerint quoniā hoc de illis manifeſte relatum non eſt, videtur Hyeronimo ue=riſimilius eſſe quod non habuerint. Inter ſeptuaginta vero diſcipulos maritos fuiſſe nonnullos credibile eſt, quos ta=men & ipſos poſtea quam Chriſti diſcipuli facti ſunt. Petri exemplo cū uxoribus cōmertij deinceps nihil habuiſſe, du bitandum non eſt. Ea res occaſionem dedit Corinthijs ex Paulo ſciſcitandi, quandoquidē uidebant Chriſti diſcipu/los vxores ſuas relinquere, neq; deerant qui id ab omnibus in Chriſtum credentibus fieri oportere dicerent, num ſibi quoq; relinquendæ vxores eſſent, poſteaquā ſemel in Chri ſtum credere cæpiſſent, quibus reſpondens Paulus. De qui bus inquit ſcripſiſtis mihi quętentes an ad fidē conuerſis cum uxoribus cōmertium habere maritis liceret, bonū eſt mulierem non tangere, hoc eſt ab vxore abſtinere, propter fornicationem autē unuſquiſq; habeat uxorē ſuam, & vna queq; uirum ſuū, Non dixit ait Hieronimus vnuſquiſq; du cat ſed unuſquiſq; habeat vxorem ſuam. Suam inquit ha=beat, ſua utatur quā habebat antequam crederet. Neq; ſo=lus Hieronimus uerū & Ambroſius & Auguſtinus Latini & Chriſoſtomus Oecumenus, Teophilactus Greci Pauli locum hunc de coniugatis intelligunt. Quod ita eſſe clari=us etiā indicat ea quæ ſequuntur, Explicat enim ipſe Pau=

*Mat. 19.* *Li. 1. con. Io uinianū.* *1. Cor. 7.* *Epiſ. 1.99.*

ſus quid ſit, habeat vxorem, & habeat uirum cũ dicit vxori uir debitũ reddat, ſimiliter, & vxor viro. Vt ne cui aut dubium eſſe poſſet de quo debito dicat Paulus ſubiũgit mox Mulier ſui corporis poteſtatem nõ habet ſed vir. Similiter & uir ſui corporis poteſtatem nõ habet ſed mulier, Nolite fraudare inuicem uel cęco appareat nõ de alĳs hæc uerba dici quã de coniugibus, hic ut ſit germanus Pauli uerborũ ſenſus. Vnuſquiſq; maritus habeat hoc eſt retineat uxorẽ ſuam, nõ dimitat illam, ne det occaſionem fornicandi, utatur ea reddat illi quod ex lege coniugĳ debet. Neq; enim hactenus eſt ſui corporis dominus, ut quod ad uſum coniugalẽ attinet, eius copia fraudare poſsit uxorem. Ad eũdem modum vnaqueq; uxor habeat hoc eſt retineat virũ ſuũ. Non diſcedat ab eo quin reddat potius quod illi debet ex iure matrimonĳ. Nã qđ ad uſũ ꝑtinet matrimonĳ, ius vxorĳ corporis, penes maritũ ẽ nõ penes uxorẽ, quæ ſui copiã negare marito nõ debet. Ex eo uidere licet quãta ſit illoꝝ cæcitas, qui ex ĳs Pauli uerbis lõge diuerſã ſẽtẽtiã colligere conãt, quaſi pręcipiat ĳs õnibus qui ſũt cælibes ut uxores ducãt, cũ tamẽ etiã Eraſmus ipſe Rotherodam⁹ q fuit comprimis iniquus cælibatui, paraphraſi locum hunc explicans, de coniugatis eum intelligi uelit. Sic enim ſcribit. Ad queſtiones de quibus me per literas cõſuluiſtis, paucis reſpondebo. Quid faciendum ĳs qui matrimonio ſunt irretiti, quid ĳs qui in cælibatu degũt, & uiduis, item quid ĳs q matrimonio moleſto aut impari ſunt impliciti, poſtremo quid virginibus elocandis aut non elocandis. Quãobrẽ quo quaſi fortiſsimo telo uſi ſunt, ad cælibatũ oppugnandũ

gnandũ

gnādū, id magis adeo contra ipſos facere videť. Tantū enī abeſt vt ĳs Pauli verbis uocēt cælibes ad nuptias, ut ne ĳs quidē qui matrimonio iam ſunt irretiti vſquequaq; liberę eſſe velit, Paulus, quouis tempore pręſtare quæ debent inuicem ex lege matrimonĳ, ſeq; magis indulgere quam pręcipere ſcribat, ut mutuū ſibi pręſtent debitum. Verum vt eo unde deflexit redeat oratio, non eſſe pugnantia docuimus matrimonium & ſacerdotium, ſed eſſe pugnantia reddere debitum uxori & reddere debitum deo iuge ſacrificiū offerendo. Quare cui debitum hoc per uxorē remiſſum fuerit, ei & fuiſſe ſemper, & eſſe licitum nō in orientali modo, verum & in noſtra hac Eccleſia ſacerdotio fungi. Obſeruatum autē hoc fuiſſe legimus etiam in orientali Eccleſia, ut maritus cum ſacerdos eſſet factus officium mariti aſſenciente uxore facere deſineret. Adeo uiſum id eſt ex diametro qđ aiunt cū ſacerdotis officio pugnare. quod hoc ita ſit, docet Hyeronim⁹ cum de Vigilātio loquiť ĳs verbis. Proch nefas Epiſcopos dicitur ſui ſceleris habere conſortes. Si tamen Epiſcopi nominandi ſunt, qui non ordināt Diaconos niſi prius vxores duxerint, nulli cælibi credentes pudicitiā, immo oſtendētes quam ſancte viuant, qui male de omnibus ſuſpicantur, & niſi pręgnantes vxores viderint clericorum, infanteſq; de vlnis eorum vagiētes. Chriſti ſacramenta non tribuūt. Quid facient oriētis Eccleſiæ? quid Aegipti, aut ſedis Apoſtolicæ, quæ aut virgines clericos actipiunt, aut continētes, aut ſi vxores habuerit, mariti eſſe deſinunt Hoc docuit Dormitantius, libidini frena permittens. & naturalem carnis ardorem qui adoleſcentia plerūq; ferueſcit

*Aduerſus Vigilan,*

ſuis

ſuis hortatibus duplicans, immo extinguens coitū fœminarū, ut nihil ſit ꝙ differamꝰ a porcis ꝙ differamꝰ à brutis animātibus, ꝙ ab equis de quibus ſcriptū eſt, Equi inſaniētes in fœminas facti ſunt mihi. Docet qui fuit Hieronimo aliquanto poſterior Socrates quoqꝫ Grecus. Si quis inquit in Theſſalia clericus factus cum uxore quam ante clericatū legittime duxit dormierit abdicatur. cum omnes qui preclari ſunt in oriente abſtineant, Pręcipue uero in Theſalonia, Macedonia, & Helade. Clarius autē id utroqꝫ vetuſtior demonſtrat Epiphanius Conſtantiæ Cipri Epiſcopus, qui adducto eo loco, oportet Epiſcopum irrepręhenſibilē eſſe, vnius uxoris uirum, Reuera inquit non ſuſcipit ſancta dei pręcatio poſt Chriſti aduentum, eos qui a nuptijs mortua ipſorum vxore ſecundis nuptijs coniuncti ſunt, & hac certo ſancta dei Ecclēſia cum ſinceritate obſeruat, Sed & adhuc uiuentem, & liberos gignentem vnius uxoris uirū nō ſuſcipit, ſed eum qui ſe ab una cōtinuit, aut in uiduitate vixit. Diaconum & pręsbyterum, & Episcopū, & hipodiaconum, maxime vbi ſinceri ſunt canones Eccleſiaſtici. At dices mihi. ōmino inquibuſdā locis ad huc liberos gignere pręsbyteros, & diaconos & Hipodiaconos, At hoc nō eſt iuxta canonem ſed iuxta hominum mentem quæ per tempus elanguit. Quamobrem etiam apud orientales, ubi ſinceri fuerunt canones Eccleſiaſtici obſeruatū fuiſſe legimus ut ſacerdotes mariti. à maritorum deinceps officijs abſtinerent. Quod uero ſcripſit alicubi Elephanus Papa, oriētalium ſacerdotes matrimonio copulati, id ibi factum intelligi debet, vbi ſinceri canones non ſunt, Et quāuis rideat Philipus

Marginal notes: *Li. 5. Cap. 22,* (beside "quanto poſterior Socrates"); *Hereſi. 5. 9. li. 2. tomi pri.* (beside "or demonſtrat Epiphanius … qui adducto eo loco")

pus Gloſſatorem quod is interprętatus ſit, copulantur, id eſt copulato utuntur, hūc tamen eſſe Stephani verborum ſenſum quem gloſſator eſſe vult, certum eſt & indubitatū. Quamuis enim cuius Papæ Stephani verba ſint hæc, quæ in decretorum librum retulit Gratianus, non ſatis liqueat, nouem enim eius nominis fuiſſe conſtat, neq; reperiunt' inter decreta Stephani Papæ, Cuius Epiſtola libris conciliorum eſt inſerta, nequaquā tamen credendum eſt, quicunq; tandem fuerit iſte Papa Stephanus, adeo rudem eum, & rerum omnium imperitum fuiſſe, ut illud ignoraret, in nulla unquā orbis Chriſtiani parte matrimonia contrahere ſacerdotibus licuiſſe. Ac tamē ex aliis pluribus locis quæ per eundē Gratianum allegantur, manifeſtum cuiuis eſſe poteſt, copulantur hoc loco aliter actipi non poſſe, quā ſicut intellectum eſt à gloſſatore, nimirum copulato vtunt', ac lege matrimonii quod pridem initum eſt carnaliter cōmiſcentur/Profertur ab eodem Gratiano, reſcriptum Nicolai pontificis ad Salonitanum Epiſcopū, cuius hæc verba ſūt, Noſſe inquit deſideras, vtrum mulier quæ uiri filium ex alia fœmina genitum de ſacro fonte leuauit poſt modum poſſit cum eodem uiro copulari. Quis non uidet copulari hoc loco non pro eo actipi quod eſt matrimonio iungi quod iā pridem factum fuiſſe verborū contextus indicat, ſed carnaliter miſceri? Qua ſignificatione uſus etiam eſt verbo copulationis Gregorius dicens. Poſtquā copulatione coniugii viri atq; mulieris vnum corpus efficitur, non poſt ex parte conuerti, & ex parte manere in ſeculo. Et rurſus ad vrbicū ſcribens. Dum unum vtroq; corpus coniugii ſit factum copula-

30: Q. I. Noſſe.

li. 9. Epi. 44

pulatione incongruũ eſt partem conuerti, & partem in ſe-
culo remanere. Ad eundem modũ Chriſoſtomꝰ quoq; vel
potius eius interpres habitare cum ſponſis nõdum ſibi co
pulatis lege coniugij. Certe copulatio & copulari in his lo
cis, non contractum, ſed uſum ſignificant matrimonij. Hic
itaq; germanus eſt verborum Stephani ſenſus, quod orien
talium ſacerdotes maritorum officijs funguntur & pręſtat
uxoribus ea quæ debent ex lege matrimonij occidentaliũ
vero nequaquã. Verum ſi qui ſint etiam quos vxores habe
re contingat, ſunt iuxta Pauli conſilium tanquam non ha-
1. Cor. 7. bentes, neq; deinceps quicquã eis cum vxoribus eſt comer
tij. Hic cum ſit ſanus Stephani uerborum intellectus, faci
le apparet quam nihil Philippũ locus hic adiuuet per quẽ
probare nititur ſacerdotibus aliquando matrimonium cõ-
trahere licuiſſe. Cum etiam apoſtolorum canonibus id ve
titum eſſe legamus. Extat enim inter alios hic quoq;. Qui
2. uiſ9. cum celibes eſſent clerici facti ſunt, ex ijs ſolis lectoribus &
cantoribus, ſi modo ſic eis uiſum ſit matrimonium contra
here licere uolumus. Quo canone quid aliud ſtatuitur, quã
quod hipodiaconus diaconis, & pręsbyteris poſtquã ordi-
nati fuerint uxorem ducere fas non eſt? Quemadmodum
etiã ſexta ſynodus Conſtantinopolitana que ante annos
paulominus noningentos habita eſt canonem hunc decla-
rauit, Qua ſynodo cum poſterior fuiſſe uideatur Stepha-
nus hic pontifex, quicunq; tandem is fuerit, nam primum
non fuiſſe liquet, eſt ne ueriſimile eum aut canonem apo-
ſtolicum, aut ſexto ſynodi decretum ignoraſſe? quam cum
pręceſſerint aliquanto interuallo Socrates Hieronimus,

Epipha-

Epiphanius,qui non uxores modo ducere Verumetiam cũ ijs quas duxiſſent ante ſuſceptos ſacros ordines rem habe=re ſacerdotibus etiam orientalibus licitum non eſſe ſcripſe=runt,non poteſt oſtendi tempus ullum, quo uel orientaliũ vel quaruncunq; aliarum Eccleſiarũ ſacerdotibus matri=monium inire fas fuerit. Ficulneum Vt plane ſit pręſidium hoc Philipi quo nititur ad incæſtas magiſtri ſui nuptias de=fendẽdas. Iam illud quã ridiculum, quam inæptum quam prorſus puerile quod affertur ex Nicolao papa de matri=cida quodam, cui dum pœnitentia pręſcribitur, à ꝓpria & legitima coniuge non ſeperari iubetur,quem fuiſſe ſacerdo=tem ex eo colligere Volunt quod oblationes facere ꝓhibeť. Quaſi vero ſoli ſint ſacerdotes qui oblationes offerrãt, aut quaſi non ſit alia oblatio pręter eã de qua ſuperius ſcripſi=mus,qua ſemetipſum in ara crucis Chriſtus obtulit, cuius repręſantacio fit per ſacerdotem in altari. Poterat iſte theo=logus,iuris utriuſq; conſultus,grãmaticus,Rhetor,medicꝰ geometer,alÿpes,augur,ſchenobates,& quid non? poterat ex illo ipſo decretorum libro in quo tam diligenter verſa=tus eſſe uideri Vult hoc quoq; legiſſe quod profert Gracia=anus ex Gregorio,qđ omnis Chriſtianus procuret ad miſ=ſarum ſolemnia aliquid deo offerre, & ducere ad memoriã quod deus per Moyſen dixit, Non aparebis in conſpectu meo Vacuus,atq; inde diſcere, habere ſuas eciã oblaciones laicos quas offerant ad altare,quas etiam apud Catholi=cos nunc offerri uidemus,& fuit hic Vſus offerrẽdi antiquiſ=ſimus.Ab hoc genus oblationibus offerendis repellebanť, pœnitentes,qualis fuit iſte matricida, repellebãtur, fratres

*33.q.2.c.lato.*

*De Conſcra. Diſtin.1. om=nis Chriſti=*

*Eox. 34.*



diſsidẽ

diſſidentes, tum qui pauperem oppreſiſſent, qui ſacrilegiū patraſſent, qui vi ſeruum ſuum ad eccleſiam profugum ex traxiſſent, raptores uſurarij, meretrices, & atrocium criminum aliorum affines, ſicut nonageſima diſtinctione multis ſacrorum canonū locis allegatis gloſſator oſtendit. Non ergo ſtatim ſacerdos eſt ſi quis oblationē offert, quod non viris magis quam fœminis licet, modo ne ſint ex eorum numero quibus oblationes facere vetitū eſt. Hic videre licet, quam anxiè quærendo, quā nihil inuenire poſsint nouatores iſti, quo demóſtrent aliquādo ſacerdotibus matrimonia contrahere licuiſſe. Quāta eſt autē iſta temeritas, quod per mille quingentos annos nunquam in Eccleſia catholica licuiſſe legitur id eis nunc demū licitū vt ſit contendere? cum tempus ſit iam multo breuius quā fuit illud quo Paulus etiam eos qui haberent vxores uoluit eſſe tanquā non habentes. Manifeſtum ergo iam eſt ſacerdotibus neq; licuiſſe unquam, neq; nūc etiam licere matrimonia contrahere. Quod uero adfertur ex Paulo, oportet Epiſcopum unius uxoris eſſe uirum, id ad excludendos bigamos à ſacerdotio dictum eſſe ſancti patres omnes uno ore teſtantur. Quemadmodū apud Tertulianū Origenem Chriſoſtomū, Epiphanium, Hieronimum Auguſtinū Ambroſium Leonem pontificem, Theophilactum, & alios uidere licet. Illud aūt perridiculum quod ex ijs Pauli uerbis colligere uolunt, nō volunt non fuiſſe, ſed eſſe oportere Epiſcopum vnius uxoris uirum, atq; cum liberos etiam actu habentem, ut niſi ſe ſtrenuum uereq; maſculum in illis procreandis preſtiterit, parum ſit idoneus qui Epiſcopi munus obeat. Quorum ſi ſententiā

*Ca. ob'atio-nes*

*1. Cor. 7.*

*1 Timo. 3.*
*L. 1. ad uxorē de exhortatione caſtitatis & de monogamia.*

*Homli. 17. in Lucā*
*Ho. 10. ad Timo. & 2. ad Titū.*
*Hereſi 59.*
*li. 1. cō. Iouinianum & ad Titum.*

ſententiā recipimus non erit ſacerdos & Epiſcopus Chri=ſtus,non Paulus ipſe qui hæc ſcripſit,non Ioannes Euangeliſta de quo indubitatum eſt, uirginem fuiſſe, nō alij quidā apoſtoli qui cælibes fuiſſe leguntur, non Titus non Timotheus, nō Dyoniſius,nō Ignatius, nō Baſilius nō Chriſoſtomus,non alij Epiſcopi & ſacerdotes quos omnes ut aliarū uirtutum,ita caſtitatis & continentiæ laude comprimis celebres fuiſſe legim9. Quid hac una re dici poteſt abſurdi9? reclamant huic ſententiæ omnes omniū ætatum viri doctiſsimi ſanctiſsimiq; non latini magis quā ipſi Greci. Ac primū Euſebius oportet enim dicit ſermo diuinus Epiſcopum vnius uxoris uirum eſſe. Verumtamē eos qui ſacrati ſunt, atq; in dei miniſterio occupati, continere deinceps ſe ipſos ab vxoris cōmertio decet, Epiphanius cōtra Montaniſtas ſcribens, vnas inquit nuptias honorat Eccleſia etiā ſi maxime ſacerdotij dona per eos qui ab unius etiam nuptijs ſe continuerunt,& in uirginitate uitam degunt ſe ornaſſe præexpreſſit, uelut etiam apoſtoli ipſius eccleſiaſticam ſacerdotij regulam ordinalem ac ſancte conſtituerant Et alio loco. Vertex autem horum omniū aut mater ut ita dicam eſt ſanctum matrimonium, ex virginibus, quidem ut plurimum procedens, ſi vero non ex virginibus, at ex ſolitaria uitā degentibus. Si uero non ſuffecerint ad miniſterium ſolitariā vitam degentes, de ijs qui continent à proprijs vxoribus aut ab unis nuptijs viduitatem ſeruantibus Nam cum qui ſecundas nuptias contraxit, non licet ad ſacerdotiū ſuſcipere Ioānes Chriſoſtomus Tito dicit Paul9, conſtitue Epiſcopos ſicut ego diſpoſui tibi ſi quis ē ſine cri=

*Li. 1 de officijs ca. 50. Epiſto. 45. & 49.*

*In ca. 3. Prime ad Timo*

*Hereſi. 48. Demonſtræ Euangelice Li. 1. ca. 9.*

*In compēdiaria doctrinæ de fide catholica.*

*Homilia 2. de patiētia Iob.*

mine & vnius vxoris vir. Nō ea ratione quod id nūc in Ec-
cleſia obſeruet̃,oportet enim omni prorſus caſtitate ſacer-
Homi. 10. dotem ornatum eſſe. Idem in epiſtolam ad Timotheū, nō
hoc velut ſanciens dicit apoſtolus quaſi non liceat abſq; u
xore epiſcopum fieri,ſed eius rei modū conſtituens.In ean
dem ſententiam Grecus ille ſcholiaſtes vnius vxoris uirū,
*ibidē.* non de hoc legem fert ut vxorem omnino habeat Epiſco-
pus.ſed ſi ſit inquit ex mundanis,ne ſit tamen is qui ſecun-
dis ſe nuptijs implicauerit,vel vt nouerit,unam uxorē eſſe
legitimam ad ea pręſtāda quæ debēt inuicem coniuges,iu
re matrimonij.Poſtea quam uero uocatus; ad Epiſcopatū
fuerit,illud impleatquod à Paulo ſcriptū eſt,vt ſint qui ha-
*1.Cor. 7.* beant vxores tanquā non habentes, & uolo omnes eſſe ſi-
*ibidem* cut & ego.Neq; diſsidet ab ijs Theophilactus Quin etiam
ducenti viginti ſeptē patres qui in Trullo regiæ palatij ſub
Iuſtiniano cōuenientes canones ediderūt,inter ceteros hūc
*Canon. 48.* etiam conſcripſerunt, vxor eius qui ad Epiſcopalem digni
tatem promotus eſt ſimulut is electus & conſecratus fue-
rit,cōmuni ſui uiri conſenſu ſeparata monaſteriū ingrediat̃
quod ab ædibus Epiſcopi procul abſit. Quid ij tam ſancti
patres tam excellenti doctrina prędití.tam multi,nunquid
Pauli locum hunc de eo quod Epiſcopus vnius vxoris uir
ſit non intellexiſſe iudicandi ſunt? per quos nulli unquam
Epiſcopo eſſe licuit,niſi aut uirgini, aut cuius uxor cōmuni
conſenſu deo continentiam ſuam dicaſſet.Quod etiamnū
apud Grecos & Ruthenos obſeruari videmus, qui quāuis
plus aliquid ſacerdotibus permittāt, neq; eos ab vxoribus
ſuis ſeparent quas ante ſacerdocium duxerunt,tamē Epi-

ſcopos

ſcopos nō ordinant niſi vel virgines vel continentes. Quor ſum autem attinet Latinorum quoq; ſuper hunc Pauli locum interpretationes adducere? quos vnquam eum aliter intellexiſſe, recepta totius Eccleſiæ conſuetudo manifeſtū facit. Ne quis tamen de eo ambigat ex multis paucorū teſtimonia proferemus. Extat Epiſtola Syricij ad Aphricanos Epiſcopos ante annos mille prope ducētos ſcripta, cuius hæc verba ſunt, Forte queritur, quia ſcriptum eſt vnius vxoris virum. Non permanenti in concupiſcentia generandi dixit, ſed propter continentiam futuram. Neq; enim integros non admiſit qui ait vellem autem omnes homines ſic eſſe ſicut & ego. Qui uero poſt Anaſtaſium Syricio ſucceſſit Innocentius, eadem illa uerba repetit ſcribens ad Exuperiū, Hieronimus quoq; non dicit apoſtolus Paulus. eligatur epiſcopus qui ducat unam vxorē & filios faciat, ſed qui unam habuerit uxorem & aliquanto poſt unius uxoris uirum qui unam uxorem habuerit nō habeat, Ex eo apparet apoſtolicam hāc eſſe traditionem continētes ut ſint ſacerdotes, prȩſertim autem Epiſcopi, Ac totis mille quingentis annis nunquam aliter in uniuerſa totius orbis Chriſtiani Eccleſia obſeruatū fuiſſe. Quis igit̃ dubitabit quiſquidem ſanæ ſit mentis quin totius Eccleſiæ ſenſum & conſenſum ſequatur potius, quam ut Martinos audiat ventris & veneris impudīctiſsimos patronos, qui dū ſuos incæſtos ac nefarios concubitus omni religione ſpreta ac cōculcata defendere moliuntur, ne ipſi in pietatē peccaſſe videantur in idem in quod ſe prȩcipitauerunt impietatis baratrum reliquos etiam quos poſſūt omnes remis, velis, manibus, ac pedibus

*Epiſtola 4.*

*Epiſtola 3.*
*Li: 1. con. Ioſ uinianum.*

1. Cor. 7. dibus obnixe pertrahere conantur. Verũ adfert aliud ex Paulo telum. Qui non continent nubant, melius eſt enim nubere quam uri. Sed hoc quoq;, modo ſanus adſit intelle-

Ad uirginẽ lapſã ca. 5. ctus facile retunditur. Hoc dictum dicit Ambroſius ad nõ pollicitam pertinet, ad nondum velatam, cæterum quæ ſe ſpopondit Chriſto & ſanctum velamen acte pit, iam nupſit, iam immortali iuncta eſt viro. Et ſi iam nubere voluerit cõmuni lege cõnubij adulterium perpetrat. Photius enarrans illud, ſi nupſerit virgo non peccat, virginem hic intelligit, non illam Deo conſecratam, ſed innuptam puellam.

Hereſi 61. li. 1. con: Iouinia: De bono uiduitatis ca. 8. & ad Polentiũ de adulterinis coniugijs. li. 1. ca. 15. Illa enim quæ Deo iam conſecrata ſit, ſi nupſerit adulteriũ introducit Chriſto cui nupta eſt, Ad eundem modum hæc Pauli verba interprętati ſũt ante Photiũ Epiphanius Grecus, & Hieronimus atq; Auguſtinus Latini, vt ad ſacerdotes, & eos qui continentiam ſuam deo deuouerunt, minime referri poſsint. Quibus neceſſe eſt vt alia quærant remedia ea nimirum quibus vſus eſt Paulus. qui caſtigauit corpus

1. Cor. 9. ſuum & in ſeruitutem redegit, neceſſe eſt vt occaſiones omnes fugiãt, vt vigilijs, ieiunijs laboribus carnẽ afferãt. Poſt eaquam vero fecerint omnia, quæ ad frenanda carnis deſideria pertinere viſa fuerint nihil tamẽ ſibi tribuant, verum omnem de ſuis viribus fidutiam prorſus abijcientes in eo ſolo ſpem ſuam poſitam & defixam habeant, cuius hoc do

Lu. 2. num eſt, de quo cum ſcripſerit Propheta, quod prope ẽ om

Hebre. 6. nibus inuocantibus ſe, cum ipſe etiam dixerit, Petite & dabitur vobis, omnis qui petit actipit, quoniam impoſsibile

Hebre. 4. Lucæ. 1. eſt mentiri deum, actedant cũ fidutia ad tronũ gratiæ eius, pręcentur eum ſupplices in fide nihil heſitantes, facere non

poterit

poterit benignus & miſericors Deus quin ita precãtes ex=audiat,ſic feciſſe Paulum legimus,cui & ipſi cum datus eſ=ſet ſtimulus carnis qui eum colaphiſaret,non ad nuptiarũ remedium ſibi confugiendum eſſe putauit, ſed cum ter eſ=ſet dominum deprecatus,poſteaquam audiuit.Sufficit ti=bi gratia mea,nam virtus in infirmitate perficitur,illius gra tia fretus fortiter contra ſtimulum carnis pugnauit, & in ea pugna ſuperior euaſit.Quamobrem non hoc ſolum eſt remedium datum ijs qui tentantur libidine,ſtatim vt vxo=rem ducant.Quid enim? ſi quam ſemel duxerunt eius pro=pter diuturnam ægritudinem nullus ſit vſus.Quid ſi longi us maritus abeſſe cogatur, vel quod legatione fungatur, vel mercatus gratia,vel quacunq; tandem alia ex cauſa,nõ ſtatim ſibi dictum putabit,melius eſt nubere quam vri,& ad quamcunq; ciuitatem peruenerit,aliam atq; aliam vxo rem ducet? Scimus hoc permiſſum ab iſtis incæſtarũ nup=tiarum authoribus & propugnatoribus, à quibus etiam li=belli ſcripti ſunt poligamiam approbantes. Verum ea res in Eccleſia Chriſti,magnæ ſemper fuit abominationi. Cæ=terum quorum Deus venter eſt,& qui diligẽter colunt quę ſub ventre ſunt,nihil penſi habent, non eos religio, non eos honeſtatis publicæ ratio mouet quicq̃,dummodo libidinẽ ſuam incœſtam expleant,& quacũq; tandem ratione tu=eantur ac defendant. Sed hic queritur ab iſtis vtrũ ſit me=lius,alligatum voto continentiæ fornicari,an matrimoniũ contrahere.Quaſi vero vbi vtrunq; malum eſt,ibi poſsit al terutrum eſſe melius.Reprehenditur à Philippo Pighius. qui nõ verè magis quam piè ſcriptum reliquit, minus pec=

*I Corinth. 12.*

*Philip: iij.*

tare ſacerdotē qui ex infirmitate carnis in fornicationē ſit
prolapſus,quam qui nuptias contraxerit. Turpis illi vide-
tur eius hæc oratio,contra catholicis honeſtiſsima. Probat
autem hoc Pighius verbis ijs à ſimili. Tu vi de inquit, quis
peior ſeruus eſt,an qui grauatus ſeruitio, & fortaſſe negli-
gentius aut incautius agens cadit ſub onere, an qui iugum
in totum proijcit.Quis peior diſcipulus,an qui ex preſcrip-
to ediſcit,non quidem vniuerſum quod forte potuiſſet, niſi
crapulæ & ſomno ſecurius indulſiſſet,tamē partem,an qui
ſcholam prorſus deſerit. Quid in hac oratione turpe, quid
non pium potius & honeſtum. Non dicit Pighius bonum
eſſe fornicari,quod ſi diceret turpis eſſet oratio, ſed dicit mi
nus malum eſſe,quam ſpreta & cōculcata iuriſiurandi re-
*1.Timoth. 5.* ligione,nubere.Quod non Pighio,ſed Paulo etiā Apoſtolo
tam graue viſum eſt flagitium, vt non modo nubere, verū
& velle nubere voto obligatis dānabile eſſe diceret. Quid
reſtat igitur aliud,quam vt Pauli hanc orationem turpem
eſſe dicat Philipus, qui quod iſti fingunt prohibendo nu-
bere doctrinas demoniorum docuerit, docens non modo
nubere,verumetiam velle nubere contra fidem iureiuran-
do interpoſitam eſſe damnabile.Sed quid in re ſit, qua de
agitur videamus.Querūt plus ne mali ſit in nuptijs an in
fornicatione ſacerdotum.An iſtis non rectè Comici verbis
reſponderi poterit.Quas tu credis eſſe has non ſunt veræ
*Li.1.Epiſt.xi.* nuptiæ,ſunt incœſta adulteria.Sic à Cypriano,ſic ab Am-
*Ad uirginem* broſio,ſic ab Hieronymo,ſic à Baſilio,ſic ab alijs viris pijs
*lapſam Ca.v.* & doctis vocari legimus.Quam igitur boni rationem ha-
*Li.1:cōt,Ioui.* bere poteſt incœſtum adulterium? Contrahat nuptias qui
*Hom.de uirgi*

nulla

nulla eſt voti religione obſtrictus, dicemus libenter cũ Pau Hebreo. xiij.
lo, Honorabile connubium & thorus immaculatus. Sed ſi
contrahat ſacerdos aut monachus, quid aliud recte dicere
poſsumus, quam abominabile adulterium, & thorus incœ
ſtu contaminatus? Bonæ ſunt nuptiæ, ſed bonũ quoq; ma=
lum fit ſi non bene fiat. Querunt, quid mali ſit in nuptijs?
quibus ipſe Chriſtus etiam intereſſe, & eas primo miracu= Ioannis ij.
lo à ſe ædito honeſtare dignatus eſt, quibus tot tam precla
ra elogia Paulus tribuit? vicißim ab ijs quæramns licet, qd
mali fuit in arca ſuſtentanda quæ minari ruinã viſa eſt? An 2 Regum vi.
non pietatis id potius videri poterat? Et tamen qui ſuſten
tauerat Oza indignãte domino morte multatus eſt. Quid
mali eſt in adolendo incenſo? & tamen qui facere id agreſ 2. Paralip: 26
ſus erat Ozias rex, cum quod ſacerdotum erat munus pro=
prium id ſibi vſurparet, lepra percuſſus moritur. Quid ma
li eſt in ſacrificãdo? proprius hic eſt Dei cultus, & ſoli Deo Numeri 16.
debitus, Core tamen, Datan, & Abiron, cum id facere ſeor
ſum tentaſſent, dirupta eſt terra ſub pedibus eorum & a=
periens os ſuum deuorauit eos cum tabernaculis ſuis, &
vniuerſa ſubſtantia eorum, deſcenderuntq; viui in infernũ
operti humo, quin & ignis egreſſus à domino interfecit du
centos quinquaginta viros qui offerebant incenſum nihil
in arca ſuſtentanda, nihil in adolẽdo incenſo, nihil in ſacri/
ficando mali fuit, ſed quoniam non ab ijs fiebat, à quibus
factum oportuit, quoniam in diuiſione fiebat, quæ per ſe
bona, quæ ſancta fuit res, quia non bene facta eſt, mala fa=
cta eſt, & in perniciem ceſsit ijs à quibus fiebat. Quod ſi ve
rum eſt quod à Gregorio ſcriptum eſt, quod peccata carna

lia maioris quidem ſunt infamiæ, ſed minoris culpæ quam ſpiritualia, qd' adeo verũ eſſe credit, Chriſoſtomus quoq; vt inuidum ſcortatore, fure, homicida deteriorem eſſe ſcribat, quis dubitauit quin plus culpæ ſit in nuptijs, quam in fornicatione ſacerdotum. Hoc enim carnis tantum eſt vicium, ibi vero carnis vicio ſimul adiunctum eſt illud quod è ſpiritus vicijs vnum eſt omnium grauiſsimum, nimirum arrogantia. Si quidem abominatio domino eſt omnis arrogans. Quæ autem eſſe poteſt maior arrogantia, quam ſi qs hoc ipſe ſibi tribuat, vt ſe plus intelligere putet quam omnes omnium ætatum homines qui fuerunt ex eo tempore quo CHRITVS homo fieri dignatus eſt, quibus viſum eſt vnanimiter omnibus, neq; licere ſacerdotibus vxores ducere, neq; deeſſe alia preter nuptias incontinentiæ remedia. Hæc arrogantia vna omnium maxime Deo eſt abominabilis, hæc primum hominem è paradiſo eiecit. Neq; enim guſtando pomo grauiſsime peccauerat, ſed in hoc erat crimen maximum quod contra Dei preceptum venerat, quod eſſe ſicut Deus volebat, ac ſerpẽtis cõſilium amplexus ſe melius quid è re ſua foret quam Deum intelligere exiſtimabat. Hæc luciferum quoq; de cœlo deturbauit, hæc eſt quæ ſchiſmata ſemper generauit & nunc generat. Huius fons eſt cecus amor ſui, quando quis ita ſe ita ſua idola hoc eſt comenta ſuarum opinionum amat, ita ſibi ipſi placet, vt contemptis patrum ſanctorum theorematis, ſua illis theoremata non dubitanter anteponat. Hinc hæreſes & ſchiſmata oriri Petrus etiam indicat cum dicit, eos eſſe maximè cruciandos qui poſt carnem in concupiſcentia

*Homilia xxxvi. in Ioannẽ*

*Prouer. xvi.*

*Geneſis. iij. Eſaie xiiij*

cupiſcentia immundiciæ ambulant, dominationemq́ʒ ſiue poteſtatem contemnunt, audaces, inquit, ſibi placentes ſectas non metuunt introducere. Cum enim ſibi placeant, cum adeo ſeipſos ament vt nihil rectum eſſe putent niſi quod ipſi ſentiunt, ita fiunt in ſententia ſua ꝑtinaces & prefracti, vt ab eo qđ ſemel in animũ induxerũt nulla ratiõe reduci poſſe videantur. Hinc exiſtunt poſtea ſecte, ſequunt̃ enim qui ſunt hoc ingenio prediti non quod vniuerſę Ecclesiæ, ſed quod ſuo capiti videtur. Hinc ædificatur Babylon, quam ædificat ſicut ab Auguſtino ſcriptum eſt amor ſui. Nam dum quis opinionem ſuam ſolitariam amat, & eam tuetur mordicus, nec demoueri ſe de ea patitur, fit Babylon, fit confuſio linguarum & opinionum tanta, quantã nunc videre licet in ea Babylone cuius primus architectus fuit Lutherus. Quando igitur queritur, plus ne vicij ſit in nuptijs an in fornicatione ſacerdotum, illud in queſtionẽ venire videtur, maior ne ſit ſchiſmatis an fornicationis cul pa, neq́ʒ dubitandum eſt, quin multo maior ſit in ſchiſmate, quod tam graue crimẽ eſſe ſcribit Cyprianus, vt ne ſanguine quidem expietur, Dauid adulterio iunxit homicidium, remiſſum eſt tamen illi vtrumq́ʒ peccatum, ſimulut confeſſus eſt. De Core, Datan, Abyron, nihil eius generis commemoratur, nullius criminis affines fuiſſe leguntur, quin vt ſcribit Ciprianus eundem cum ſacerdote Aaron & Moſe, Deũ nouerant, pari lege & religione viuentes, vnũ & verũ Deum, qui colendus atq́ʒ inuocandus fuerat inuocabant, ob hoc ſolum fac inus, quod ſeorſum ſacrificabant quodq́ʒ loci ſui miniſterium transgreſſi, contra Aaron ſacerdotem

*2. Petri 2.*

*Li. xiiij. Ciuitatis Dei.*

*2. Regum 11.*

*Li 1. Epiſt. 6.*

cerdotem & Moiſen inſurgentes, ſe ab illis ſegregauerant, diuinitus percuſsi pœnas ſtatim pro illicitis conatibus pen derunt. Non ergo in nuptijs ſacerdotum, ſed in ſeparatio ne crimen eſt grauiſsimum, ſi quis ſeipſum ſeparet à Chri ſto, ſeparat autē ſe à Christo quiſquis ab eius corpore quæ eſt Eccleſia ſe ſegregat. Si quidem totus Chriſtus quemad modum ab Auguſtino traditum legimus caput & corpus eſt, caput eſt vnigenitus Dei filius, & corpus eius Eccleſia ſponſus & ſponſa, duo in carne vna. Quicumq; de ipſo ca pite à ſcripturis ſanctis diſſentiunt, etiamſi in omnibus lo cis inueniantur in quibus Eccleſia deſignata eſt, non ſunt in Eccleſia. Et rurſus, quicunq; de ipſo capite ſcripturis ſan ctis conſentiunt, & vnitati Eccleſiæ non communicant, nō ſunt in Eccleſia, quia de Chriſti corpore quod eſt Eccleſia ab ipſius Chriſti teſtificatione diſſentiunt. Verbi gratia. Qui non credunt Chriſtum in carne veniſſe de virgine Ma ria & ſemine Dauid, quod apertiſsime ſcriptura Dei loqui tur, aut in corpore ipſo reſurrexiſſe in quo crucifixus & ſe pultus eſt, etiamſi per omnes terras iuueniantur per quas eſt Eccleſia non vtiq; ſunt in Eccleſia, quia ipſum caput Eccleſię nō tenent, quod eſt CHRISTVS IE SVS, nec in aliqua diuinarum ſcripturarum obſcurita te falluntur, ſed notiſsimis & apertiſsimis earum teſtimo nijs contradicunt. Item quicunq; credunt quidem, quod Chriſtus IESVS, ita vt dictum eſt in carne venerit, & in eadē carne in qua natus, & paſſus eſt reſurexerit, ſed ta men ab eius corpore quod eſt Eccleſia ita diſſentiunt, vt e orum communio non ſit cum toto, quacunq; diffunditur,

*Contra Petiliani epiſtolā Ca. iiij. Et de unitate Eccleſiæ. ca. I.*

ſed

ſed in aliqua parte ſeparata inueniat̃, manifeſtum eſt eos non eſſe in catholica Eccleſia. Quisquis autem eſt extra catholicam Ecleſiam quantalibet ſit vitæ ſanctimonia preditus, expers tamen eſt hæreditatis illius cœleſtis, quam promiſit Deus diligentibus ſe. Rurſus, qui in vnitate Ecleſiæ permanet, quamlibet grauibus ſit flagitijs coopertus, quacunq; tamen hora ingemuerit, nihil eſt quin dubitet, quin remiſsionem peccatorum cõſequutus ad vitam æternam peruenire poſsit. Neq; enim eſt alibi peccatorum remiſsio & vitæ æternę cõſequendæ ſpes, quam in Eccleſia quę Chriſti corpus eſt.

## DE IIS QVAE RESTANT EX SYMBOlo Peccatorum remiſsione. Carnis reſurrectione, & vita æterna. Caput. LVI.

ATq; hæc eſt cauſa quamobrem in ſymbolo, poſteaquam credere nos profeſsi ſumus ſanctam Ecleſiam catholicam, ſanctorum communionem, mox ſubiungimus peccatorum remiſsionem, carnis reſurrectionem, & vitam æternam. Nulla eſt vitæ æternæ ſpes, niſi remiſsis peccatis ſine quibus nemo naſcit̃ mortalium, quibus cum inquinetur anima (nihil autem coinquinatum intrare poſsit in illam ciuitatem in qua eſt vita æterna), neceſſe eſt ab inquinamentis eiuſmodi mundari per peccatorum remiſsionem, quam aſſequi non licet, niſi in ſancta catholica Eccleſia. Idq; per ſanctorum hoc eſt ſacramentorum comunionem. Remiſsis autem peccatis, non eſt dubitandum homini Chriſtiano, quin ſit compos Apocali xxi.

futurus

futurus vitæ æternę. Atq; hic eſt ſcopus ad quem omnes tẽdimus, hic eſt finis, propter quem omnia illa credimus, quę ſunt in hoc libro commemorata. Quoniam vero, totũ Deus hominem ſaluandum ſuſcepit. Conſtat autem homo ex anima & corpore, ex eo factum eſt, vt carnis prius, hoc eſt corporum reſurrectionem, poſteriore vero loco vitam æternam nos credere profiteamur. Quæ carnis reſurrectio, cum in Chriſto preceſſerit, licet ſperare corpori: quod precesſit in capite. Caput Eccleſię Chriſtus eſt. Chriſti corpus, Eccleſia, caput noſtrum ſurrexit, in cœlum aſcẽdit, vbi caput, illic & membra. Carnis autem nomine, corpus humanum, reſurectionis, reuiuiſcentia intelligitur, de qua nemini Chriſtiano dubitandum eſt, quandoquidem vt à Ioanne Chryſoſtomo ſcriptum eſt. Qui docendus eſt eſſe reſurrectionem, is profecto non eſt Chriſtianus. Quãobrem inconcuſſa fide tenenda eſt, cuius fidei magna eſt vtilitas, nam & pijs in hoc mundo afflictis, precipuum ſolatium, & impijs terrorem adfert, qui ſine modo in omnia collaberentur vicia, ſi poſt hanc vitam non ſua cuiuſq; factis merces tribueret. Hæc eſt baſis totius fidei noſtræ, quã ſolidam eſſe oportet, quæ ſi vacillet, reliqua penè fruſtra creduntur. Cur autem vacillet cauſa non eſt, quandoquidem reſurectionem hanc vel reuiuiſcentiam, quotidie videmus in ſeminibus quæ ſpargimus in terram, à quorum ſimilitudine probat etiam Paulus carnis reſurectionem. Sic enim loquitur. Sed dicet aliquis. Quomodo reſurgent mortui? Quali autem corpore venient? Inſipiens Tu quod ſeminas non viuificatur, niſi prius moriatur. Et quid

*Homili. xliiij in Ioannem:*

*I. Corint. xv.*

quid ſeminas? Non corpus quod futurum eſt ſeminas, ſed nudum granum, vt puta tritici, aut alicuius cęterorũ, Deus autem dat illi corpus ſicut vult, & vnicuiq; ſeminum proprium corpus. Stultum vocat Paulus eum qui miretur, ſemel id poſſe preſtare Deum in reſuſcitandis corporibus quod quotidie natura facit in eliciendo ſemine. Tu inquit ſemen aridum aut mortuum conijcis in terram, ibi rurſus putrefactum interijſſe videtur, atq; ita demum exiliens è terra velut renaſcẽs & reuiuiſcens, nec aliter reuiuiſcit granum frumenti niſi cadens in terram mortuum fuerit, ac alia multo ſpecie renaſcitur, quam in ſcrobe conditum fuerat puſillum, ville, nigrum, ac ſiccum granulum infoditur humo, id putrefactum in limo, ſuo tempore velut reuiuiſcens in teneram herbam erumpit, mox culmi, dein ariſtæ. At nihil horum apparebat in illo granulo quod terræ tradidiſti, ſua cuiq; ſemini vis ineſt, ea ſe profert, vbi rurſus emerſerit, vt iã aliud omnino videatur cum idem conſpicias, ſed renatum in meliorem formam. Ex quantulo grano, quantam arborem enatam vides? quod ſtirpis robur, quæ radicis ambages, quam latè ſparſi rami, quæ pompa frondium, quæ florum amenitas, quæ fetuũ vbertas? Nihil horum erat cum tu vile illud ac minutum granum inſepelires humo, & tamen hæc omnia audebas ſperare naturæ viribus fretus, & non audes idem à Deo ſperare fretus illius omnipotentia? Hac ſimillitudine carnis reſurrectionẽ probat Paulus, quæ euidentior eſt, quam vt de ea dubitari debeat. Eſt autem duplex reſurrectio, nã precedent qui bona egerunt in reſurectionem vitæ, qui vero mala fecerũt

Ioan 12. (margin, beside "terra velut renaſcẽs")

Ioannis 5: (margin, beside "probat Paulus")

in reſurrectionem iudicij, id eſt condemnationis. Quod &
Daniel teſtatus eſt dicens. Tunc reſurgent qui ſunt in ter=
ræ puluere, hij quidem in vitam æternam, hij autem in oppro/
brium & confuſionem æternam, vnde Athanaſius ita ſym
bolum ſuum concludit. Ad cuius aduentum omnes homi
nes reſurgere habent cum corporibus ſuis, et reddituri ſunt
de factis proprijs rationem. Et qui bona egerunt ibunt in
vitam æternam, qui vero mala, in ignem æternum. In Apo=
ſtolorum autem ſymbolo, neq; ignis, neq; opprobrij, neq;
iudicij ſit vlla mentio, ſed poſt carnis reſurrectionem, mox
concluditur, & vitam æternam. Etſi autem, animæ im=
Romano. viij piorum æquæ vitam æternamhabebunt atq; piorum, im=
piorum tamen immortalitas, mors potius æterna quam
vita æterna in ſcripturis dicitur. Vnde & Paulus. Stipen=
dia peccati mors, gratia autem Dei vita æterna, neq; vnq̄
in ſcripturis vita æterna, niſi in bonam partem accipitur. In
qua quid non ſit, quam quid ſit dicere facilius eſt. Non eſt
Lxiiij. ibi mors, non eſt ibi luctus, non eſt laſſitudo, non eſt infir=
mitas, non eſt fames, non ſitis, non æſtus, non corruptio, nō
indigentia, non triſtitia. Vis noſſe quid ibi ſit? dicit Eſaias.
Nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis a=
ſcendit. Si in cor hominis non aſcendit, cor hominis illuc
Ioannis xvij. aſcendat, mundetur cor ab omni immundicia, vt poſsit cū
videre qui eſt vita æterna. Hæc eſt autem vita æterna dicit
dominus, vt cognoſcant te ſolum verum Deum, & quem
miſiſti Ieſum Chriſtum. Ea cognitio hic incipit per fidem,
.iij ibi conſumabitur cum reuelata facie gloriam domini ſpe=
culabimur. Quod vt nobis contingat gratia & miſericor=

dia

dia domini noſtri Ieſu Chriſti, dicamus omnes AMEN.

## DE SPE. Caput LVII.

PORro ad Deum pie colendum non eſt quod
quiſq̃ exiſtimet ſolam fidem ſufficere. Hæc ē
enim qua credimus, credimus autem non
modo promiſsionibus, verumetiam comminationibus
Dei. Quoniam vero peccatorum noſtrorum nobis
conſcij ſumus, fieri non poteſt, quin ea nobis timorem incu
tiant, qui tum ſalubris eſt, quando ſpe miſericordiæ ſuſten-
tatur. Hæc igitur indiuidua fidei comes eſſe debet. Hæc ē
enim quæ accipit, quod fides credit. Adeo ſunt hæc duo ſi-
bi inuicem coniuncta, vt altera ſine altera ſtare non poſsit.
Nam queadmodum à Chriſoſtomo præclare ſcriptum eſt *Tomō 4. iuxta finem. homilia de fide ſpe & charitate.*
Fides gloriam inchoat, ſpes ſuſtinendo conſumat, illa fun-
damentum ponit, hæc ipſum hominem conſtruit. Illa dat
principium, hæc Chriſtianum perducit ad ſummum. Illa
inicia credulitatis agreditur, hæc ad conſumationem vir-
tutis meditatur. Illa quod promittitur credit, hęc quod ſpe
rat iam cernit. Videmus nunc, inquit Apoſtolus, per ſpecu *Corinthi. 13.*
lum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Nec enim
quiſq̃ poterit fidei fructum percipere, niſi qui ſpei gloriam
voluerit conſumare. Vt enim ſine fide non habet firmita-
tem ſpes, ita ſine ſpe fides non habet mercedem. Hæc eſt *Lucæ. 15.*
quæ filium prodigum ad pœnitentiam erexit. De hac ꝑ *Pſalmo. 90.*
prophetam dicit dominus: Quoniam ſperauit in me libera *Romano. 8.*
bo eum. De hac ſcripſit Paulus. Spe ſalui facti ſumus. Hāc
vocat galeam ſalutis. Quod quemadmodum galea, preci- *Theſaloni, 5.*
puum corporis noſtri membrum tuetur & conſeruat, dum

Hebreo. 6. caput circumdat,& vndiq; tegit. Ita & ſpes cogitationem
noſtram non ſinit concidere,ſed capitis inſtar erigit, nihil
extraneum in eam incidere permittens. Hanc alibi compa
rat anchorę,quod ſicut anchora iacta de naui,non permit-
tit eam circumferri,licet innumeri venti commoueant, ſed
iactam fixam reddit,& immobilem,ita ſpes fixam reddit
animam in Deo,quantiſcunq; tentationum procellis ac tẽ
peſtatibus ea iactetur,atq; agitetur. Hæc eſt,quæ nos pete-
re facit vt accipiamus. Neq; enim ſatis eſt credere daturũ
Deum quæ promiſit,ſed oratione contendendum eſt, vt ac
cipere queamus. Orandi autem formulam præſcripſit no-
Matthei. 6. bis magiſter noſter,dominus noſter Ieſus Chriſtus, cuius
explicationem,non ita multo poſt ex Cypriano ſubiunge-
mus. Verum ita Deus à nobis orandus eſt, nihil vt heſi-
Iacobi. 1. temus,ac plenam in eo ſpem ac fiduciam collocemus. Cũ
enim pater noſter ſit,proculdubio non committet vnquã
aliquid vt neget,à ſe petentibus,ijs quos nimia charitate in
Matthei 7 filios adoptauit. Cum præſertim Chriſti promiſſum habe-
Ioannis 15 amus dicentis: Petite & accipietis. Et ſi quid petieritis pa-
Hebreorum 6 trem in nomine meo dabit vobis. Impoſſibile autem eſt
Ioannis 14 mentiri Deum,qui veritas eſt. Deinde cum ſit omnipotẽs,
nihil eſt quod dubitemus. Quando itaq; certo nobis
conſtat, quod & vult & poteſt ea preſtare nobis omnia
Hebreorũ 4 quæ præcati fuerimus,accedendum nobis eſt ad thronum
gratiæ & miſericordiæ eius, indubitata ſpe certaq; fiducia
quæ petiuerimus obtinendi, quo plures autem acceſſeri-
In cap. 18. mus,hoc facilius impetrabimus. Vere enim ſcripſit Hiero
Mathei. nymus,quod impoſſibile eſt multorum preces non exau-
diri

diri. Quamobrem non ipſi modo Deum depræcemur, ve-
rumetiam ſicut Iob admonitum legimus, vt conuerteretur Iob 5.
ad aliquem ſanctorum, ſicut Paulum quoq; non ſemel fe- Romano. 15.
ciſſe videmus, vt ſe fratrum orationibus peteret adiuuari, Coloſſen. 4.
Sic & nos adiuuari nos ſanctorum interceſsionibus poſtu
lemus, non eorum tantum qui in hac lachrimarum valle
nobiſcum degunt, ſed magis etiam illorum qui cum Chri-
ſto fœliciſsimæ viuunt. Nam qui corpus hoc mortis circũ
ferunt, cum & ipſi non ſint abſq; peccato vt neceſſe habe-
ant nobiſcum vna dicere: Dimitte nobis debita noſtra, non
poſſunt ipſi de ſe quoq; non eſſe ſolliciti. Quare fieri nequit
vt pari ſint erga nos affectione, ſimiliterq; res illis noſtræ
curæ ſint, atq; ijs, qui cum ſint abſq; macula iam, & ruga,
omni cura & ſollicitudine de ſe vacui, ea iam ad quam nos
anhelamus cœleſti patria ſunt potiti. Qui cum fratres no-
ſtri, cum eiuſdem cuius nos corporis mẽbra ſint, atq; ideo
nos non diligere non poſsint, cum præſertim fides & ſpes
ceſſatura ſint in patria, charitas autem non modo non ceſ-
ſatura, verumetiam tum demum perfecta ſit futura: Face-
re nulla ratione poterint, vt ſalutis noſtræ cura ne tangan-
tur. Præces autem eorum tanto plus apud Deum ponde-
ris obtinere dubium non eſt, quanto certius exploratum
habemus, eos apud illum gratia valere plurimum, quod
de ijs certo ſciri vix poteſt, quin nondum ſunt de corpore
mortis huius liberati, Quapropter ferendi non ſunt, qui di
cunt cum Vigilantio, pridem Eccleſiæ iudicio condemna
to, quod dum viuimus mutuo pro nobis orare poſsumus,
poſteaq̃ vero mortui fuerimus, nullius pro alio exaudien-

da eſt oratio. Nam ſicut vere ſcriptum eſt, ab eo qui duo-
bus libris errorem hunc illius confutauit Hieronymo. Si
apoſtoli & martyres adhuc in corpore conſtituti, poſſunt
orare pro cæteris, quãdo pro ſe debent adhuc ſolliciti, quã-
to magis poſt coronas, victorias, & triumphos? Si pie dice
batur Paulo in terris degenti ora pro me dominũ? cur im-
pius habeatur qui totidem verbis nunc eũ appellet in cœ-
lis agentem? Verum nec eos audiamus qui mortuorum
hanc vocant inuocationem, quin ipſum potius Chriſtum
veritatis magiſtrum audiamus dicentem. Deus Abraham
*Matth. 22.* Deus Iacob, Deus Iſaac, non eſt mortuorum Deus, ſed vi-
uorum. Scilicet eos mortuos rectè dicemus, per quos dę-
mones pelluntur, morbi fugantur, & qui mortui ſunt vitæ
reſtituuntur? Noſtra hæc, mors potius quam vita dicenda
eſt. Nam quotidiæ morimur, neq; eſt hora vlla, qua non fi-
at aliqua vitæ noſtræ diminutio. Illorum autem vita ſem-
piterna cum ſit, nulli iam eſt morti deinceps obnoxia. Nos
vt præ illis vere mortui dici poſsimus. Iam vero quod di-
cunt inuocatione ſanctorum Chriſti gloriam obſcurari,
tantum abeſt vt ita ſe res habeat, magis etiam vt illuſtret
quando non in alium tota fiducia quam in Chriſtum trãſ-
fertur. Niſi forte ſi quis parum ſibi bene conſcius, atq; ideo
regis conſpectum reueritus, deprecatores ad eum allega-
uerit, quos apud eum eſſe gratioſos exiſtimet, is quoniam
ipſe non adijt regis gloriæ detraxiſse ſit putandus. Certè
& pudor hominis, quo cum ſua indignitatẽ agnoſcit, tum
regis magnitudinem reueretur, adeo non offendit regem
vt reddat illum ei commendatiorem. Et fit non raro vt pri
ceps

ceps per alios dare malit quod petitur, nimirũ ſi qui ſunt quibus gratiam & authoritatẽ apud populũ hoc pacto velit conciliare. Quod facere nõnunq̃ ipſum etiam regem regũ & dominũ dominantiũ non eſt incredibile, qui vſq; adeo ſuæ gloriæ iacturã nihil metuit, vt diſcipulis ſuis dicere non dubitauerit. Amen amen dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego facio & ipſe faciet, & maiora horum faciet. Sic viſum eſt illi gloriam ſuam communicare cum ijs, quibus dignatus cõmunicare regnum ſuum, quorum non eſt dedignatus fieri miniſter. Quos vt naturæ ſuæ diuinę cõſortes faceret, ideo non exhorruit formam ſerui ſuſcipere carnem noſtram indutns. Neq; vero non præſtitit, quod credentibus in ſe pollicitus eſt. Contactu fimbriæ Chriſti, ſanata eſt mulier profluuio laborans. Magnũ fuit hoc ſed maius illud, quod vmbra Petri ſanabat ægrotos. Quod ſudarijs & ſemicinctijs, quæ Pauli corpus contigiſſent, à demonijs pleriq; liberabantur. Quæ res tantum abeſt vt aliquid Chriſti gloriæ detraxerit, magis etiam vt illuſtrẽ eã reddiderit. Neq; enim ad alium, quam ad ipſum Chriſtum omnis gloria transferebatur: in cuius nomine hæc ab Apoſtolis miracula fiebant. Sed hic obijcitur nobis Dei verbũ. Scriptum eſt autem. Gloriam meam alteri non dabo. Soli Deo honor & gloria, ſcriptum eſt, dominum Deum tuũ adorabis, & illi ſoli ſeruies. Quamobrem impie faciunt, qui contra Dei verbum, ita clarum & manifeſtum, Deo debitũ cultum in homines transferũt. Scriptum eſt o ſathana: ſed nõ hoc eſt Dei verbum, quod tu perſuadere membris tuis conaris. Neq; enim ſecum ipſe pugnat Dei ſpiritus, qui per Paulum

*1. Timoth. 6.*
*Ioa. 14.*
*2. Petri. 1.*
*Phil. 2.*
*Matth. 9.*
*Actuum 5.*
*Actuũ 19.*
*Eſaiæ. 42.*
*1. Timoth. 1.*
*Deutero. 6.*
*Matth. 4.*

Roma.2. Paulum alibi locutus eſt. Gloria & honor omni operãti bo
num, Iudeo primum & Græco, non enim eſt acceptio per-
Gene. 33. ſonarum apud Deum. Scriptum eſt & illud, quod Iacob
Iudith. 10. 3.Regum 1 adorauit ſepties obuiantem ſibi fratrem. Quod Iudit Ho-
Dani.2. loſernem in Conopeo ſedentem. Quod Nathan, quod Ber
Gene. 19. ſabeæ regem Dauid, quod Nabuchodonoſor Danielem,
Ioſue.5. quod Abraham & Ioſue angelos adorauerunt. Audebis
ne ſanctos hos patriarchas & Prophetas idololatrię reos
pronunciare? audebis ne quod Paulus ipſe ſibi cõtraria ſit
loquutus afirmare? Qui cum dixerit vno loco, Soli Deo
honor & gloria, dixit alio, Gloria & honor omni operanti
bonũ. Vides igitur non de verbo Dei, non de ſcriptura con-
trouerti inter nos, ſed de eo, quemadmodum quod Dei di-
1.Corinth. 8. gito ſcriptum eſt, intelligi oporteat. Adſit opinio ſcientiæ
quæ inflat, adſit charitas quæ ædificat. Non deerit nobis, ſi-
cut aliarũ, ſic & harũ ſcripturarũ ſanus intellectus. Quod
ſi verba captioſe ſcrutatus fueris. Cum dicitur. Dominum
Deum tuum adorabis & illi ſoli ſeruies, nunq̃ ex illis colli-
ges ſolum Deum eſſe adorandum, verum illud potius ſoli
Deo eſſe ſeruiendum. Ex quo conſequens illud erit hominẽ
homini ſeruire non debere. Nullus ergo ſeruiet alteri niſi
qui velit idololatriæ reus pronunciari. Atqui Paulus adeo
non prohibet hominem homini ſeruire, vt etiã de eo, quẽ-
Epheſ. 6. admodum ſeruire oporteat precepta dederit. Serui, inquit
obedite dominis carnalibus cum timore & tremore in ſim
plicitate cordis veſtri ſicut Chriſto. Non ad oculum ſer-
uientes, quaſi hominibus placentes, ſed vt ſerui Chriſti. Tã
longe Paulus ab eo abſuit vt, ſeruire hominibus prohibe-

ret

ret, vt haud aliter etiam ſeruos dominis carnalibus quàm ipſi Chriſto noluerit obedire. Quæ verba ſi quis inflatus ſenſu carnis ſuæ, remota charitate interpretari voluerit Quid aliud ex illis, quam idololatria docuiſſe, Paulum docuiſſe colliget? qui non alio loco dominos à ſeruis haberi voluerit quam quo Chriſtum ipſum. Verba ſunt clara & aperta, ſed nunq̃ id vel cogitare Paulo in mentem venit, vt diuinum honorem ad homines tranſlatum vellet. Quid igitur dicemus? patiemur ne notam hanc inuri Paulo? patiemur hac eum aſpergi infamia, qua nunc Eccleſiam vniuerſam ab ijs quæ ſegregauerunt ſemetipſos aſperſam videmus. Quæ vel errare cum Paulo ſatius ducit, quam cũ iſtis recte ſentire. Certa enim eſt quod neq; Paulus errare, neq; poſſunt iſti recte ſẽtire, q ſe à cõpage Chr̄i corpis auulſerũt Ioannis. 8. atq; ita ex membris Chriſti facti ſunt membra diaboli, qui mendax eſt & pater eius. Qui quemadmodum iam ante docuimus, quo facilius incautis ouibus obrepat, ſeſe diuinę legis ſentencijs, velut quibuſdam velleribus obuoluit, ſubinde vociferans. Scriptum eſt enim. Sed de eo quin ſcriptũ ſit, non eſt vlla nobis dubitatio, de eo vero quemadmodũ quod ſcriptum eſt, accipi oporteat, controuertitur. Rident iſti qui nihil ſibi non arrogant, nihil Eccleſiæ non detrahũt, tanq̃ à ſcholaſticis theologis inuẽtum, quod de duplici cultu, ſiue adoratione, ſeu ſeruitute, traditum ab illis excogitatum, ſed ante mille prope ducentos annos, ab Auguſtino *Lib. 8 de ciuitate ca. 27 & lib. 10 capi. 1 & 3* literis mandatum eſſe legamus. Ac niſi diſtinctionem hãc ad lucem ſcripturis afferendam attulerimus, quemadmodũ defendi poſſint, quin ipſę ſibi cõtradicant, inueniri ratio vix poterit. In ſcholis itaq; theologorũ hæc à priſcis eis per

manus tradita dicimus, neq; fuit ferè quiſquã liberalius edu
catus, cuius aures ijs vocibus non perſonuerint, eſſe dupli=
cem cultum, adorationem, ſeruitutem, vnam latriæ, duliæ
alterã. Illam ſoli Deo deberi, hanc etiam hominibus rectè
tribui. Hanc ſeruitutem, hunc honorem duliæ Paulus ho=
minibus pręſtari voluit, latriæ vero nequaquã. Verum vt
res omnis vel cœco perſpicua eſſe queat, neq; ſit quiſquam
qui non inteligat, quam falſo iſti qui quod ne milites quidẽ
impij qui Chriſtum in crucẽ egerunt facere auſi ſunt, Chri=
Ioannis 19 ſti tunicam inconſutilem, in tot iam particulas conſciderũt
vnam ſanctam catholicam, apoſtolicã Eccleſiam idolola=
triæ vnius omnium grauiſsimi criminis inſimulant, prop=
ter eum quem ſanctis tribuendum eſſe docet honorem. Li=
bet de cultu Deo debito, quatenus is ad homines recte
transferri queat paucis diſſerere. Triplicem Deo cultũ de=
beri, mater nos Eccleſia docuit. Imitationem, honorẽ & in
uocationẽ, ex ijs præcipuus & Deo gratiſsimus cultus eſt
imitatio. Vidit hoc etiam Ethnicus ille qui dixit. Vis Deo
propiciari, bonus eſto, ſatis illos coluit, quisquis imitatus ẽ.
Seneca. Hunc adeo requirit à nobis Deus, vt filium ſuũ vnigenitũ
de cœlo deſcendere, & in terris cum hominibus verſari vo=
luerit, quo in illo homine facto, quemadmodum nos imita
ri Deum oporteret, diſceremus. Neq; enim propterea tan=
tum incarnari Chriſtus voluit, vt eſſet vita noſtra, verum/
etiam vt eſſet via per quam ad vitam peruenire nobis lice
ret, Non ideo tantum homo factus eſt, vt quod ſolum vr=
geri videmus hoc tempore, pro peccatis noſtris ſatisface=
ret, mortemq; noſtram moriendo deſtrueret, Verum etiam
vt

vt ſeipſum viam nobis & exemplum viuendi proponeret, vt ſicut ipſe ambulauit, & nos ambularemus. Neq; ſatis eſſe putaremus, ſi crederemus, quod vita noſtra factus ē, qd' q; ſatisfaciēdo pro peccatis noſtris nos à morte liberauit, atq; ita omni cura ſoluti, in vtramq; quod aiunt aurē dormientes, ocio iam & voluptati vacaremus. Verum vt aſpicientes in authorem fidei & conſumatorem Ieſum eadem qua ille via incederemus, ſi veritate cognita vitam conſequi vellemus. Condiderat Deus hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuā, hanc ille cum amiſiſſet vitio ſuo, Deus homo fieri dignatus eſt, vt eam amiſſam in nobis reſtauraret. Quantum igitur eum eſſe cultum exiſtimare debemus propter quem Deus de cœlo deſcendere, & in hac lachrimarum valle, carnem noſtram indutus cū hominibus verſari dignatus eſt? Ad hunc nos cultum inuitat Paulus dicēs. Eſtote imitatores Dei, ſicut filij chariſſimi, & ambulate in dilectione ſicut CHRISTVS dilexit nos. Inuitat Petrus ita ſcribens. Chriſtus paſſus eſt pro nobis relinquens vobis exemplum, vt ſequamini veſtigia eius. Inuitat Ioannes cū ait. Qui dicit ſe in Deo manere debet ſicut ipſe ambulauit & ille ambulare. Inuitat ille ipſe qui via noſtra, qui ſimul & hoſtium & hoſtiarius noſter fieri dignatus eſt, dominus Ieſus Chriſtus. Sic enim loquitur. Si quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum & tollat crucem ſuam & ſequatur me. Ac rurſus alio loco. Ego ſum hoſtium, per me ſi quis introierit, ſaluabit. Quid igitur? Nunquid neſas eſſe putabimus, precipuum cultum hunc propter quem Deus homo fieri, ad quem toties, & ip

Hebre. 12.
Geneſis. 2.
Epheſum. 5.
1. Petri: 2.
1. Ioan. 2.
Ioannis. 14.
Lucæ 9.
Ioannis. 10.

ſe,per ſe,& per apoſtolos ſuos,nos imitare dignatus eſt,ad homines transferre? Hoc ſi nephas eſt,nefarium ſcelus cōmiſit Paulus,qui dixit, Volo autē omnes vos eſſe ſicut meipſum. Ac rurſus clarius in eadem Epiſtola repetitis vici-
1 Corinthi. 7 bus. Imitatores mei eſtote. Et ī alia. Eſtote ſicut ego. Quid
1 Co. 4 & 11 ais o Paule. Chriſtus ideo venit in mundum, vt imaginem
Galat. 4. & ſimilitudinem Dei,quam inobediētia ſua primus parēs noſter amiſerat,non tuam aut alicuius alterius hominis,in nobis reſtauraret,Chriſtus dicit. Ego ſum via,ego ſum hoſtiū,qui vult venire poſt me ſequatur me, non Petrū, non Paulū,non Dominicū,non Franciſcum, & dicis. Eſtote ſicut ego: volo ōnes eſſe ſicut me. Imitatores mei eſtote,quē temetipſum facis? Nunquid tua in nobis imago reſtaurari debet? nunquid tu es via noſtra,qua nobis incedendum, nunquid tu es oſtium noſtrum, per quod nobis ad vitam ingrediendum eſt? Quid eſt,ſi hoc non eſt Dei ſibi gloriam vendicare? ſoli Deo debitum cultum in ſe transferre velle, qui præcipuus Deoq; multo gratiſſimus in imitatione cōſiſtit. Hic facile quiuis percipit, ſi quis verbo vrgeat,quod hoc tempore fieri,proh dolor videmus,à nefario ſcelere defendi Paulum non poſſe. Sed non ita ſoli Deo debetur imitatio, vt non recte hominem etiam imitari liceat. Non itaq; tranſtulit in ſe Dei gloriam Paulus, neq; ſoli Deo debitum ſibi cultum arrogauit, quin potius, quemadmodum hanc ad quā inuitat imitationē ſui vellet intelligi declarauit,cū poſtea verba imitatores mei eſtote, ſtati ſubiunxit,ſicut & ego Chriſti. Hactenus imitari ſe quemq; voluit,quatenus ipſe chriſtum imitatus eſt: non quatenus fuit

fuit perſequitor, blaſphemus, cōtumelioſus. Verum qua- *1 Timothei* 1
tenus miſericordiam dei cōſequutus, non ipſe iam viuebat, *Galat.* 2.
ſed in ipſo Chriſtus, quatenus ipſi mundus & ipſe mundo *Galat.* 6
fuit crucifixus, vt imitari Paulum, nihil aliud fuerit, quam
Chriſtum in Paulo viuētem imitari. Vides igitur quod re-
cte cultus hic ſanctis tribuitur, quos cum imitari iubemur,
omnis vt honos, ad ſolum illum, qui via noſtra, qui hoſtiū
noſtrum eſt, dominum Ieſum Chriſtum, redundare videa-
tur. In illo perfectiſsimum nobis pietatis exemplar editum *Eccleſi.* 2.
eſt. Sed quoniam dicere poſsit aliquis. Quid eſt homo vt
poſsit ſequi regem factorē ſuum? Quomodo præſtare poſ- *Geneſis.* 8.
ſum ego puluis & cinis vt incedam veſtigijs creatoris mei?
vt ne quis exiſtimaret ſibi non eſſe poſsibile, quod propter
nos homini facto Deo fuit poſsibile, puri proponūtur ho-
mines, vt in illis Chriſtum viuentē & operātem imitemur.
Neq; deſperemus ea nos præſtare poſſe, quæ eadē qua nos
infirmitate prediti viri ſancti, quandoq; præſtitiſſe cōme-
morantur. Nihil ergo detrahitur perfectiſsimo exemplari,
quod eſt in Chriſto Ieſu, ſanctis imitandis, ac augetur po-
tius illius gloria, quā minuitur. Sed hæc de primo & præci-
puo cultus genere, dicta ſufficiant. Secūdum genus in ho-
nore conſiſtit ac ueratione. Dicit itaq; Paulus, Soli Deo ho
nor & gloria, dicit idē alio loco, gloria & honor omni ope-
ranti bonum. Nunquid ipſe ſibi contradicit? Minime genti
um: Non adeo fuit hebes Paulus, vt ignoraret ſummū illū
cultum & gloriam omnem ſoli Deo deberi, atq; ad ſolum
illum eſſe referendum. Sed non propterea ſua quoq; gloria
& honore fraudandos eſſe putabat eos, qui bonum eſſent

operati per quos nomen Dei ſanctificabatur. Sicut contra per eos, qui perperam agunt, quicq; nequiter viuunt nomen

Ezechi. 36. et Romano. 1. Dei polluitur & blaſphematur. Quid autem aliud honoramus & veneramur in ſanctis niſi Dei dona, niſi Chriſtum

In oratiõe in Athanaſium. ipſum viuentem & operantem in illis, Athanaſium laudãs dicit Gregorius Nazanzenus: Virtutem laudo, virtutem autem laudans Deum laudo, Dei nanq; donum eſt virtus omnis, à quo proficiſcitur omne datũ optimum, & omne

Iacõ. 1. donum perfectum. Qui honorat dominum, inquit Epipha

Hiere. 23. nius, honorat etiam ſanctum, qui vero ignominia afficit ſanctum, ignominia afficit etiam ipſum dominũ. Ad eun-

In 40 Martyres. dem modum Baſilius: Honos erga bonos conſeruos (ſanctos intelligit vitã iã functos) collocatus, beneuolentiæ ſignificationem apud communem dominum habet, quod

Lib. 4. totidem prope verbis, & à Ioanne Damaſceno, & in decretis ſinodi ſanctæ Nicenæ repetitũ legimus. Necq; diſsimili-

In Pſal. 44. ter Auguſtinus, oſtendatur, inquit, mihi Romæ in honore tanto templum Romuli, in quanto ego ibi oſtendo memoriam Petri. In Petro quis honoratur? niſi ille defunctus ꝑ nobis: Sumus enim Chriſtiani non Petriani. Tolle à Petro, tolle à Paulo, tolle ab Adalbetto & Staniſlao, quod apoſtoli, quod martyres, quod imitatores Chriſti fuerunt, non plus illis honoris debetur, quam vel Ariſtidi iuſto, vel Phocioni vel Zenoni, quorum vitæ ſanctimonia ab ĳs qui Græcorum hyſtorias conſcripſerunt, plurimũ eſſe legimus cõmendata. Chriſtus igitur in ſanctis honoratur, ac tantum abeſt, vt honorandis illis obſcuretur Chriſti gloria, nihil vt magis ad eam illuſtrandam pertinere videatur, quam ei

qua

quæ ſanctis præſtatur veneratio. Sed hac de re dicunt iſti, qui ſegregauerunt ſemetipſos. Non eſt nobis vobiſcum cõtrouerſia, de inuocatione contendimus, quam ſoli Deo deberi cēſemus, atq; ea qua fungimur vſurpata nobis authoritate, ſi quis inuocet mortuũ eũ idololatriæ reum pronunciamus. Atqui quæ imitationis, quæ venerationis, eadem ē & inuocationis racio. Si nullum eſt crimen in imitãdis ſanctis, cum ſe chriſtus, non Petrum, non Paulum ſequi iuſſerit, ſe non ſanctorum aliquem vitam & hoſtium eſſe docuerit. Si nullum eſt crimen in glorificandis illis, cum diſertis verbis Deus dixerit. Gloriam meam alteri non dabo, quid eſſe criminis poterit in illis inuocandis? non tanq̃ largitoribus, ſed tanq̃ deprecatoribus? Quó inuocabunt aiunt, in quẽ non crediderũt. In ſanctos autem non credimus. Quid ſi in illos quoq; recte credi docet Paulus, verba ſunt illius ad Philemonem. Fidem quam habes in domino Ieſu & in omnes ſanctos. Ex quo etiam loco nonnulli colligũt recte in ſymbolo dici poſſe. Credo in ſanctam catholicam Eccleſiam. Pauli locum hunc exponẽs Hieronimus, adfert illic quod eſt in Exodo ſcriptũ. Credidit populus Deo & Moyſi ſeruo eius. Vna, inquit, atq; eadem credulitas in Moyſen refertur & in Deum, vt populus qui credebat in dominum æque credidiſſe dicatur in ſeruum. Hoc autem non ſolum in Moyſe ſed in omnibus eius ſanctis eſt, vt quicumq; credidit Deo, aliter eius fidem recipere nequeat, niſi credat & in ſanctos eius. Non eſt enim in Deum perfecta dilectio et fides, quæ in miniſtros eius odio & infidelitate tenuat. Sed & Chriſoſtomus eundem Exodi locum adferẽs negat immunẽ

Eſaie. 42.

Hoc enim ſolius Deo proprium eſt.

Romano. 10.

In epiſtolam ad Philemonẽ

Exodi 14.

Tomo 3. in ſermone de fide & lege naturæ.

munem Dei dignitatẽ, quod ei coniunctus eſt Moyſes, cõ-
iunctus eſt enim, inquit, non vt honore par Deo, ſed vt mi-
niſter Dei. Si ergo recte credimus in ſanctos, recte etiam in
uocamus ſanctos. Quemadmodum autem aliter in ſctõs
credimus quam in Deum, ſic aliter etiam eos inuocamus
quam Deum. Deum inuocantes dicimus. Concede queſu-
mus, da queſumus, præſta quæſumus, largire queſumus, tri
bue quæſumus. Sãctos inuocãtes nihil aliud dicimus, quã
Ora pro nobis, neq; plus illis tribuimus inuocatiõe noſtra
in cœlis cum Chriſto triumphãtibus, quam cuiuis è fratri-
bus in terris nobiſcum ad huc militantibus, quæ malũ igi-
tur intemperiæ agunt iſtos qui ſoli deo debitum honorem
in mortuos homines à nobis transferri queritantur? ſcilicet
1. Ioan. 2. ita Deum inuocare phas eſt. Ora pro nobis ſancte Dei ge-
nite? Eſt quidem ita quod aduocatus noſter Chriſtus etiã
nunc ad dexteram ſedens patris, interpellat pro nobis. Ve
rum hoc incautionis genere, nemo pius, nemo Catholicus
Chriſtum inuocauit vnq̃, ne cum Arrio creaturã eſſe Chri-
ſtum ſentire, aut aliquid eius poteſtati detrahere videret̃,
quaſi nõ æque largitor ipſe ſit & pater, aut ſpiritus ſanctus
Quamobrem vt omnibus manifeſtum faceret mater Ec-
cleſia, nullum ſe diuinum honorem in ſanctos transferre,
in illa ſolenni ſupplicatione, quam λιτανίαν vocant, quid cre
atori, quicq̃ creaturæ tribuendum ſit diſerte docet, dum a-
liter Deum vnum in ſubſtantia, trinum in perſonis qui cre-
ator eſt omnium, aliter ſanctos qui Dei creaturæ ſunt inuo
cat. Ad Deum enim ita loquitur. Pater de cœlis Deus miſe
rere nobis. Spiritus ſanctæ Deus, miſerere nobis. Ad ſan-
ctos vbi ventum eſt, non miſericordiam, ſed interceſsionem
tantũ

tantum ab illis poſtulat,ſicut ab alijs in hoc ſeculo nobiſcũ degentibus. Sic enim illos alloquitur ſancta Maria ora pro nobis,ſancte Petre ora pro nobis. Vides iam quiſquis es, qui cum Paulo Chriſtum in membris ſuis perſequi quam eorum quæ pro nobis ſollicita ſunt ad Chriſtum interceſsione cum Paulo vti mauis,quod nullus diuinitati proprius honos in litania ſanctis tribuitur. Ne plus ab illis petitur in beatorum ſedes tranſlatis,quam ab alio quouis adhuc mortis corpus hoc circumferente. Sed in hoc, ais, Chriſti gloriæ derogatur quod alius à Chriſto mediator queritur, dum à ſanctis inceſsio poſtulatur. Derogabat igitur Chriſti gloriæ Paulus,quem toties ad ſanctorum interceſsionẽ confugiſſe legimus. Alios ſcilicet ille preter Chriſtum mediatores agnoſcebat? Quid magis abſurdum dici poteſt? Sciebat vero Paulus quod ab eo docta cõfitetur Eccleſia. Vnum eſſe mediatorem Dei & hominum hominem Chriſtum Ieſum:ſed tantum abfuit vt propterea ſanctorum inuocationem eſſe putauerit excludendam, vt in eo ipſo capite, vbi mediatoris vnius facit mentionem,pro regibus et pro omnibus qui in ſublimitate conſtituti ſunt obſecrationes fieri voluerit. Quid eſt autem obſecrare pro aliquo,niſi mediatorem inter eum eſſe,quem petis,& eum pro quo petis,qualem ſe fuiſſe Moyſes teſtatur inter Deum & populum Iſrael,cum dicit. Ego medius & ſequeſter fui,talem vt mediatorem non eſſe niſi ſolum Chriſtum diceret,nunq̃ ne cogitare quidem in mentem venit Paulo. Sed qualem vnũ & ſolum mediatorem Chriſtum intelligi vellet, ipſe mox explicauit,poſt ea verba, vnus eſt mediator Dei & homi-

*Ad Rom.* 15
2 *Cor* 1
*Coloſſ.* 4
2 *Theſa.* 5
1 *Timothei* 2
*Deute.* 5

 num

num Chriſtus Ieſus, mox illa ſubijciens, qui dedit redēptionem ſemetipſum pro omnibus. Vides nullam hic interceſſionis, verum ſolius redemptionis fieri mentionem. Talis ergo mediator, qui precioſo ſanguine ſuo nos redemerit, non eſt niſi ſolus dominus noſter Ieſus Chriſtus. Neq; enī redemit nos Petrus aut Paulus. Chriſti ſolius paſsione redempti ſumus, ſolus ille nos redimere morte ſua potuit, qui & Deus eſt & homo. Quod qui purus homo fuiſſet, præſtare nunq̄ voluiſſet. Vtcunq; ſanctorum quoq; paſsiones nobis, verum iam redemptis proſunt. Quamobrē qui redemerit nos mediatorem, eum nunq̄ agnouit alium, vna ſancta, catholica, apoſtolica Eccleſia, quam vnum & ſolū dominum noſtrum Ieſum Chriſtum in cruce pro nobis mortuum, à quo docta, vt in ipſius nomine patrē peteret, ſi-

Ioan. 15. mul à Paulo admonita, vt per Chriſtum hoſtiam laudis

Hebreo. 13. offerret Deo, omnes orationes ſuas, quas collectas vocant ad patrem fere dirigens concludit, non per Petrum, neq; p Paulum, neq; per alium quempiam ſanctorum, ſed per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, per ſolius illius paſsionis & mortis meritum, qua nos redemit, quæ petit omnia, concedi ſibi poſtulat. Vides ergo ſathana quod non ignorat mediatorem Chriſtum Eccleſia, quemadmodum tum rudi plebeculæ heu nimium credulæ perſuadere conatus es, quodq; iuxta ſanam Pauli doctrinam, non alium redēptorem agnoſcit & confitetur, quam dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, etiamſi cum eodem Paulo ſanctorum ſibi putat interceſsionibus vtendum. Sed Paulus, inquit, ad viuorum non mortuorum interceſsiones confugit, atqui

Deo

Deo viuunt illi cuius conſpectu fruuntur, prę quibus nos
recte mortui eſſe, cēſeri poſſumus. Tum autem vbi Paulus,
vbi ſcriptura aliqua, ſanctos cœlo iam potitos inuocare &
eorum intercesſione vti prohibet? Sed nuſquam id facien-
dum eſſe precipit, neq; vllum eius rei in ſcripturis extat exē-
plum. Non præceperit. Verum ille tamen ſcripturæ locus Gene: 48
quo benedicens Iacob filijs Ioſeph, ait, Inuocetur ſup eos
nomen meum, nomina quoq; patrum meorum Abraham
& Iſaac: Quid aliud quam ſanctorum qui de corpore mor
tis huius liberati iam ſunt inuocationem confirmare videt̃
à qua non abhorret etiam illud quod à Moſe dictum eſt.
Quieſcat ira tua & eſto placabilis ſuper malicia populi tui
recordare Abraham, Iſaac & Iacob, ſeruorum tuorum, qui Exō. 32
bus iuraſti per temetipſum dicens &c. Quodq; dixit Dani
el ne auferas à nobis miſericordiam tuam domine Deus Dan. 3
noſter, propter Abraham dilectum tuum, & Iſaac ſeruum
tuum, & Iacob ſanctum tuum. Chriſoſtomus diuinę huma
nitatis exemplum adducens, quando, inquit, viuos homi-
nes quibus loquendi fiducia ſit, quiq; peccatores reſtituere Tomo 5 in ho
poſsit, nullos prorſus inuenerit, tunc vero ad mortuos ille mi de uirtuti
profugiens, per eos, inquit peccata remitto. Quomodo em̄ bus & uicys.
fatui? Hanc ego, inquit, mea ipſe gratia tutor vrbē. Dauid 4 Reg. 20
etiam filij mei cauſa, qui ab hac iampridem vita diſceſsit.
Aſpice ſanctorum quanta ſit virtus neq; enim ſua verba
tantum aut corpora, ſed ipſa etiam corporū tegmina, ſem-
per omni poſeſsione ſunt anguſtiora. Heliæ ſiquidem leo- 4 Reg. 2. Dan. 3.
nina pellis Iordanem diſcindere fecit. Trium puerorū cal- 4 Regum 7
cei per ignes ambularunt. Eliſei lignum potuit vndarum

mutare naturam, quas quidem ſuperficie ſua quaſi tergo
Exo. 14 ferrum ſuſtinere cogit. Moſes virga mare rubrum dehiſ=
Exo. 17 cere iuſsit, petram diſrumpere valuit. Pauli veſtes morbos
Actu. 19 fuderunt. Petri vmbræ mortem fugarunt, ſanctorum Mar=
Actu. 5. tyrum ciuis, improbos demones expulit. Non deſunt itaq;
1 Theſſa. 2. ſcripturæ teſtimonia, quibus & intercedere pro nobis ſan=
ctos, & ad eos recte nos confugere doceri poſsit. Verũ fac
ita eſſe quod nuſquam id ſcriptum ſit. At ſi nihil niſi quod
ſcriptum eſt recipiendum putaueris, ne ſymbolum quidẽ
recipi debebit, quod in ſcripturis nuſq̃ continetur. Enume=
rauimus autem iam antea pleraq; de voce ομοουσιος, de di=
uinitate ſancti ſpiritus, de perpetua Mariæ virginitate, de
Baptiſmo paruulorum, deq; alijs nõnullis, quæ Arrius, Ma
cedonius, Eluidius, Donatus, reijcienda eſſe putauerũt qđ
ẽ ſcripturis probari non poſſent. Nunquid igitur eadẽ hac
ratione & nos explodemus hæc omnia? Quin nos potius
genus iſtud collectionis, non eſt ſcriptum igitur amplectẽ=
dum non eſt, cum ipſis illius authoribus hæreticis, quorũ
ſemper proprium fuiſſe videtur explodemus, & quod Pau
lus admonet, non ſcriptas etiam traditiones vetuſtate con
ſecratas, ac totius Eccleſiæ perpetuo conſenſu comproba=
tas, mordicus retinebimus. Non eſt quiſq̃ fere ſanctorum
patrum qui à Chriſto in cœlum tranſlato ad hæc vſq; no=
ſtra tempora vixerunt, cuius calculo ſanctorum cum Chri
Lib. 2. in bea= ſto triumphantium interceſsio nõ fuerit approbata. Neq;
tum Iob. fuit illis inuſitata hæc interpellandi formula, qua nos in li=
tanijs vtimur. Origenem longe vetuſtiſsimum ita legimus
orantem, O beate Iob viuens in perpetuum, & victor per=
manens

manens in conſpectu regis domini ora pro nobis miſeris. Et alio loco, incipiam me gentibus proſternere & inuocare omnes ſanctos vt mihi non audenti petere Deum propter nimietatem peccati ſuccurrãt. O ſancti Dei vos lachrimis & fletu pleno dolore deprecor, vt procidatis miſericordijs eius pro me miſero. Beatus Ephrem Ediſſenæ Eccleſię Diaconus, ante mille trecentos annos in ſermone de laudibus ſanctorum martyrũ. Præcamur, inquit, beatiſsimi martyres, qui pro domino tormenta ſubijſtis, atq; ideo familiarius domino coniuncti eſtis, vt pro nobis miſeris dominũ interpellare dignenimi &c. Idem in Treno Maria aloquens Eſto, inquid, noſtra cõciliatrix & aduocata in hora iudicij, libera nos à futuro igne & tenebris, tu namq; es ſpes apud Deum Chriſtianorum, Gregorius quoq; Nazanſenus quẽ theologum græci vocant. Tu autem, inquit, Baſilij ſacrum ac diuinum caput, ex alto nos reſpice, & carnis ſtimulum, inſtructionem noſtram à Deo nobis datã, aut tuis ſiſte præcibus, aut fortiter nos ferre perſuade. Et eiꝰ diſcipulus Hieronimus. Vale, inquit, ò Paule, & tui cultoris vltimã ſenectutem orationibus iuua, fides & opera tua Chriſto te ſociant, preſens facilius quod poſtulas impetrabis. Ac ſynchronus huius Auguſtinus, orate dominum, orate pijſsimi orate omnia agmina ſanctorum, & qui precesſit vtrũq; Prudentius ad laurentiũ verba faciẽs. O Chriſti decus inquit, Audi poeta ruſticum, cordis fatentẽ crimina, & facta prodentẽ ſua, indignus agnoſco & ſcio quẽ Chriſtus ipſe exaudiat, Sed per patronos martyres, poteſt medelã conſequi. Porro Baſilius adeo non reprehendẽdã putat ſanctorũ inuocationem,

in lamenta

In epitaphio Pauli

In meditatio. Ca. 13.

uocaionē vt ſcribēs de quadraginta martirib9 dicat. Qui aliqua premitur āguſtia ad hos cōfugiat, qui rurſus letatur, hos oret, ille vt à malis liberetur, hic vt duceret in rebus lætis, quos etiam ipſe poſtea inuocat. Sed & Iohannes Chriſoſtomus in laudibus ponit Imperatoris, quod ijs purpura indutus, actedit martyrum ſepulchra complexurus, & faſtu apoſito, ſtat ſanctis ſupplicaturus, vt pro ſe apud Deum intercedant, & ſcenarū fabrum, & piſcatorē, etiā mortuos vt protectores orat, qui diademate redimitus incedit. Quid ergo dicemus idolatras fuiſſe Origenem, Baſilium, Gregorium Nazanſenū, Iohannem Chriſoſtomū. Hieronimum, Auguſtinū, Beatum Ephrem, Prudētium qui ad ſāctorum intercesſionem & confugerunt ipſi, & alijs vt conſugerēt authores fuerunt? Nos vero multo rectius eos idolatras eſſe cenſebimus, qui cōmenta opinionum ſuarū ſic adorant, & quod ſemel in animum induxerūt, id mordicus adeo tuentur, vt Eccleſiæ totius conſenſū, quæ colūma eſt & firmamentum veritatis pro nihilo ducāt, & ei ſui cordis viſiones anteponant, cui cum reſiſtunt non hominibus reſiſtunt, ſed ipſi ſpiritui ſancto, qui cum ea manens in æternū per eam & in ea docet nos omnem veritatē, ac relicto Deo qui vult in ſanctis ſuis coli ſequūt' Deos alienos. Sic enim in veteri teſtamento nouas & peregrinas atq; alienas ab Eccleſia doctrinas legimus appellari, quod nō ſecus ab hęreticis ipſorum cōmenta, quam ab Ethnicis dij ſui obſeruētur. Tanta fuit Priſcis illis ſeculis ſanctorum & eorum reliquiarum veneratio, vt ad martyrum ſepulchra non niſi cū tremore quodam & horrore homines accederent. Quemadmodum

Homi. 66. ad populum Antioche.

Hiere 3. & Oſiæ 3.

admodum cum aliȷs in locis, tum vitam beati Babilæ præ
ſequitur, à Chriſoſtomo memoriæ proditū legimus, cuius
etiam alio quodam loco verba ſunt hæc, loquitur autem
de ſanctis. Qui ducebantur & circumducebantur, qui con=
tempti erant & vincti, qui innumera paciebantur dum vi=
uebant, vbi defuncti ſunt regibus ipſis erant magis venera
biles etiam Romæ, quæ vrbium eſt regulariſsima, relictis
omnibus ad ſepulchra piſcatoris & pelionis, currunt & re=
ges & præſides & milites. Et in Conſtantinopoli reges no=
ſtri, magnam gratiam putant, non ſi prope apoſtolos, ſed
ſi vel extra eorum veſtibula corpora ſua ſepeliantur, fiãtꝗ;
piſcatorum hoſtiarīj reges, neqꝫ hinc in morte confundun=
tur, ſed honeſtantur, & ipſi & eorum nepotes. De Theodo=
ſio narrat Rufinus, quod is contra Eugenium prælium ini=
turus, circumibat cum ſacerdotibus & populo omnia ora=
tionum loca, ante martyrū & Apoſtolorum tecas iace=
bat, cilicio proſtratus, & auxilia ſibi fida ſanctorum inter=
ceſsione poſcebat. De reliquȷs Geruaſii Protaſij ac Ste=
phani Martyrum, quantus ad ea fuerit hominum concur=
ſus, quot & quanta per eos miracula Deus ediderit ſcribit
Auguſtinus. Quo etiam in loco moris fuiſſe ſcribit, vt reci=
taretur in tēplo quid quiſqꝫ beneficij accepiſſet. Suo quo=
qꝫ tempore factum eſſe refert Theodoritus, vt votorum rei
dona perſoluerent, atqꝫ alij oculorum, alij pedum, alij ma=
nuum ſimulachra ſuſpenderent ex auro argentoue confe=
cta. Deniqꝫ ſub ipſa propemodum apoſtolorum tempora
tantus fuit honor ſanctorum martyrum reliquȷs habitus,
vt beati Policarpi corpus Chriſtianis petentibus concede=
re iudex

*Thomo 3. in Demonſtra. aduerſus Gē. quod Chriſtꝰ ſit Deus.*

*Lib. 2. Ca. 33. Eccleſia.*

*Lib, 22. di ciuita. Dei. ca, 28*

re iudex voluerit, ne defunctum illum pro Deo colerent, quemadmodum ab Euſebio memoriæ proditum legimus

*Lib. 4 Ca. 15 hiſtoriæ*

Itaq; non eſt nouum hoc quod infœlici æuo hoc noſtro fieri uidemus ab hereticis, vt qui Chriſtum in ſanctis adorāt, & eorum præcibus adiuuari petunt, idololatriæ inſimulentur. Iam inde à multis ſeculis factitatum id eſſe narrat Auguſtinus, cūm à Fauſto, Manicheo, tum ab alijs nonnullis qui idololatriæ Chriſtianos affines eſſe dixerint, propter ſingularem cultum, quo ſanctos martyres proſequi videbantur, quorum errorem refellens Auguſtinus, quamuis reuerenter colerentur ſancti, negat illis tamen vllum honorem diuinum tribui. Sic enim loquitur contra Fauſtū ſcribens. Populus Chriſtianus memorias martyrum religioſa ſolennitate concelebrat, & ad excitandam imitationem, & vt meritis eorum conſocietur, atq; orationibus adiuuetur, ita tamen vt nulli martyrum ſed ipſi Deo Martyrum quāuis in memorias martyrum conſtituamus altaria. Quis enim antiſtitum in locis ſanctorum corporū aſsiſtens altari, aliquando dixit. Offerimus tibi Petre, aut Paule, aut Cypriane, ſed quod offertur, offertur Deo, qui martyres coronauit, apud memorias eorum quos coronauit, vt ex ipſorū locorū admonitiōe maior affectus exurgit, ad acuendā charitatem, & in illos quos imitari poſſumus, & in illum quo adiuuante poſſumus. Colimus ergo martyres eo cultu dilectionis & ſocietatis, quo & in hac vita coluntur ſancti homines Dei. Sed illos tanto deuotius quanto ſecurius poſt incerta omnia ſuperata, quanto etiam fidentiore laude prędicamus, iam in vita fœliciore victores, quam in iſta adhuc

*Lib. 2 Ca. 21. Lib. 8 de ciuitate dei Cap. ultimo lib. 10 capite 1*

*Lib. 20 ca. 21*

pugnante

pugnātes. At illo cultu qui græce λατρία dicitur, latine vno verbo dici non poteſt, cum ſit propriæ quædam diuinitati debita ſeruitus, nec colimus, nec colendum docemus, niſi vnum Deum. Cum autem ad hunc cultum pertineat oblatio ſacrificij vnde idololatria dicitur eorum qui hoc etiam idolis exhibent, nullo modo tale aliquid offerimus, vel offerendum pręcipimus, vel cuiq̃ martyri, vel cuiq̃ ſanctæ animæ, vel cuiq̃ angelo. Nunquid non perſpicue ſatis declarauit Auguſtinus hoc loco, qui cultus, queue ſeruitus propriæ diuinitati debeatur, quæ contra mortalibus quoq; tribui recte poſsit, Imitatio, honor, inuocatio, debentur quidē Deo, verum non ita proprie vt non etiam ad homines recte transferri poſsint. Cæterum offerre ſacrificium, ita eſt propriæ diuinitati debita ſeruitus, vt qui homini eam tribuerit, idololatriæ crimen effugere non poſsit. Hic ergo cultus, hæc ſeruitus non tribuitur in Eccleſia niſi ſoli Deo. Imitari vero ſanctos, honorare ſanctos, dicere ſancte Petre ora pro nobis. Et licuit in Eccleſia Dei ſemper & licebit. Neq; alij ſunt qui cultum hunc deberi ſanctis negant, quam qui ſacrificium proprie diuinitati debitam ſeruitutem ex eccleſia ſublatam prorſus eſſe cupiunt. Sic ſuum prius miniſtris vel amicis, aut filijs potius Dei honorem auferre conant̄, quo facilius poſtea, qui ſoli Deo cultus debetur, ſacroſancti corporis & ſanguinis Chriſti ſacrificium abrogare queant vt omni ſacrificio atq; ſacerdotio ſpoliatos non abſq; Deo eſſe faciat. Et hoc eſt quod paulatim ſathanas molit̄, primum vt amicos filioſq; Dei, & membra Chriſti corporis. Deinde vt Deum ipſum nos contemnere faciat, & om-

nem beneficiorũm eius memoriam, ſempiterna qũadam obliuione obruat. Verum hoc aiunt, eſt diuinum honorem in homines transferre, quod ſolius Dei proprium eſſe vide

Hiere. 17. tur, qui dixit. Ego dominus ſcrutans corda, & probans renes, id hominibus tribuere quaſi poſsint aut audire ſancti petitiones noſtras, aut motum cordis, eius qui præcatur iudicare. Cæterum ſi quis nephas eſſe putat hoc homini tribuere, ſcripturam arguat, quæ tribuit Eliſeo, quod is abſẽs

4. Regum. 5: cognouerit, quæ Geſi diſcipulus eius fecerat cum à Nahaman

4. Regum. 6, Syro munera accepiſſet, quod omnia verba quæcunq; loquutus eſſet in conclaui ſuo Syriæ Rex, cognita habuerit, nec illud ignorauerit, miſſum eſſe ab rege Iſrael, qui ca

Actuum. 5, put ſuum præcideret. Tribuit eadem & Petro quod ſciuerit is Ananiam & Zaphiram fraudaſſe de precio agri. Quod ſi diuini latine vocantur, qui vel præterita vel futura cognoſcunt, cur hoc diuinitatis genus non recte tribuatur ſan

Eccle. 48. ctorum ſpiritibus, quando corpus etiam Elizei mortuum,

Eccle. 49: oſſa Ioſeph quæ viſitata fuerant poſt mortẽ propheta ſſe legimus. Quid autem aliud eſt prophetia quã quod à Caſſiodoro ſcriptum eſt, inſpiratio ſiue reuelatio diuina. Eſt ne autem veriſsimile, quod pleraq; reuelata ſunt Eliſei cadaueri, reuelata ſunt oſsibus Ioſeph, reuelata ſunt Eliſeo, reuelata ſunt Petro, reuelata ſunt alijs quoq; ſanctis in terris adhuc agentibus, & non reuelabitur eorundem: aut aliorum etiam ſanctorum ſpiritibus, in beatorum ſedes receptis, qd à ſe petent, quæ degunt adhuc in hac vita membra corpo

Lucæ. 16. ris eiuſdem, de quorum ſalute cum primis illos conſtat eſſe ſolicitos? Sepultus in inferno diues, quid ſui fratres age

rent

rent quos in hoc ſæculo reliquerat non ignorabat, & igno=
rabunt ſpiritus cœleſtes, quid agant, quid à ſe præcent fra=
tres, corruptibile corpus hoc adhuc circumferentes, erunt=
ꝗ meliore conditione demones, quos non omnino latere
cordis noſtri cogitationes & ſingulari quadam rerum ſciẽ= *Lib:9. De ci=*
tia pollere, vnde etiam nomen traxerunt Auguſtinus, & a= *uitate Dei ca*
pud Caſsianum ſerenus memoriæ prodiderunt, quam ani *pite 20. & 2*
me beatorum ſuauiſsimo Dei conſpectu fruẽtium? Ipſam *Colla.7.ca.1*
animarum vim ſubtilitate ſua pleraque preuidere, maxi= *Lib.4, dialo.*
me cum à ſenſibus corporeis abſtrahuntur, Gregorius & *cap,25.*
ante eum Auguſtinus teſtantur: Quanto plura premiſſu= *Lib.12. de ge*
ros certum eſt cum eum videbunt, qui videt omnia, in quo *ne.c 26.*
videbunt omnia, quæcumq; Deo viſum fuerit eis reuelare?
Quod ſi verum eſt quod dixit veritas, quæ mentiri neſcit. *Matt. 22.*
quod in reſurectione erimus ſicut angeli in cœlo, angelos *Zachariæ*
autem non modo ſcire quid præcentur in hoc ſæculo degẽ= *& Tobi. 1*
tes, verũetiam Deo preces eorum afferre manifeſte ſcriptu *& Apoca: 5.*
ra docet. Quid eſt quod iam dubitet quisquã, quin animæ
piorum, deſideratiſsimo Dei conſpectu fruentes, non igno=
rent quid à ſe petant fratres in terris agentes, ſiue reuelanti *Cap.4: cœles*
bus angelis, quod Dionyſio viſum eſt, ſiue quod Hierony *hierar. cõtra*
mo placuit, celeritate quadam percipiendi, cum ſimiles an *Vigilantium:*
gelis facti ſint, ſiue quia videntes videntem omnia, in eo &
per eũ vident omnia. Quid eſt enim inquit Gregorius, qđ *Lib:4: Dialo*
ibi ſanctorum animæ neſciant, vbi ſcientem omnia ſciunt. *Capi:32: & li*
Certe qui intus omnipotentis Dei claritatem vident, nul= *bro 12: moral*
lo modo credendum eſt, quia foris aliquid ſit quid ignorẽt *Capite 13.*
Verum vt qui ſemel à via recta deflexerunt, eos in aliũ at=

quàm alium errorem incurrere uidere licet, ſic in ijs qui à vero ſemel aberrauerunt, error alius alium trudit. Neq; enim deſunt qui cum falſam opinionem ſuam de non inuocan= dis ſanctis, alia ratione confirmare non poſsint, eo tandem audaciæ, atq; amentiæ prorumpant, vt aſſeuerare non du=
1. Petri. 1 bitent, nondum eſſe potitos ſanctos eius conſpectu ſuauiſ ſimo, in quem angeli proſpicere deſiderant, ſed adhuc in abditis quibuſdam receptaculis, extremum expectare ge=
Pſalmo. 61 neralis iudicij diem, in quo redditurus vnicuiq; ſit Deus iux ta opera ſua. Hoc vero eſt mediatorem Chriſtum negare, hoc eſt alium cum Iudeis Meſsiã expectare, qui de nouo
Gala. 2 quodam lymbo defunctorum animas iterũ educat, hoc eſt dicere: Ergo Chriſtus gratis eſt mortuus. Nam ſicut ſuperi us à nobis dictum eſt, quis erit fructus paſsionis & mortis Chriſti, ſi non melior nunc eſt noſtra conditio, quam fuit patrum qui Chriſti paſsionem & mortem præceſſerunt ſi æque vt illis clauſa nobis adhuc eſt cœli ianua, quam nos illius morte nobis apertam eſſe perſuaſum habemus. Quę autem fuit cauſa quamobrem vel illi tantopere deſidera= rent venturi Meſsiæ incarnationem, vel nos de eo quod is tandem aduenerit, vna cum illis adeo letaremur, ſi caren= dum nihilominus, & illis, & nobis eſt eius viſione, neq; pri= us ea perfruendum, quam extremus ille generalis iudicij dies aduenerit? Quid autem? nunquid non huic iſtorum in ſaniæ manifeſte ſcriptura reclamat, & veteris & noui teſta menti, quæ ſimul vt homo fuerit mortuus, vel pænas eum debitas perſoluere, vel ſi nihil in eo ſit, quod purgãdum reſ tet, e veſtigio cœleſtis regni præmia cõſequi docet: Ducũt,
inquit,

inqt,in bonis dies ſuos,& in puncto ad infernũ deſcendunt. Iob. 21.
Mortuus eſt diues, ait Chriſtus, & ſepultus eſt in inferno. Lucæ. 16.
Latroni contra in cruce pendenti dicit ipſe quoq; cruci affi= Lucæ. 23.
xus,hodie mecum eris in paradiſo. Rurſus alibi ſcriptura
loquitur. Vincenti dabo edere de ligno vitæ, qđ eſt in pa= Apoca, 2.
radiſo Dei mei. Porro Paulus cum dixiſſet. Id quod in præ 2.Corin.2.
ſenti momentaneum eſt, & leue tribulationis noſtræ,ſupra
modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur
in nobis,non contemplãtibus nobis quæ videntur,ſed quæ
non videntur. Quæ enim videntur tẽporalia ſunt, quæ aũt
non videntur æterna. Subiungit illico. Scimus autẽ quonĩ=
am ſi terreſtris domus noſtra huius habitationis diſſolua=
tur,quod edificationem ex Deo habemus,domum nõ ma
nu factam ,ſed æternam in cœlis. Quibus verbis an nõ cla
re indicat,quod ſimul vt ex diuerſorio corporis huius ani=
ma migrauerit,ad æternam illam cœleſtem domum eue=
ſtigio transfertur. Quod ſi quis contenderit,ſpe tantum id
fieri tum,non autem re,quid aliud ex eo conſequetur, quã
quod nihilo melior futura ſit animæ conditio, iam à corpo
re ſeparatæ,quam eiuſdem adhuc in corpore permanẽtis?
Quorſum igitur attinebat dicere. Si terreſtris domus no=
ſtra huius habitationis diſſoluatur,quandoquidem etiam
illa non diſſoluta,peræque ſperare nobis domum illam cœ
leſtem licet,qui quod ab eodem Paulo dictũ eſt alibi. Spe Romano. 8.
ſalui facti ſumus. Verum & hunc ſcrupulum exemit nobis
Paulus,& omni prorſus nos dubitatione liberauit,cũ pau=
cis interiectis ita loquitur. Audentes igitur ſemper & ſcien
tes,quoniam dum ſumus in hoc corpore peregrinamur à

domino,per fidem enim ambulamus & non per ſpeciem, audemus autem & bonam voluntatem habemus magis peregrinari à corpore & præſentes eſſe ad dominum. Quid magis dilucide dici potuit,ad id quod volumus oſtenden=
Iob.7. dũ? Sicut mercenarius preſtolat̃ finem operis ſui,ſicut de=
Pſal.41. ſiderat ceruus ad fontes aquarum,ſic ſiciebat anima Pauli ad Deum fontem viuum,atq; ideo cupiebat ab iſto corpo
Phil. 1. re peregrinari,vt illius præſentia frui poſſet,quem tanto ar dore videre geſtiebat. Hoc eſt quod alio quoq; loco dixit: habere ſe deſiderium diſſolui & eſſe cum Chriſto. Quorſũ autem peregrinari à corpore,quorſum diſſolui cupiebat, ſi nihilominus tam deſiderato Chriſti aſpectu fruendum il= li non erat? ſi diſſolutione facta,fuit nihilominus expectã= dus extremus gñalis iudicij dies,quo primũ ei vidẽdi Chri poteſtas fieret. Quis non videt quã inepta,quã abſurda ſit hæc opinio,etiamſi Græci quidã non ignobiles in ea fuiſſe videntur. Verũ hic iſti querunt,quis gñalis iudicij ſit vſus futurus,ſi ante illud mercedẽ quiſq; ſuã recepturus eſt. Re
Li. 4. Dialo· ſpondet hic queſtioni Gregorius,quod hoc animabus cre=
capi.24. ſcit in iudicio,quod nunc animarum ſola, poſtmodum ve= ro etiam corporũ beatitudine perfruũtur, vt ipſa quoq; car ne gaudeant,in qua dolores pro domino cruciatuſq; per= tulerunt. Pro hac quippe geminata earum gloria ſcriptum eſt,in terra ſua duplicia poſsidebunt. Hinc etiam ante reſu rectionis diem,de ſanctorum animabus ſcriptum eſt. Dat̨ ſunt illis ſingulis ſtolæ albæ,& dictũ eſt illis, vt requieſcerẽt tẽpus modicũ,donec impleret̃ numerus cõſeruorũ & fra= trũ eorũ. Qui itaq; nũc ſingulas acceperunt,binas in iudi=

cio ſtolas habituri ſunt, quia modo animarũ tantũ, tũc aũt animarũ ſimul & corporũ gloria lętabũtur, ſed ad probandã ſanctorũ inuocationẽ, ſimul ad oſtendendũ quod orationes noſtras ſancti cognoſcant dicta ſufficiant. Nunc Cyprianum orationem dominicam explicantem audiamus.

## EXPOSITIO DOMINICAE Orationis Authore Cypriano. Cap. LVIII.

EVangelica pręcepta fratres dilectiſsimi nihil ſunt aliud, q̃ magiſteria diuina, fundamenta ædificandæ ſpei, firmamenta corroborandæ fidei, nutrimenta fouendi cordis, gubernacula dirigendi itineris, præſidia obtinendæ ſalutis, quæ dum dociles credentiũ mentes in terris inſtruunt, ad cœleſtia regna perducunt. Multa & per Prophetas ſeruos ſuos dici Deus voluit & audiri: ſed quanto maiora ſunt quæ filius loquitur, quæ Dei ſermo qui in prophetis fuit, propria voce teſtat᷑: non iã mandãs vt paretur venienti via, ſed ipſe veniens & viã nobis aperiens & oſtendens, vt qui in tenebris mortis errantes improuidi & cœci prius fuimus, lucis gratia illuminati, iter vitæ, duce & rectore domino teneremus Qui inter cætera ſalutaria ſua monita & præcepta diuina, quibus populo ſuo conſulit, ad ſalutem, etiam orandi ipſe formam dedit, ipſe quid præcaremur monuit & inſtruxit. Qui fecit viuere, docuit & orare, benignitate ſcilicet, qua & cætera dare & conferre dignatus eſt, vt dũ præce & oratione quã filius docuit, apud patrẽ loquim᷑, facilius audiam᷑

Iam

Iam predixerat horã venire, quando veri adoratores patrẽ in ſpiritu & veritate, & impleuit, quod ante promiſerat, vt qui ſpiritum & veritatem de eius ſanctificatione percepimus, de traditione quoq; eius vere & ſpiritualiter adorem9 Que enim poteſt magis ſpiritualis eſſe oratio, quam vere à Chriſto nobis data eſt, à quo nobis & ſpiritus ſanctus miſſus eſt? vt aliter orare q̃ docuit, non ignorantia ſola ſit, ſed

Mat 1c. & culpa, quando ipſe poſuerit, & dixerit, Reijcitis mandatum Dei vt traditionem veſtram ſtatuatis. Oremus itaq; fratres dilectiſſimi, ſicut magiſter Deus docuit. Amica & familiaris oratio eſt Deum de ſuo rogare, ad aures eius aſcẽdere Chriſti orationem. Agnoſcat pater filij ſui verba, cum precem facimus, qui habitat intus in pectore, ipſe ſit & in voce. Et eum ipſum habeamus apud patrem aduocatum pro peccatis noſtris, quando peccatores pro delictis nr̃is petimus, aduocati noſtri verba promamus. Nam cum di-

Ioan: 16. cat, quia quodcunq; petieritis à patre in nomine meo, dabit vobis, quanto efficatius impetramus, qđ petimus in Chriſti nomine, ſi petamus ipſius oratione? Sit autẽ orantibus ſermo & precatio cum diſciplina, quietem continens & pudorem. Cogitemus nos ſub conſpectu Dei ſtare. Placendũ eſt diuinis oculis & habitu corporis & modo vocis. Nam vt impudens eſt clamoribus ſtrepere, ita contra congruit verecundo modeſtis precibus orare. Deniq; magiſterio ſuo dominus ſecrete nos orare præcepit, in abditis & ſecretis, vel ſemotis locis, in cubiculis ipſis, quod magis conuenit fidei, vt ſciamus Deum vbiq; eſſe præſentem, audire omnes & videre, & maieſtatis ſuæ plenitudine, in abdita quoq; &

occulta

occulta penetrare, ſicut ſcriptum eſt. Ego Deus approxi- Hiere. 23.
mans, & non Deus de longinquo. Si abſconditus fuerit ho
mo in abſconditis ergo ego non videbo eum? Nonne cœlũ
& terram ego impleo? Et iterũ. In omni loco oculi Dei ſpe
culantur bonos & malos. Et quando in vnum cum fratri-
bus conuenimus & ſacrificia diuina cum Dei ſacerdote ce-
lebramus, verecũdiæ & diſciplinæ memores eſſe debemus.
Non paſsim ventilare preces noſtras inconditis vocibus,
nec petitionem commendandam modeſte, Deo tumultuo
ſa loquacitate iactare. Quia Deus non vocis ſed cordis au
ditor eſt. Nec admonendus eſt clamoribus, qui cogitatio-
nes videt, prouocante domino & dicente. Quid cogitatis Lucæ. 15.
nequam in cordibus veſtris? & alio loco, Et ſcient omnes Hiere. 17.
Eccleſiæ, quia ego ſum ſcrutator renis & cordis. Quod An
na in primo Regnorum libro Eccleſiæ typum portans cu
ſtodit & ſeruat, quæ dominum non clamoſa petitione, ſed
tacite & modeſte, intra ipſas pectoris latebras præcabatur
Loquebatur prece oculta, ſed manifeſta fide, loquebatur
non voce ſed corde, quia ſic ſciebat Deum audire, & impe-
trauit efficaciter quod pet ŋt, quia fideliter poſtulauit. De- 1. Regum. 1.
clarat ſcriptura diuina quæ dicit Loquebatur in corde ſuo
& labia eius mouebantur & vox eius non audiebatur, &
exaudiuit eam Deus. Itẽ legimus in pſalmis. Dicite in cor- Pſal. 4.
dibus & in ſtratis veſtris & transpungimini. Per Hieremiã Hiere. 29.
quoq; hæc eadem ſpiritus ſanctus ſuggerit & docet dicens.
In ſenſu autem tibi debet adorari Deus. Adorans autem
fratres dilectiſsimi nec illud ignoret, quemadmodum in
templo cum Phariſeo & Publicanus orauerit, nõ alleuatis

impudenter ad cœlū oculis,nec manibus inſolenter erectis pectus ſuum pulſans,& peccata intus incluſa conteſtans, diuinæ miſericordiæ implorabat auxilium. Et cū ſibi Phariſeus placeret,ſanctificari hic magis meruit,qui ſic orauit, qui ſpem ſalutis non in fiducia innocentiæ ſuæ poſuit, cum innocens nemo ſit,ſed peccata confeſsus humiliter orauit, & exaudiuit orantem qui humilibus ignoſcit. Quæ dominus in Euangelio ſuo ponit & dicit.Homines duo aſcenderunt in templum adorare, vnus Phariſeus & alter Publicanus.Phariſeus cum ſtetiſſet talia apud ſe precabatur.Deus gratias tibi ago,quia non ſum ſicut cæteri homines, iniuſti, raptores,adulteri,quomodo & Publicanus iſte, ieiuno bis in ſabbato,decimas do de omnibus quæ poſsideo.Publicanus autem de longinquo ſtabat & neq; oculos volebat ad cœlum leuare,ſed percuciebat pectus ſuum dicens: Deus propicius eſto mihi peccatori.Dico vobis deſcendit hic iuſtificatus magis in domū ſuam,q̄ ille Phariſeus.Quia omnis qui ſe extollit humiliabitur,& qui ſe humiliauerit exaltabitur.Quæ nos fratres dilectiſsimi de diuina lectione diſcentes,poſtq̄ agnouimus,ad orationem qualiter accedere debeamus,cognoſcamus docente domino & quid oremus.Sic inquit, orate.Pater noſter qui es in cœlis.Sanctificetur nomen tuum,adueniat regnum tuum, fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terra. Panem noſtrū quotidianū da nobis hodie.Et remitte nobis debita noſtra,ſicut & nos remittimus debitoribus noſtris. Et ne patiaris induci nos in tentationem,ſed libera nos à malo, Amen. Ante omnia pacis doctor atq; vnitatis magiſter, ſingulatim voluit

Matth. xx.

& priuatim

& priuatim precem fieri, vt quis cum precatur. pro ſe tan-
tum, precet. Non dicimus pater meus qui in cœlis es: nec
panem da mihi hodie: Nec dimitti ſibi tantum vnuſquiſq;
delicta poſtulat, aut vt in tentationem non inducatur, atq;
à malo liberetur, pro ſe ſolo rogat. Publica eſt nobis & cō-
munis oratio: & quando oramus, non pro vno, ſed pro po-
pulo toto oramus, quia totus populus vnum ſumus. Hāc Daniel. 3
orationis legem ſeruauerunt tres pueri in camino ignis in-
cluſi, conſonantes, in prece & ſpiritus conſenſione concor-
des. Quod declarat ſcripturæ diuinæ fides, & cum docet
quomodo orauerint tales, dat exemplum, quod imitari in
precibus debeamus, vt tales eſſe poſſimus. Tūc, inquit, illi
tres quaſi ex vno ore hymnum canebant, & benedicebant
dominum. Loquebantur quaſi ex vno ore, & nondum il-
los Christus orare docuerat, & idcirco orantibus fuit impe
trabilis & efficax ſermo, quia promerebatur dominū, pa-
cifica, & ſimplex & ſpiritualis oratio: Sic & Apoſtolos cū Actu 1
diſcipulis poſt aſcenſum domini inuenimus oraſſe. Erant
inquit, perſeuerantes omnes vnanimes in oratione cū muli
eribus & Maria, quę fuerat mater Ieſu & fratribus eius. Per
ſeuerabant in oratione vnanimes, orationis ſuæ & inſtanti
am ſimul & concordiam declarantes. Quia Deus qui in-
habitare facit vnanimes in domo, non admitit in diuinā &
æternam domū, niſi apud quos eſt vnanimis oratio. Qua- Psal. 67
lia aūt ſunt fratres dilectiſſimi orationis dominicæ ſacra-
menta, quam multa, quā magna, breuiter in ſermone colle
cta, ſed in virtute ſpiritualiter copioſa? vt nihil ōnino præ-
termiſſum ſit, quod non in precibus atq; orationibus nr̄is

cœleſtis doctrinæ compendio comprehẽdatur. Sic ait,ora
Mathei 6 te Pater noſter q̃ es in cœlis. Homo nouus renatus,& Deo
ſuo per gratiam eius reſtitutus, pater primo in loco dicit,
quia filius eſſe iam cœpit. In ſua,inquit,propria venit,& ſui
eum non receperunt. Quotquot eum receperunt dedit illis
Ioan.1 poteſtatem, vt fili Dei fierent,qui credunt in nomine eius.
Qui ergo crediderit in nomine eius,& factus eſt Dei filius
hinc debet incipere, vt & gratias agat & profiteatur ſe Dei
filium, dum nominat patrem ſibi eſſe in cœlis Deum: con-
teſtetur quoq; inter prima ſtatim natiuitatis ſuæ verba re-
nunciaſſe ſe terreno & carnali patri,& patrem ſolum noſſe
Deu.33 ſe & habere cæpiſſe, qui ſit in cælis, ſicut ſcriptum eſt: Qui
dicunt patri & matri, non noui te,& filios ſuos non agno-
uerunt,hi cuſtodierunt præcepta tua,& teſtamentum tuũ
ſeruauerunt. Item dominus in Euangelio ſuo præcepit, ne
Math. 23 vocemus nobis patrẽ in terra, quod ſit ſcilicet nobis vnus
Mathe.8 pater qui eſt in cœlis. Et diſcipulo, qui mentionem defun-
cti patris fecerat, reſpondit: Sine mortui mortuos ſuos ſe-
pelliant: dixerat enim patrem ſuum mortuum, cum ſit cre
dentium pater viuus, Nec hoc ſolũ fratres dilectiſsimi ani
maduertere & intelligere debemus quod apellemus patrẽ
qui ſit in cœlis: ſed coniungimus & dicimus: pater noſter,
id eſt, eorum qui credunt, eorum qui per eum ſanctificati,
& gratiæ ſpiritualis natiuitate reparati, filij Dei eſſe cæpe-
runt. Quæ vox etiã Iudæos perſtringit & percutit,qui Chri-
ſtum ſibi per prophetas ãnunciatum, & ad ſe prius miſſũ
non tantum ſpreuerunt infideliter,ſed & crudeliter necaue
runt. Qui iam non poſſunt patrem Deum vocare,cum do-

minus

minus eos confundat & redarguat dicens. Vos de diabolo
patre eſtis, & concupiſcentias patris veſtri vultis facere. Il Ioan. 8
le enim homicida fuit ab inicio, & in veritate nõ ſtetit, quia
veritas non eſt in illo. Et per Eſaiam prophetam, Deus cla Eſaiæ 1.
mat indignans. Filios genui & exaltaui, ipſi autem me ſpre
uerunt. Aguouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe
domini ſui, Iſrael autem me non cognouit, & populus me
non intellexit. Væh gens peccatrix, populus plenus pecca
tis, ſemen nequam, filij ſceleſti. Dereliquiſtis dominum &
in indignationem miſiſtis, illum ſanctum Iſrael. In quorũ
exprobrationem Chriſtiani quando oramus, pater noſter
dicimus, quia noſter eſſe cœpit & Iudeorum qui eum reli=
querunt, eſſe deſijt, nec peccator populus poteſt eſſe filius,
ſed quibus remiſſa peccatorũ datur, eis filiorum nomẽ aſcri
bitur, eis & æternitas repromittitur domino ipſo dicente.
Omnis qui facit peccatum ſeruus eſt peccati. Seruus autẽ Ioan. 8.
non manet in domo in æternum, filius manet in æternum.
Quanta aũt domini indulgentia, quanta circa nos dignati
onis eius & bonitatis vbertas, qui ſic nos voluerit orationẽ
celebrare in conſpectu Dei, vt Deum patrem vocemus &
vt eſt Chriſtus Dei filius, ſic & nos Dei filij nuncupemur.
Quod nomen nemo noſtrum in oratione auderet attinge=
re, niſi ipſe nobis ſic permiſiſſet orare. Meminiſſe itaq; fra=
tres dilectiſsimi & ſcire debemus, quia quando Deum pa
trem dicimus, quaſi filij Dei agere debemus, vt quomodo
nos nobis placemꝰ de Deo patre, ſic ſibi placeat & ille de
nobis. Conuerſemur quaſi Dei templa, vt Deum in nobis
conſtet habitare. Nec degeneret actus noſter à ſpiritu, vt

qui cœleſtes & ſpirituales eſſe cœpimus, nó niſi ſpiritualia
& cœleſtia cogitemus & agamus, quia & ipſe Deus dixit:
Eos q clarificant me clarificabo, & qui me ſpernit ſpernet.
1. Regum. 2 Beatus q̃qꝫ Apoſto. in Epiſto. ſua poſuit. Nó eſtis vři, ẽpti
1, Cor. 6. ẽm eſtis prætio magno, clarificate & portate Deũ in corpo
re veſtro. Poſt hoc dicimus. Sanctificetur nomen tuũ. Nó
quod optemus Deo, vt ſanctificetur oratióibus noſtris, ſed
quod petamus ab eo, vt nomen eius ſanctificetur in nobis.
Ceterum à quo Deus ſanctificatur, qui ipſe ſanctificat? Sed
Leuiti. 20. quia ipſe dixit. Sancti eſtote, quoniã ego ſanctus ſum, ideo
petimus & rogamus, vt qui in baptiſmo ſanctificati ſumus
in eo quod eſſe cœpimus perſeueremus, & hoc quotidie de
precamur. Opus eſt enim nobis quotidiana ſanctificatio-
ne, vt qui quotidie delinquimus, delicta noſtra ſanctifica-
tione aſsidua repurgemus. Quæ autẽ ſit ſanctificatio, quæ
nobis de Dei dignatione confertur Apoſtolus prædicat di
1. Corint. 6. cens. Neqꝫ fornicarij neqꝫ idolis ſeruiẽtes, neqꝫ adulteri, ne-
qꝫ molles, neqꝫ maſculorum appetitores, neqꝫ fures, neqꝫ
fraudulenti, neqꝫ ebrioſi, neqꝫ maledici, neqꝫ raptores regnũ
Dei conſequentur. Et hæc quidẽ fuiſtis ſed abluti eſtis, ſed
iuſtificati eſtis, ſed ſanctificati eſtis, in nomine domini no-
ſtri Ieſu Chriſti, & in ſpiritu Dei noſtri ſanctificatos nos di-
cit in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, & in ſpiritu dei no
ſtri. Hęc ſanctificatio vt in nobis permaneat oramus, & qa
Deus & iudex noſter, ſanato à ſe & viuificato comminatur
iam non delinquere, ne quid ei deterius fiat, hanc continuis
orationibus precem facimus, hoc diebus ac noctibus po-
ſtulamus vt ſanctificatio & viuificatio, quæ de Dei gratia

ſumitur

ſumitur, ipſius protectione ſeruetur. Sequitur in oratione Adueniat regnum tuum. Regnum etiam Dei repreſentari nobis petimus, ſicuti & nomen eius, vt in nobis ſanctificet̃ poſtulamus. Nam Deus quando non regnat, aut apud eũ quando incipit, quod & ſemper fuit & eſſe non deſinit? Noſtrum regnum petimus aduenire à Deo nobis repromiſſũ, Chriſti ſanguine & paſsione quæſitum, vt qui in ſeculo ante ſeruiuimus, poſtmodum Chriſto dominante regnemus ſicut & ipſe pollicetur & dicit. Venite benedicti patris mei percipite regnum, quod vobis paratum eſt ab origine mundi. Poteſt vero fratres dilectiſsimi & ipſe Chriſtus eſſe regnum Dei, quem venire quotidie cupimus, cuius aduentus, vt cito nobis repreſentet̃ optamus. Nam cum reſurrectio ipſe noſtra ſit, qui in ipſo reſurgimus, ſic & regnum Dei poteſt ipſe intelligi, quia in illo regnaturi ſumus. Bene autem regnum Dei petimus, id eſt, regnum cœleſte, quia eſt & terreſtre regnum, ſed qui renunciauit iam ſæculo, maior eſt, & honoribus eius & regno. Et ideo qui ſe Deo & Chriſto dedicat, non terrena, ſed cœleſtia regna deſiderat. Continua autem oratiõe & prece opus eſt, ne excidamus à regno cœleſti, ſicut Iudei quibus hoc promiſſum prius fuerat, exciderunt, domino manifeſtante & probante. Multi, inquit, venient ab oriente & occidente, & recumbent cum Abraham, Iſaac, & Iacob in regno cœlorum. Filij autẽ regni expellentur in tenebras exteriores, illic erit ploratio & ſtridor dentium. Oſtendit quia ante filij regni Iudei erant, quando & filij Dei eſſe perſeuerabant. Poſtq̃ ceſſauit circa illos nomen paternum, ceſſauit & regnum. Et ideo Chriſtiani qui in oratiõe

*Matthei 25*

*Matthei 8*

ratione appellare patrem Deum cœpimus, nos & vt reg-
nũ Dei nobis veniat oramus. Addimus quoq; & dicimus
Fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terra, non vt Deus fa
ciat quod vult, ſed vt nos facere poſsimus quod Deus vult
Nã Deo quis obſtitit, quominus quo velit faciat? Sed q̃a
nobis à diabolo obſiſtitur, quominus per omnia noſter ani
mus atq; actus Deo obſequatur, oramus & petimus, vt fi-
at ĩ nobis voluntas Dei, quæ vt fiat in nobis, opus eſt volũ
tate Dei, id eſt ope eius & protectione, quia nemo ſuis vi
ribus fortis eſt, ſed Dei indulgentia & miſericordia tutus ẽ
Mathe. 26. Deniq; & Deus infirmitatem hominis, quem portabat, o-
ſtendens ait. Pater ſi fieri poteſt tranſeat à me calix iſte. Et
exemplum diſcipulis ſuis tribuens, vt non voluntatem ſuã
ſed Dei faciant, addidit dicens: Veruntamen non quod
ego volo, ſed quod tu. Et alio loco dicit. Non deſcendi de
cœlo vt faciam voluntatem meam, ſed eius qui me miſit.
Quod ſi filius obaudiuit vt faceret patris voluntatẽ, quan
to magis ſeruus obaudire debet vt faciat Dei voluntatem
1. Ioan. 2. ſicut in Epiſtola ſua Ioannes quoq; ad faciendam Dei vo-
luntatem hortatur & inſtruit dicens. Nolite diligere mun-
dum, neq; ea quæ in mundo ſunt. Si quis dilexerit mundũ
non eſt dilectio patris in illo. Quia omne quod in mundo
eſt concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum,
& ambitio ſeculi, quæ non eſt à patre ſed ex concupiſcentia
mundi, & mundus tranſibit & concupiſcentia eius.
Qui autem fecerit voluntatem Dei manet in æternum,
quomodo & Deus manet in æternum. Qui in æter-
num manere volumus, Dei qui æternus eſt, voluntatem fa

cere

cere debemus. Voluntas autẽ Dei eſt, quam Chriſtus & docuit & fecit, Humilitas in conuerſatiõe, ſtabilitas in fide verecũdia in verbis, in factis iuſticia, in operibus miſericordia, in moribus diſciplina, iniuriam facere non noſſe, & factũ tollerare poſſe, cum fratribus pacem tenere, Deũ toto corde diligere, amare in illo quod pater eſt, timere qđ Deus Deus eſt. Chriſto nihil omnino præponere, quia nec nobis ille quicquam præpoſuit, charitati eius inſeparabiliter adherere, cruci eius fortiter ac fidenter aſsiſtere, quando de eius nomine & honore certamen eſt, exhibere in ſermone conſtantiam qua confitemur, in queſtione fiduciam qua congredimur, in morte patientiam qua conamur, hoc eſt cohæredem Chriſti velle eſſe, hoc eſt præceptum Dei facere, hoc eſt voluntatem patris adimplere. Fieri autem petimus voluntatem Dei vt in cœlo & in terra, quod vtrunq; ad conſumationem noſtræ voluntatis ꝑtinet & ſalutis. Nã cũ corpus è terra, & ſpiritum poſsideamus è cœlo, ipſi terra & cœlum ſumus, & in vtroq;, id eſt, corpore & ſpiritu, vt Dei voluntas fiat oramus, Eſt enim inter carnem & ſpiritũ colluctatio, & diſcordantibus aduerſus ſe inuicem quotidiana congreſsio, vt non quæ volumus ipſa faciamus, dũ ſpiritus cœleſtia & diuina quærit, caro terrena & ſecularia cõcupiſcit. Et ideo petimus impenſe inter duo iſta ope & auxilio Dei concordiã fieri, vt dum & ſpiritu & carne voluntas Dei geritur, quæ per eũ renata eſt, anima ſeruetur. Qđ aperte atq; manifeſte Apoſtolus Paulus ſua voce declarat Caro, inquit, concupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem. Hæc enim inuicem aduerſantur ſibi, vt nõ

quæcunq; vultis ipſa faciatis. Manifeſta autem ſunt facta
carnis, quæ ſunt adulteria, fornicationes, immũdiciæ, ſpurci
ciæ, idolatria, veneficia, homicidia, inimiciciæ, contentiones
æmulationes, animoſitates, prouocationes, ſimultates, diſ-
ſenſiones, hæreſes, inuidiæ, ebrietates, comeſationes, & his
ſimilia, quæ prædico vobis, ſicut prædixi, quoniã qui talia
agunt regnũ Dei nõ poſſidebũt. Fructus aũt ſpũs eſt, cha-
ritas, gaudiũ, pax, magninimitas, fides, manſuetudo, conti-
nentia, caſtitas. Et idcirco quotidianis, imo continuis orati
onibus hoc præcamur, & in cœlo & in terra voluntatẽ cir-
ca nos Dei fieri: quia hæc eſt voluntas Dei, vt terrena cœle
ſtibus cædant, ſpiritualia & diuina præualeant. Poteſt etiã
ſic intelligi fratres dilectiſsimi, vt quoniam mandat & mo-
net Deus etiã inimicos diligere, & pro ijs quoq; qui nos pſ-
ſequunt orare, petamus & pro illis qui adhuc terreni ſunt
& nec dum cœleſtes eſſe cœperint, vt & circa illos volũtas
Dei fiat, quam Chriſtus hominẽ conſeruãdo & redintegrã
Matthei. 2 do perfecit. Nam cũ diſcipuli ab eo non iam terreni appel
lent, ſed ſal terræ, & Apoſtolus primũ hominẽ vocet de ter
ræ limo, ſecundũ vero de cœlo, merito & nos qui eſſe debe-
mus patri Deo ſimiles, qui ſolẽ ſuum oriri facit ſup bonos
& malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos, ſic monente Deo
oramus & petimus, vt precẽ pro omniũ ſalute faciamus.
Vt quomodo in cœlo, id eſt, in nobis per fidẽ noſtram vo-
luntas Dei facta eſt, vt eſſemus de cœlo, ita & in terra, hoc
eſt, in illis credentibus fiat voluntas Dei, vt qui adhuc ſunt
prima natiuitate terreni, incipiãt eſſe cœleſtes, ex aqua &
ſpiritu nati. Procedente oratione, poſtulamus & dicimus:
Panem

Panem noſtrum quotidianũ da nobis hodie. Quod poteſt
ſpiritualiter & ſimpliciter intelligi, qa& vterq; intellectus
vtilitate diuina ꝓficit ad ſalutẽ. Nã panis vitę Chriſtus eſt
& panis hic omniũ nõ ẽ, ſed nr̃ eſt. Et quõ dicimus pater
noſter, quia intelligentiũ & credentiũ pater ẽ, ſic & panem
noſtrũ vocamus, qa Chriſtus noſter, q corpus eius cõtingi
mus, panis eſt. Hũc aũt panẽ dari nobis q̃tidie poſtulamus
ne qui in Chr̃o ſumus, & Euchariſtiã quotidie ad cibũ ſalu
tis accipimus, intercedente aliquo grauiore delicto, dũ ab=
ſtẽti & nõ cõmunicãtes à cœleſti pane prohibemur, à Chri Ioan. 6.
ſti corpore ſeparemur, ipſo prædicẽte & monẽte. Ego ſum
panis vitæ qui de cœlo deſcẽdi, ſi qs ederit de hoc pane vi=
uet in æternũ. Panẽ aũt quẽ ego dedero, caro mea eſt, ꝓ ſe=
culi vita. Qñ ergo dicit in æternũ viuere, ſi qs ederit de eius
pane, vt manifeſtũ eſt eos viuere, q corpus eius attingũt, et
Euchariſtiã iure cõmunicatiõis accipiũt, ita cõtra timendũ
eſt & orandũ, ne dũ qs abſtẽtus ſeparatur à Chriſti corpe
ꝓcul rẽmaneat à ſalute, cõminẽte ipſo & dicẽte. Niſi ederi=
tis carnẽ filij hominis, & biberitis ſanguinẽ eius, nõ habebi=
tis vitã in vobis. Et ideo panẽ nr̃m, id eſt, Chriſtũ, dari no=
bis quotidie petimus, vt q in Chr̃o manemus & viuimus, à
ſanctificatione & corpe eius nõ recedamus. Poteſt vero &
ſic intelligi, vt q ſeculo renũciamus, & diuitias eius & pom
pas fidei gr̃a ſpiritualis abiecimus, cibũ nobis tantũ peta=
mus & victũ, cũ inſtruat dñs & dicat. Qui nõ renũciauerit Lucæ. 14.
omnibus quæ ſunt eius, non põt meus diſcipulus eſſe. Qui
aũt Chriſti cœpit eſſe diſcipulus, ſecundum vocẽ magiſtri
ſui renũtiãs oĩbus, diurnũ debet cibũ petere, nec in longũ

deſideria petitionis noſtrę extendere, ipſo iterũ dño præſcri
Matthei. 6 bẽte & dicẽte. Nolite in craſtinũ cogitare, craſtinus eñ di
es ipſe cogitabit ſibi, ſufficit diei malicia ſua. Merito ergo
Chriſti diſcipulus victũ ſibi in diẽ poſtulat, qui de craſtino
cogitare ꝓhibetur, quia & contrariũ ſibi fit & repugnãs, vt
queramus in ſeculo diu viuere, qui petimus regnũ Dei ve
2. Timo. 6 lociter aduenire. Sic & beatus Apoſtolus monet, formans
& corroborans ſpei noſtræ ac fidei firmitatẽ. Nil, inquit, in=
tulimus in hũc mundum, verum neq; auferre quid poſſu=
mus. Habentes itaq; exhibitionẽ & tegumentũ, his conten
ti ſimus. Qui aũt volunt diuites fieri, incidunt in tentationẽ
& muſcipulas diaboli, & deſideria multa & nocẽtia, quæ
mergũt hominẽ in ꝑditionẽ & in interitũ. Radix eñ omni=
um malorũ eſt cupiditas, quã qdã appetentes naufragaue
rũt à fide & inſeruerũt ſe doloribus multis. Docet nõ tan=
tum contemnendas, ſed & ꝑiculoſas eſſe diuitias, illic eſſe
alias decepti radicẽ malorum blandientiũ, cæcitatẽ mentis humanę, oc
one culta depredatione fallentiũ. Vnde & diuitẽ ſtultũ ſecula
res copias cogitantẽ, & ſe exuberantiũ fructuũ largitate ia
Lucæ 12. ctantẽ, redarguit Deus dicens. Stulte hac nocte expoſtula
tur anima tua, quæ ergo paraſti cuius erũt? Letabat̃ ſtul=
tus in fructibus nocte moriturus, & cui vita iam deerat, vi=
Matthei 19 ctus abundantiã cogitabit. Cõtra autẽ dominus perfectũ
& cõſumatũ docet fieri, q omnibus ſuis vẽditis, atq; in vſũ
pauperũ diſtributis, theſaurũ ſibi cõdit in cœlo. Eum dicit
poſſe ſeq, & gloriã dominicæ paſsionis imitari, q expeditus
& ſuccinctus, nullis laqueis rei familiaris inuoluit̃, ſed ſolu
tus ac liber, facultates ſuas ad dominum ante præmiſſas,
ipſe

ipſe quoq; comitat᷑. Ad qđ vt poſsit vnusquisq; noſtrum
parare ſe, ſic diſcit orare, & de orationis lege, qualis eſſe de-
beat noſcere. Neq; enim deeſſe quotidianus cibus poteſt
iuſto, cum ſcriptum ſit. Non occidit dn̄s fame animā iuſti. Pro. 10.
Et iterū iunior fui & ſenui, & non vidi iuſtum derelictū, nec Pſalmo. 36.
ſemen eius querens panem. Itē dn̄s promittat & dicat. No Matt. 6.
lite cogitare dicentes, quid edemus aut quid bibemus, aut
quid veſtiemur: hæc enim nationes quærunt. Scit aūt pater
veſter, quia horū omniū indigetis. Quærite primū regnū &
iuſticiam Dei, & hæc omnia apponent᷑ vobis. Quærenti-
bus regnū & iuſticiā Dei omnia promittit apponi. Nam cū
ſunt Dei omnia, habenti dominū nihil deerit, ſi Deo ipſe nō
deſit. Sic Danieli in leonū lacu iuſſu regis incluſo, prandiū Dani. 14.
diuinitus procurat᷑, & inter feras eſurientes, & parcentes, 3. Regum. 17
homo Dei paſcitur. Sic alitur Helias in fuga, & in ſolitudi
ne coruis miniſtrantibus, & volucribus cibū ſibi apportan
tibus, in perſecutione nutrit᷑. Atq; o humanæ maliciæ dete-
ſtanda crudelitas, feræ parcunt, aues paſcunt, homines in-
ſidiantur & ſæuiunt. Poſt hæc & pro peccatis noſtris depre
camur dicētes. Et remitte nobis debita noſtta, ſicut & nos
remittimus debitoribus nr̄is. Poſt ſubſidium cibi, petitur &
venia delicti, vt qui à Deo paſcit᷑ in Deo viuat, nec tantum
præſenti & temporali vitæ, ſed & æternæ conſulat᷑, ad quā
venire poteſt, ſi peccata donent᷑, quæ debita dominus ap-
pellat, ſicut in Euangelio ſuo dicit. Remiſi, tibi omne debi- Matth. 18.
tū, quia me rogaſti. Quam aūt neceſſe, q̄ ꝓuidenter & ſalu-
briter admonemur, quod peccatores ſumus, qui pro pecca
tis rogare compellimur, vt dum indulgentia de Deo petit᷑

conſcientiæ ſuæ animus recordet̃. Ne quis ſibi quaſi inno-
cens placeat, & ſe extollendo plus pereat, inſtruitur & do-
cetur peccare quotidiæ, dum quotidie pro peccatis iubetur
1. Ioan. 1. orare. Sic deniq; & Ioãnes in Epiſtola ſua monet dicẽs. Si
dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipſos decipi-
mus & veritas in nobis nõ eſt. Si autem confeſsi fuerimus
peccata noſtra, fidelis & iuſtus eſt dominus, qui nobis pec
cata dimittat. In epiſtola ſua vtrunq; complexus eſt, quod
& rogare pro peccatis debeamus, & impetremus indulgẽ-
tiam cum rogamus. Ideo & fidelẽ dixit dominũ ad dimit-
tenda peccata, fidem policitatiõis ſuæ reſeruantẽ. Quia qui
orare nos pro debitis & pc̃tis docuit, paternã miſericordiã
promiſit, & venãi ſecuturã. Adiunxit plane & addidit legẽ
certa nos conditiõe & ſponſiõe conſtringẽs vt ſic nobis di-
mitti debita poſtulemus, ſecũdũ quod ipſi debitoribus no-
ſtris dimittimus, ſcientes impetrare non poſſe, qđ pro pec-
catis petimus, niſi & ipſi circa debitores noſtros paria fece-
Matth. 7. rimus. Idcirco & alio in loco dicit. In qua menſura menſi
eritis in ea remetietur vobis. Et qui ſeruus poſt dimiſſum ſi
bi à dño omne debitũ conſeruo ſuo noluit ipſe dimittere,
in carcerem religatur. Quia indulgere cõſeruo ſuo noluit,
quod ſibi à domino indultũ fuerat amiſit. Quæ adhuc forti
us Chriſtus in præceptis ſuis, maiore cẽſuræ ſuę vigore præ
Matth. 11. dixit. Cũ ſteteritis inqt, ad orationẽ, remittite ſi qđ habetis
aduerſus aliquẽ, vt & pr̃ veſter q in cœlis eſt remittat pec-
cata vobis. Si aũt vos nõ remiſeritis, neq; pater vr̃ q in cœ-
lis eſt remittet pc̃tã vobis. Excuſatio tibi nulla in die iudi-
cij ſupeſt, cũ ſecundũ tuã ſententiã iudiceris, & quod feceris
hoc

hoc & ipſe patiaris. Pacificos enim & cõcordes atq; vnani mes eſſe in domo ſua Deus præcepit, & quales nos fecit na tiuitate ſecunda, tales vult renatos perſeuerare, vt qui filij Dei eſſe cœpimus, in Dei pace maneamus, & quibus vnus ſpiritus eſt, vnus ſit & animus & ſenſus, ſic nec ſacrificium Deus recipit. Diſsidentem ab altari reuertentẽ prius fratri recõciliari iubet, vt pacificis præcibus & Deus poſsit eſſe pacatus. Sacrificiũ Deo maius eſt pax noſtra, & fraterna concordia, & de vnitate patris & filij & ſpiritus ſcti plebs adunata. Neq; eñ in ſacrificijs, quæ Abel & Cain primi ob tulerũt, munera eorũ Deus, ſed corda intuebat᷑, vt ille pla= ceret in munere, qui placebat in corde. Abel pacificus & iu ſtus, dum Deo ſacrificat innocenter, docuit & cæteros, qñ ad altare munus offerunt, ſic venire cũ timore Dei, cũ ſim= plici corde, cũ lege iuſticiæ, cũ concordiæ pace. Merito ille dum in ſacrificio Dei talis eſſet, poſtmodũ ſacrificiũ Deo factus eſt, vt martyrũ primus oſtendens, iniciaret, et ſangui nis ſui gloria dominicã paſsionem, qui & iuſticiã habuerat & pacẽ. Tales deniq; à domino coronantur, tales in die iu= dicij cum dño coronant᷑, tales in die iudicij cũ domino vin dicabuntur. Cæterũ diſcordans & diſsidens, & pacem cum fratribus non habẽs, ſecundum qđ btus Apoſtolus & ſcri= ptura ſctã teſtat᷑, nec ſi pro nomine Chri occiſus fuerit, cri men diſſenſionis poterit euadere, quia ſicut ſcriptũ eſt. Qui fratrẽ ſuũ odit homicida eſt, nec ad regnũ cœlorum perue= nit, vt cũ Deo viuat homicida. Non põt eſſe cum Chriſto, qui imitator Iudæ maluit eſſe q̃ Chriſti. Quale delictũ eſt, quod nec baptiſmo ſanguinis poteſt ablui? quale crimen

[Margin: Gene. 4. — beside "adunata. Neq; eñ in ſacrificijs..."]
[Margin: 1 Ioan. 3. — beside "fratrẽ ſuũ odit homicida..."]

eſt

eſt quod martyrio non poteſt expiari? Illud quoq; neceſſa
rię admonet dñs, vt in oratiõe dicamus. Et ne patiaris nos
īduci ī tētationē. Qua in parte oſtēdit nil cõtra nos aduer-
ſariũ poſſe, niſi Deus ante ꝓmiſerit, vt omnis timor noſter
& deuotio, atq; obſeruatio ad Deũ cõuertat, cũ in tētatiõi
4 Regũ 24 bus noſtris nil malo liceat, niſi poteſtas inde tribuat, pro-
bat ſcriptura diuĩa quę dicit: Venit Nabuchodonoſor rex
Eſaiæ 42. Babilonię in Hieruſalē, & expugnabat eam, & dedit eam
Deus in manu eius. Datur aũt poteſtas aduerſus nos malo
ſecundum noſtra peccata, ſicut ſcriptum eſt. Quis dedit in
direptionē Iacob & Iſrahel eis qui predant illum? nonne
Deus cui peccauerũt, & nolebãt in vijs eius ambulare, neq;
3 Regũ 2. audire legē eius, & ſuperduxit ſup eos irã animationis ſuæ?
Et iterũ Salomone peccante, & à præceptis & à vijs dñi re-
cedente, ſic poſitum eſt. Excitauit dominus Sathan ipſi
Iob 1. Salomoni. Poteſtas vero aduerſus nos dupliciter datur,
vel ad pœnã cum delinquimus, vel ad gloriam cum pro-
bamr, ſicuti de Iob factũ videmus, manifeſtãte Deo & di-
Ioannis 19. cēte. Ecce omnia quæcunq; habet in manus tuas do, ſed ip
ſum caue ne tangas. Et dominus in Euangelio loquitur tē-
pore paſsiõis. Nullã inqt, haberes aduerſum me poteſtatē
niſi data eſſet tibi deſup. Qñ autē rogamus ne in tentationē
īncidamus, admonemr infirmitatis & imbecillitatis noſtrę
dum ſic rogamus, ne qs ſe inſolēter extollat, ne qs ſibi ſup-
Marci 14. be atq; arrogãter aliqd aſſumat, ne qs aut cõfeſsiõis, aut pa
ſiõis gloriã ſuã ducat, cum dñs ipſe humilitatē docēs dixe-
rit. Vigilate & orate ne veniatis in tentationē. Spiritus qdē
prõptus eſt, caro autē infirma, vt dum præcedit humilis &
ſummiſſa

ſummiſſa cófeſsio,& dat̃ totum dño,quicqd ſuppliciter cũ timore & honore Dei petit̃,ipſius pietate pręſtet̃.Poſt iſta omnia in cóſumatióe oratióis venit clauſula,vniuerſas petíciones & preces noſtras,collecta breuitate concludẽs. In nouiſsimo enim ponimus.Sed libera nos à malo, comprehendentes aduerſa cuncta quæ contra nos in hoc mundo molit̃ inimicus,à quibus pót eſſe fida & firma tutela,ſi nos Deus liberet,ſi deprecantibus atq; implorãtibus opẽ ſuam præſtet.Qñ autẽ dicimus libera nos à malo, nihil remanet quod vltra adhuc debeat poſtulari,cum ſemel protectionẽ Dei aduerſus malum petamus, qua impetrata, contra quæ diabolus & mundus operantur ſecuri ſtamus & tuti. Quis em̃ ei de ſeculo metus eſt,cui in ſæculo Deus tutor ẽ? Quid mirum fratres dilectiſsimi ſi oratio talis eſt,quã Deus docuit,qui magiſterio ſuo omnẽ pacẽ noſtrã ſalutari ſermone breuiauit? Hoc iam per Eſaiã ꝓphetã fuerat añ prędictum,cum plenus ſpiritu ſc̃tó,de Dei maieſtate ac pietate loqueret̃. Verbum cóſumãs,inquit,& breuians in iuſticia,quoniã ſermonẽ breuiatũ faciet Deus,in toto orbe terrę. *Eſaię. 10.* Nam cũ Dei ſermo dñs nr̃ Ieſus Chriſtus omnibus venerit,& colligẽs doctos pariter & indoctos,omni ſexui atq; ætati præcepta ſalutis ædiderit,præceptorũ ſuorum fecit grande cópendiũ,vt in diſciplina cęleſti diſcẽtiũ memoria nó laboraret,ſed qd̃ eſſet ſimplici fidei neceſſarium, velociter diſceret.Sic cum doceret qd ſit vita æterna,ſacramentũ vitę,magna & diuina breuitate,complexus ẽ dicẽs. *Ioan. 17.* Hęc eſt aũt vita æterna,vt cognoſcant te ſolum & verum Deũ & quẽ miſiſti Ieſum Chriſtum.Itẽ cum de lege & ꝓphetis

 pręcepta

Deut. 6 præcepta prima & maiora decerperet. Audi, inquit, Iſrael,
dñs Deus tuus, dñs vnus ē. Et diliges dominum Deum tu=
um de toto corde tuo, & de tota anima tua, & de tota vir/
tute tua: hoc eſt primum, & ſecundum ſimile huic. Diliges
Matthei, 7 proximum tuum tanq̄ te. In his duobus præceptis tota lex
pendet & prophetæ. Et iterum. Quæcunq; volueritis vt fa=
ciãt vobis homines bona, ita & vos facite illis. Hæc eſt em̄
lex & prophetæ. Nec verbis tantum, ſed & factis dñs orare
nos docuit, ipſe orãs frequenter & deprecans, & quid face
re nos oporteret, exempli ſui cõteſtatione demõſtrãs, ſicut
ſcriptum ē. Ipſe autē fuit ſecedēs in ſolitudine & adorãs. Et
Lucæ 19 iterum. Exiuit in montē orare, et fuit ꝑnoctãs in oratiõe Dei
Matthei. 14 Quod ſi ille orabat, qui ſine peccato erat, quãto magis pec
Mar. 6 catores oportet orare? Et ſi ille ꝑ totã noctē iugiter vigilãs
cõtinuis precibus orabat, q̃nto nos magis in frequētãda o=
ratiõe debemus nocte vigilare? Orabat autē dñs & roga/
bat, non pro ſe, quid em̄ pro ſe innocēs præcaret? ſed ꝓ de=
Lucæ. 22, lictis nr̃is, ſicut & ipſe declarat, cũ dicit ad Petrũ. Ecce ſata
nas expetiuit vt vos vexaret quõ triticũ, ego aũt rogaui ꝓ
te, ne deficiat fides tua. Et poſtmodum ꝓ om̄ibus patrē de
Ioannis. 17 precat' dicēs. Nõ ꝓ his aũt ſolũ rogo, ſed & ꝓ his q creditu
ri ſũt ꝑ verbũ ipſoꝝ in me, vt omnes vnũ ſint, ſicut tu pater
in me & ego in te, vt & ipſi in nobis ſint. Magna dñi prop=
ter ſalutem noſtrã benignitas pariter & pietas, vt nõ contē=
tus, ꝙ nos ſanguine ſuo redimeret, adhuc pro nobis ampli=
us & rogaret, Rogãtis autē deſiderium videte qd' fuerit, vt
quomodo vnũ ſunt pater & filius, ſic & nos in ipſa vnitate
maneam9, vt hic quoq; poſsit intelligi, quãtum deliquat, q

vnitatem

vnitatē ſcindit & pacē,cū ꝑ hoc & rogauerit dn̄s, volēs ſcꝫ plebē ſuā vnire,cum ſciret ad regnum Dei diſcordiā nō ve-nire.Qn̄ autē ſtamus ad orationē fratres dilectiſsimi, vigi-lare & incumbere ad præces toto corde debemus.Cogita-tio omnis ſecularis & carnalis abſcedat,nec qcq̄ tunc ani-mus q̄ id ſolum cogitet quod precat᷑. Ideo & ſacerdos an̄ orationē prefatiōe premiſſa,parat fratrum mētes, dicendo Surſum corda,vt dum reſpondet plebs,habemus ad domi num,admoneat᷑ nihil aliud ſe q̄ dominum cogitare debe-re.Claudat᷑ contra aduerſarium pectus,& ſoli Deo pateat nec ad ſe hoſtem Dei tp̄e oratiōis adire patiat᷑: obrepit em̄ frequēter & penetrat,& ſubtiliter fallēs præces nr̄as à Deo auocat,vt aliud habeamus in corde,aliud in voce,cum in-tētione ſyncera dominum debeat nō vocis ſonus, ſed ani-mus & ſenſus orare.Quæ autē ſegnicia eſt alienari & capi ineptis cogitatiōibus & prophanis, cum dominum depre-caris,quaſi ſit aliud qđ magis debeas cogitare, q̄ qđ cum Deo loquaris? Quō te audiri à deo poſtulas,cum te ipſe nō audias? vis eſſe Deum memorem tui cum rogas, cum tu ipſe memor tui non ſis? hoc eſt ab hoſte in totum nō caue-re,hoc eſt qn̄ oras dominum,maieſtatē dei negligentia ora tionis offendere,hoc ē vigilare oculis & corde dormire, cū debeat Chr̄ianus & cum dormit oculis,corde vigilare. Si-cut ſcriptum eſt ex ꝑſona Eccleſię loqn̄tis in cātico cāticoꝝ: Ego dormio & cor meum vigilat. Quapropter ſolicite & *Can. 5.* caute apoſtolus admonet dicēs.Inſtate orationi vigilātes *Colo. 4.* in ea,docēs ſcꝫ & oſtendēs eos impetrare qđ poſtulant de Deo poſſe,quos Deus videat in oratiōe vigilare. Orantes

autē nō infructuoſis nec nudis præcibus ad Deū veniamus
Ineficax petitio eſt, cum præcat Deum ſterilis oratio. Nā
cum omnis arbor nō faciēs fructum excidat, & in ignē mit
tat, vtiq; & ſermo nō habēs fructum ꝓmereri Deum non
pōt, qui nulla opatiōe fœcundus eſt. Et ideo ſcriptura diui=
Tobie. 12. na inſtruit dicēs: Bona eſt oratio cum ieiunio et eleemoſina
Nā q in die iudicij præmium ꝓ opibus & eleemoſynis red
diturus eſt, hodie quoq; ad orationē cum opatione veniēti
Actuum 10. benignus auditor eſt. Sic deniq; Cornelius Centurio cum
oraret meruit audiri. Fuit faciēs multas eleemoſinas in ple
bē, & ſemp orans Deum, hinc circa horā nonā orāti aſtitit
angelus teſtimonium reddens ſui operis & dicens: Corneli
orationes tuæ & eleemoſinæ aſcenderunt ad memoriā co=
rā Deo. Cito orationes ad Deum aſcendunt, quas ad Deū
merita noſtri operis imponunt. Sic & Raphael āgelus To
bie oranti ſemper, & ſemper operanti teſtis fuit dicēs: Opa
Dei reuelare & confiteri honorificum eſt. Nā qn̄ orabas tu
& Sara, ego obtuli memoriā orationis veſtræ, in conſpectu
claritatis Dei. Et cum ſepelires tu mortuos ſimpliciter, &
quia nō es cunctatus exurgere & derelinquere prandium
tuum, & abijſti & cōdidiſti mortuū, & miſſus ſum tētare te,
& iterum miſit me Deus, curare te & Sarā nurū tuam. Ego
em̄ ſum Raphael, vnus ex ſeptē āgelis iuſtis, qui aſsiſtimus
Eſaie. 58: & conuerſamur ante claritatē Dei. Per Eſaiam quoq; dn̄s
āmonet & docet ſimilia cōteſtās. Solue inqt, omnē nodum
iniuſticię, reſolue ſuffocatiōes impotentiū cōmertioꝝ, dimit
te quaſſatos in reqē, & omnē cōſignationē iniuſtā diſsipa.
Frāge eſuriēti panē tuum, & egenos ſine tecto induc in do=

mum

mum tuā. Si videris nudum veſti, et domeſticos ſeminis tui
nó deſpicies, tunc erumpet tēporaneum lumē tuum, & ve=
ſtimēta tua cito orient̄, & preibit añ te iuſticia, & claritas
Dei circumdabit te. Tunc exclamabis, & Deus exaudiet te
dū adhuc loqueris dicet, ecce adſum: Adeſſe ſe ꝓmiſit, et au
dire & protegere ſe eos dixit, qui iniuſticiæ nodos de cor=
de ſoluentes, & eleemoſynas circa domeſticos Dei ſecund̄
eius pręcepta faciētes, dū audiūt qd̄ Deꝰ pręcepit fieri, ipſi
q̊q; à Deo merent̄ audiri. Beatus Apoſto. Paulus in neceſsi
tate preſſurę adiutus à fratribus opa quę fiūt, ſacrificia Dei
dixit eſſe. Saturatus ſum, inqt, recipiēs ab Epaphrodito ea
quę à vobis miſſa ſunt, odorē ſuauitatis, ſacrificio accepto
& placēte Deo. Nā qñ qs miſeret̄ pauperis, Deo fenerat,
& q dat minimis Deo donat, ſpiritualiter Deo ſuauitatis
odorē ſacrificat. In oratiōibus vero celebrādis inuenimus
obſeruaſſe cū Daniele tres pueros, in fide fortes, & in capti
uitate victores, horā terciā, ſextā, nonā, ſacramēto ſcilicet tri
nitatis, quæ in nouiſsimis tpibus manifeſtari debebat. Nā
& prima hora in terciā veniēs, cōſumatū numeꝝ trinitatis
oſtēdit. Itēq; ad ſextā quarta procedēs, declarat alterā tri=
nitatē. Et qñ à ſeptima nona cōplet̄, ꝑ ternas horas trinitas
ꝑfecta numerat̄, quę horaꝝ ſpacia iāpridē ſpūaliter deter=
minātes adoratores Dei, ſtatutis & legitimis ad precē tpi=
bus ſeruiebant, & manifeſta poſtmod̄ res ē, ſacramentum
oli fuiſſe, ꝙ añ ſic iuſti precabant̄. Nā ſup diſcipulos hora
tercia deſcēdit ſpūs ſctūs, q grām dñicę re ꝓmiſsiōis imple=
uit. Itē Petrus hora ſexta in tectū ſupius aſcēdēs, ſigno pari
ter & voce Dei monētis inſtructus ē, vt oēs ad grām ſalu

tis admitteret,cũ de emẽdãdis gẽtilibus an̄ dubitaret. Et
dn̄s hora ſexta crucifixus,ad nonã pctã nr̄a ſanguĩe ſuo ab
luit,& vt redimere & viuificare nos poſſet,tũc victoriã ſuã
paſsiõe pfecit.Sed nobis fratres dilectiſsimi, præter horas
ãtiqtus obſeruatas orãdi,nũc & ſpacia & ſacramẽta creue-
rũt.Nã & mane orãd' ẽ,vt reſurectio dn̄i matutina orõne
celebret̃,qd' olĩ ſpũs ſctũs deſignabat in pſalmis dicens.
Pſal. 5. Rex meus & Deus meus,qm̄ ad te orabo dn̄e mane,& ex
audies vocẽ meã,mane aſsiſtã ti & cõtẽplabor te.Et iterũ p
pphetã loqt̃ dn̄s.Diluculo vigilabũt ad me dicẽtes, eam9
& reuertamr̃ ad dñm deũ nr̄m.Recedente itẽ ſole, ac die
ceſſãte,neceſſario rurſũ orand' ẽ.Nã qa Chriſtus ſol verus
& dies verus ẽ,ſole ac die ſeculi recedẽte,qñ oramus & pe
timus,vt ſup nos lux denuo veniat Chr̄i precamr̃ aduentũ,
Pſal.17. lucis æternę grãm prebiturũ.Chr̄m aũt diẽ dictũ,in pſalmis
declarat ſpũs ſctũs. Lapis,inqt,quẽ repbauerũt ædificãtes,
hic factus ẽ in caput ãguli,à dn̄o factus ẽ, & admirabilis in
oculis nr̄is.Iſte ẽ dies quẽ fecit dn̄s,ãbulemus & iocũdemr̃
in eo.Itẽ qd' ſol appellatus ſit Malachim ppheta teſtat̃ di
cẽs.Vobis aũt q timetis nomẽ dn̄i,oriet̃ ſol iuſticiæ,& in a-
lĩs eius curatio ẽ.Qd' ſi in ſcripturis ſctĩs ſol,verus & dies
verus ẽ Chr̄us,hora nulla à Chr̄ianis excipit̃, q̊ minus fre-
qñter ac ſp Deus debeat adorari,vt q in Chr̄o hoc ẽ in ſole
& in die vero ſumus,inſiſtamus p totũ diẽ precibus & ore-
mus,& qñ mundi lege decurrẽs,vicibus alterius nox reſo-
luta ſuccedit,nullũ de nocturnis tenebris eſſe orãtibus dã-
nũ põt.qa filĩs lucis & nocte dies ẽ,Qñ em̄ ſinę lũine ẽ,cui
lumẽ in corde ẽ?Aut quõ ſol ei & dies nõ eſt, cui ſol & dies
Chriſtus

Chr̄us eſt. Qui aũt in Chr̄o,hoc ẽ,in lumine ſp̄ ſumus, nec noctibus ab oratiõe ceſſemus. Sic Anna vidua ſine inter=miſsione rogãs ſp̄ & vigilãs ꝑſeuerabat in ꝓmerẽdo Deo, ſicut in Euãgelio ſcriptũ ẽ. Nõ recedebat,inqt,de tẽplo, ie=iunijs & oratioibus ſeruiẽs nocte ac die. Viderit vel gẽtiles q necdũ illuminati ſunt,vel Iudæi qui deſerto lumine in te=nebris remanſerũt. Nos,fratres dilectiſsimi,qui in dñi luce ſp̄ ſumus,q meminimus & tenemus,qd eſſe accepta grã cœperimus,& cõputemus noctẽ ꝓ die. Ambulare nos credamus ſp̄ in lũine,nõ impediamr̃ à tenebris quas euaſimus nulla ſint horis nocturnis præcũ damna,nulla oratiõnũ pigra & ignaua diſpendia. Per diei indulgentiã recreati ſpiri=tualiter & renati,imitemr̃ qd' futuri ſumus,habituri in regno ſine interuentu noctis ſolũ diẽ. Sic nocte quaſi in lumine vigilemus,oraturi ſemp̄ & acturi gratias Deo:hic quoq; orare & gratias agere non deſinamus. Hæc de ſpe dicta ſufficiant:reſtant adhuc quæ de charitate deq; externo cultu dicenda ſunt. Quoniam vero iuſtum iam hoc volumen eſſe videmus, in alteram eius operis partem reſeruabimus. Lucæ. 2.

C R A C C O V I AE.

In Officina Hæredum Marci Scharffenberger, Ciuis ac Bibliopolæ Craccouieñ.

# ERRATA Sic corrigito.

| Fo. | Pa. | Verſu | Pro | Lege |
|---|---|---|---|---|
| 1 | 2 | 3 | Qui | qui |
| 2 | 1 | 3 | quiſq; | quiſq̄ |
| | 2 | 3 | reuelatum | reuelatum fuit |
| | | 13 | iudicaret | iudicare |
| | | 16 | Poſteaquam | poſteaquam |
| | | 21 | tamen | tum |
| 4 | 1 | 11 | illo | ille |
| 5 | 1 | 5 | quem | quam |
| | | 8 | glorificari | conglorificari |
| | 2 | 13 | ab | ad |
| 6 | 1 | 1 | quo | Quo |
| | 2 | 4 | iuſit | iuſsit |
| | | 5 | charitis | charitatis |
| 7 | 1 | 13 | flagicys | flagicijs |
| | 2 | 18 | gloriari | Gloriari |
| | | 23 | pro | quo |
| | 1 | | in margi. Ioā. 17 | |
| 8 | 2 | 19 | Chtiſtus | Chriſtus |
| 9 | 1 | 28 | illud | Illud |
| | | 28 | computetur | computentur |
| 11 | 1 | 6 | uiſus ē interdū | uiſus eſt dnūs |
| | | 25 | ſi | Si |
| | 2 | 16 | nouiſsimæ | nouiſsimè |
| 12 | 2 | 9 | ſomno | è ſomno |
| | | 28 | Sitiens | ſitiens |
| 13 | 1 | 16 | pridē p ætatē | pridē ætatem |
| | | 21 | reſurigit | reſurgit |
| | | 26 | comuni | commune |
| 14 | 2 | 19 | uelint | uoluit |
| | | 23 | ad | Ad |
| 15 | 1 | 4 | ipſa | Ipſa |
| | | 7 | quod | Quod |
| | | 9 | ſpecu quendā | ſpecū quandā |
| 16 | 1 | 23 | nen nos | non Nos |
| 17 | 1 | 8 | iudices | indices |
| | | 22 | multomaxime | Multo maxime |
| 18 | 1 | 6 | iudiceremus | iudicaremus |
| | 2 | 6 | illuc | illud |
| | | 7 | ex | Ex |
| 19 | 1 | 8 | cœlo | collo |
| | | 22 | ſimul | Simul |
| 20 | 1 | 5 | dicunt | aiunt |
| | 2 | 14 | cernimss | cernimus |
| | | 16 | quoq; | quodq; |
| 21 | 1 | 5 | qui | Qui |
| 22 | 2 | 20 | obſeruarionē | obſeruationem |
| 23 | 1 | 25 | fides | Fides |
| | 2 | 6 | ſanctorem | ſanctorum |
| 24 | 1 | 15 | ille | illi |
| | | 18 | Eccleſiæ | eccleſiæ |
| 25 | 1 | 6 | idolatria | idololatria |
| | | 11 | ubi | Vbi |
| | 2 | 10 | multis | Multis |
| | | 13 | Non | non |
| 26 | 1 | 8 | prædicareut | prædicarent |
| | | 14 | anunciabatur | annūciabatur |
| | | 17 | trediderat | tradiderat |
| | | 18 | quem | Quem |
| | | 25 | prædicanit | prædicanit |
| | 2 | 5 | Hoc | hoc |
| | | 17 | recedat | recidat |
| 27 | 1 | 2 | gratia | Gratia |
| | | 27 | habere | haberi |
| | 2 | 2 | loquutus | Loquutus |
| | | 4 | lingua | Lingua |
| 28 | 1 | 12 | uerum | Verum |
| | | 23 | quouis | quæuis |
| 39 | 1 | 23 | querittabunt | quiritabunt |
| 30 | 2 | 14 | Verum | uerum |
| | | 23 | ſctipturis | ſcripturis |
| 31 | 1 | 15 | Luciferianum | Luciferianos |
| | 2 | 22 | noue | nouo |
| 33 | 1 | 21 | moneat | moueat |
| | | 22 | ſicubi | Sicubi |
| | 2 | 14 | ſpiritum | ſpiritu |
| 34 | 1 | 19 | ſuo | Suo |
| | 2 | 15 | | pſuaſū rudibꝰ |
| 35 | 1 | 14 | & | eſt |

# ERRATA

| Fo. | Pa. | Verſu. | Pro | Lege |
|---|---|---|---|---|
| | | 22 | quorum | Quorum |
| | 2 | 11 | ſunr | ſunt |
| 37 | 2 | 3 | uenditatur | uenditantur |
| | | 4 | é | á |
| | | 12 | eſt eadem in | eſt in eodem |
| | | 28 | circũſcribãtur | circũſcribatur |
| 38 | 2 | 5 | ubi | Vbi |
| | | 9 | deferre | defferri |
| | | 27 | ita | Itane |
| 39 | 1 | 3 | quod | Quod |
| | | 4 | Manicheus à Tertu. & Augu. | |
| | 2 | 19 | dele, quẽ errorem ſequuti ſunt. | |
| 40 | 1 | 1 | ſumpſit | Sumpſit |
| | | 5 | iudicare | indicare |
| | | 10 & 17 | Non | non |
| | | 12 | Qui | qui |
| | | 19 | Euſtachius | Euſtathius |
| | 2 | 29. & 25. | Non | non |
| | | 24 | millia | mille |
| 41 | 2 | 15 | refferri | diſceptari |
| | | 20 | mutabilis | mutabilius |
| 42 | 1 | 5 | in margi. adde Sozome. li. 3. ca. 11. | |
| | | 8 | Sed | ſed |
| | 2 | 18 | ac | Ac |
| 43 | 1 | 11 | Quod | quod |
| | | 13 | Calcedonenſi | Calcedonenſis |
| | | 20 | immiſcere | immiſceri |
| | 2 | 10 | uſuparent | uſurparent |
| 45 | 1 | 2 | Quod | quod |
| | | 15 | conati | Conati |
| | | 17 | Ecte | ecce |
| | 2 | 2 | d d | quod |
| | | 8 | Aliquod | aliquot |
| 46 | 1 | 3 | oberarunt | aberrarunt |
| 47 | 2 | 23 | quisq̃ | quidquam |
| | | 23 | glorioſus | glorioſius |
| 49 | 1 | 4 | unum | Vnum |
| | | 16 | dict | dictum |

| Fo. | Pa. | Verſu | Pro | Lege |
|---|---|---|---|---|
| 50 | 1 | 1 | in margine lege lib. 1. cap. 8 | |
| | | 12 | cuius | Cuius |
| | | 24 | tametſi | tamẽ ſi quis |
| | 2 | 5 | Quorum | quorum |
| | | 11 | ſymbolum | Symbolum |
| 51 | 1 | 9 | Neq; | neq; |
| | 2 | 8 | ſemini | ſeminis |
| | | 16 | ad | Ad |
| 52 | 1 | 3 | ſequendum | ſequens |
| | | 7 | ac | Ac |
| 52 | 2 | 28 | Sericium | Siricium |
| 53 | 2 | 1 | conuerſas | conuerſa |
| | | 27 | huc | hoc |
| 54 | 1 | 2 | in margine | lib. 1. epiſt. 1. |
| | | 20 | Aelxandri | Alexandri |
| | | 27 | conſilium | concilium |
| | 2 | 8 | Milenitano | Mileuitano |
| | | 19 | Milenitano | Mileuitano |
| | | 21 | Aelxandria | Alexandriæ |
| 55 | 1 | 20 | mater, mater | mater |
| 56 | 1 | 9 | indicio | iudicio |
| 57 | 1 | 2 | | faciunt mala |
| | | 6 | charitas | chartas |
| | | 10 | ac | Ac |
| | 2 | 23 | nobis | uobis |
| | | 25 | ſi | Si |
| 58 | 1 | 12 | Arguſta | Auguſta |
| | | 16 | Entichetis | Eutichetis |
| | | 19 | infectus | ſuffectus |
| | | 21 | reſtiturum | reſtituturum |
| | | 23 | ſtatui | ſtatim |
| | | 26 | Arguſta & extremæ quoq; | Auguſta et extrema quæq; |
| | 2 | 1 | protuliſſet | pertuliſſet |
| | | 15 | deficit | defecit |
| | | 25 | monere | mouere |
| 59 | 1 | 15 | ſic | Sic |
| | | 18 | nam | Nam |

# ERRATA.

| Fo. | Pa. | Verſu | Prō | Lege |
|---|---|---|---|---|
| | | 21 | efficit | officit |
| | 2 | 25 | Interea | Incerta |
| 60 | 1 | 8 | et | Et |
| | | 10 | utriſq; | utriq; |
| | | 23 | inre ab officio | in re ab officij |
| | | 24 | & uoculas | ut uoculas |
| | | 27 | tucius | tucius ut |
| | 2 | 14 | quæ | qui |
| 61 | 1 | 5 | ſec | Sed |
| | | 8 | exporrectos | experrectos |
| | | 14 | eſt | Eſt 15. Eſt eſt |
| | | 25 | Sec | ſed |
| 62 | 1 | 20 | Geneſi | Geneſim |
| | | 21 | ſæpe | Sæpe |
| | 2 | 1 | Hic | hic |
| | | 2 | domine | domini |
| | | 25 | ad Philipenſes | in epi. ad Phili |
| 63 | 1 | 10 | Cuius | cuius (penſes |
| | 2 | 12 | ſunt | Sunt |
| 64 | 1 | 12 | in margi: | Li 1.Epi.11. |
| | | 20 | Qui | qui |
| | 2 | 1 | neq; | Neq; |
| | | 8 | idem | Is |
| | | 10 | non | Non |
| | | 19 | a quo | A quo |
| | | 28 | hæc | Hæc |
| 65 | 1 | 7 | Etſi | etſi |
| | | 12 | prodigia | prædia |
| | | 15 | propterea | perpetua |
| | | 27 | ſun | Sunt |
| | 2 | 5 | egredi | regredi |
| 66 | 1 | 3 | admonemur | Admonemur |
| | 2 | 14 | è lepra | à lepra |
| | | 21 | unde | Vnde |
| 67 | 1 | 24 | Sanare | ſanare |
| | 2 | 14 | conētur quod | conātur. Quod |
| | | 23 | Eccleſiam | Eccleſia |
| 63 | 1 | 25 | ad quæ | Ad quæ |
| | 2 | 14 | hæc | Hoc |
| | | 19 | detinens | obtinens |
| 70 | 2 | 1 | proximè | proxime |
| | | 2 | niſi | Niſi |
| | | 11 | originem | Originem |
| 71 | 1 | 8 | ignorantur | ignoranter |
| | | 12 | cauet | manet |
| | | 24 | ea | eam |
| | | 25 | Etſi | etſi |
| | 2 | 6 | Monet | monet |
| | | 6 | morti | morte |
| 72 | 1 | 1 | Has | has |
| | 2 | 6 | Nam | nam |
| | | 13 | accedemus | accedimus |
| | | 18 | delebantur, | debebantur |
| | | 20 | plenæ | plenè |
| 73 | 1 | 1 | nunc | hunc |
| | | 5 | quod | Quod |
| | | 10 | ad | Ad |
| | 2 | 12 | redditur | reditur |
| | | 18 | Si | ſi |
| 74 | 2 | 13 | ſpecies | ſpectes |
| 75 | 1 | 18 | atq; | Atq; |
| 76 | 1 | 7 | quod | Quod |
| | 2 | 5 | affectum | Affectum |
| | | 11 | eius | cuius |
| 77 | 1 | 2 | reuiſus | reniſus |
| | | 8 | illius | illis |
| | | 18 | i e | iræ |
| | | 23 | uite | uitæ |
| | 2 | 3 | hoc | Hoc (do |
| | | 7 | in libro | in cathechiſan |
| 78 | 2 | 7 | fit | ſit |
| 79 | 1 | 5 | Meminerunt | meminerunt |
| | | 21 | eb | hæ |
| | 2 | 11 | Quod | quod |
| 80 | 2 | 1 | dele | prælium |
| 81 | 1 | | primū uerſum | dele totum. |
| | | 9 | ſepulturam | Sepulturam |

# ERRATA.

| Fo. | Pa. | Verſu. | Pro | Lege. |
|---|---|---|---|---|
| | 2 | 9 | Atq; | atq; |
| | | 18 | ſoſipater | Soſipater |
| 83 | 1 | 2 | quod | Quod |
| | | 5 | Quod | quod |
| | | 12 | dele unctionis | |
| | | 13 | ſimul | Simul |
| | 2 | 1 | quo | Quo |
| | | 12 | tricentos | trecentos |
| | | 16 | ante | Ante |
| | | 18 | Andiſiorienſi | Antiſiodorēſi |
| 84 | 2 | 1 | Quod | quod |
| | | 4 | tantum | tantum eſt |
| | | 12 | leone | Leone |
| | | 27 | ſumas | ſummas |
| 85 | 1 | 4 | prefectionem | perfectionem |
| | | 6 | Forte | forte |
| | | 12 | pugnatorum | pugnaturum |
| | | 14 | nunquid | Nunquid |
| | | 28 | recipiendes | recipiendos |
| | 2 | 2 | reſeruandes | reſeruandos |
| 86 | 1 | 17 | qua | Qua |
| | | 22 | quod | Quod |
| | | 27 | quis | Quis |
| | | 28 | quæ | quam |
| | 2 | 3 | nulla | Nulla |
| | 2 | 7 | Illud | illud |
| | | 10 | Nam | nam |
| | | 16 | illud | Illud |
| | | 22 | ſacra | Sacra |
| 87 | 1 | 15 | ſimulat | ſimulut |
| | | 25 | audio | Audio |
| | | 27 | Non | non |
| | 2 | 11 | labia | labra |
| | | 27 | dixit | Dixit |
| 88 | 1 | 8 | Non | non |
| | | 17 | Non | non |
| | | 19 | dilecta | detecta |
| | 2 | 6 | Neq; cum | neq; enim |

| Fo. | Pa. | Verſu. | Pro | Lege. |
|---|---|---|---|---|
| | | 10 | deinde | Deinde |
| | | 14 | ac illa | Hac ille |
| | | 26 | hoc | Hoc |
| 89 | 1 | 1 | Quomodo | quomodo |
| | | 21 | Non | non |
| | | 27 | Neq; | neq; |
| | 2 | 13 | comederetis | comederitis |
| | | 15 | Nam | nam |
| | | 27 | Capanarctis | Capharnaitis |
| 90 | 1 | 1 | dicat | Dicat |
| | | 6 | non | Non |
| | | 9 | ſenſus | Senſus |
| | | 16 | certius | cercius |
| | 2 | 2 | terr anon | terra non |
| | | 4 | non | Non |
| | | 7 | forte | Forte |
| | | 9 | probemus | ut probemus |
| | | 26 | Erat | erat |
| 91 | 1 | 23 | ab fit | abſit |
| | 2 | 6 | trāſformatur | Trāſformatur |
| | | 25 | nempe | Nempe |
| 92 | 1 | 3 | Ego | ego |
| | 2 | 20 | diffuſa | diffuſe |
| | | 22 | dele:Et | |
| 93 | 1 | 8 | ſiquidem | Siquidem |
| | | 11 | cœleſtibus | Cœleſitbus |
| | | 18 | Non | non |
| | 2 | 8 | uerum | Verum |
| | | 19 | Neq; | neq; |
| | | 28 | ſib | ſibi |
| 94 | 1 | 2 | aquo | à quo |
| | | 7 | ſerpens | lupus |
| | | 17 | que | quæ |
| | 2 | 5 | neq; | Neq; |
| | | 9 | protendatur | prætendatur |
| | | 13 | renouati | renouari |
| 95 | 1 | 8 | Non.nam | non. Nam |
| | | 26 | ſancta | facta |

# ERRATA

| Fo. | Pa. | Verſu. | Pro | Lege |
|---|---|---|---|---|
| | 2 | 20 | certum | Certum |
| 96 | 1 | 28 | ſpiritus | uel ſpiritus |
| 97 | 2 | 9 | ſumereq; | ſumere |
| | | 18 | legantur | Legantur |
| 98 | 1 | 4 | Atq; | atq; |
| | | 22 | quæ | Quæ |
| | 2 | 14 | qui | Qui |
| 99 | 1 | 4 | aliquod | aliquot |
| | 2 | 5 | dedit | Dedit |
| | | 7 | Qua | qua |
| | | 8 | etiam | Etiam (zimo |
| | | 11 | Innocentio | inocẽtio et zo |
| | | 12 | obtento | obtentu |
| | | 28 | Neq; | neq; |
| 100 | 1 | 10 | adeo | à Deo |
| | 2 | 9 | ijs | His |
| | | 15 | Nam | nam |
| | | 19 | Quem | quem |
| | | 15 | per ſũderẽtur | perſũderẽtur |
| 101 | 1 | 8 | Neq; | neq; |
| | | 11 | alteratio | altercatio |
| 101 | 2 | 2 | Accepto | accepto |
| | | 5 | Chriſtoue | Chriſtone |
| | | 13 | Fecit | fecit |
| 102 | 1 | 3 | Perexiguuis | perexiguus |
| | | 18 | Ex | ex |
| | 2 | 23 | conſiliorum | conciliorum |
| | | 26 | ex hæc | ex hac |
| 103 | 1 | 2 | Tibi | tibi |
| | | 3 | Quis: iudex | quis:Iudex |
| | | 4 | audemus | audimus |
| | | 8 | ut | Vt |
| | | 9 | quæ | qui |
| | | 12 | Epheſum | Epheſinum |
| | 2 | 12 | quid | quidam |
| 104 | 1 | 4 | Fortaſsis | fortaßis |
| | | 6 | Neq; | neq; |
| | | 10 | Quod | quod |
| | | 15 | Ne | ne |
| | | 20 | nomine | nemine |
| | 2 | 5 | temeritas | Temeritas |
| | | 13 | contentionem | cunctacionem |
| | | 24 | & | Et |
| | | 17 | quid | Quid |
| | | 25 | atqui | Atqui |
| 105 | 1 | 8 | neq; | Neq; |
| | | 14 | nos | hos |
| | | 15 | conſiderent | Conſiderent |
| | | 18 | ipſe | Ipſe |
| | | 21 | Quid | quid |
| | | 21 | quid | Quid |
| | 2 | 8 | ex | Ex |
| | | 17 | fecit | Fecit |
| | | 25 | ſaltem | Saltem |
| 106 | 1 | 6 | ipſe | ipſe |
| | | 21 | uniuerſali | uniuerſæ |
| | 2 | 1 | Non | non |
| | | 18 | fide | fidei |
| 108 | 1 | 14 | Chrtſtum | Chriſtum |
| 109 | 1 | 7 | huius | Huius |
| | | 19 | hic | Hinc |
| | 2 | 23 | ut eamus | eamus |
| | | 26 | hic | Hic |
| 110 | 1 | 6 | ſcribir | ſcribit |
| | | 12 | Agnus | agnus |
| 111 | 1 | 8 | ſcribitur | Scribitur |
| 112 | 1 | 4 | Quæ | quæ |
| | 2 | 3 | apud | Apud (ſtæ |
| 113 | 1 | 4 | ſecuta eſt | ſecuta ẽ chri- |
| | 2 | 10 | de | De |
| | | 15 | excedebantur | excedebant |
| 114 | 1 | 5 | .In | ,in |
| | | 23 | Quæ | quæ |
| 115 | 1 | 1 | neq; | Neq; |
| | 2 | 7 | nihil homins | nihilominus |
| | | 21 | legimus | legimus |

# ERRATA

| Fo. | Pagi. | Verſu. | Pro | Lege |
|---|---|---|---|---|
| | | 25 | nempe | Nempe |
| 116 | 1 | 6 | paſche ſolem= nitatis | Paſchæ ſolēni tates |
| | | 17 | In | in |
| | 2 | 7 | ſicredis | Si credis |
| 117 | 1 | 22 | uidet | Videt |
| 118 | 2 | 3 | Neq; | neq; |
| | | 7 | cō nonicatum | cōmunicatum |
| 119 | 2 | 15 | dele: bis | |
| | | 25 | poſt | Poſt |
| 120 | 1 | 5 | poſt quam | Poſtq̄ |
| | | 22 | et | Et |
| | 2 | 17 | omiſſum eſt hoc: Ioānes quoq; Chriſoſtomus Melchiſedech typum geſsiſſe ſc ibit noſtri ſacerdocij: orōne 4 cōtra Iudeos eodem uerſu ſequitur Ioānes Damaſcenus. | |
| 121 | 1 | 7 | quingentos | quig tos quinquaginta. |
| 122 | 1 | 9 | luculentum | lucu.ente |
| | | 10 | ac | Ac |
| | 2 | 20 | anunciantes | Annuntiantes |
| 122 | 1 | 9 | ante hæc ue ba. Remigius Al | |

tiſiodorenſis. deſiderantur non pauca, quæ ſunt hic adſcripta.

In Pſal. 115 ¶ Ioannes quoq; Chriſoſtomus, hunc ipſum Malachiæ locum adferrens. Vides q̄ luculenter, quamq; dilucide myſticam interpretatus eſt menſam, quæ eſt incruenta hoſtia. Ac pauloposſt: Vides quod vbicunq; conceſſum eſt, angelicum illud ſacrificium inclareſcere, vides nullis finibus circumſcriptum, neq; altare, neq; cāticum, in omni loco Timiama offertur nomini meo. Eſt igitur hoſtia pura, prima quidem myſtica mēſa, cœleſte ſummeq; venerandum ſacrificium. Copioſius etiam ac magis diſerte in ſecunda contra Iudeos oratione, cum eundem prophetæ locum adduxiſſet. Quando inquit, hæc euenerunt Iudeæ? quando in omni loco incenſum oblatū eſt Deo? quādo ſacrificiū purū? Nō poſsis aliud tempus proferre q̄ hoc poſteaquàm Chriſtus aduenit. Quod niſi de noſtro tempore prædixit, niſi de noſtro ſacrificio vaticinatus eſt, ſed de iudaico etiam legi repugnat prophetia. Nam cum Moſes vetet, vllo alio in loco ſacrificiū fieri, preterq̄ in eo quē eligit Dominus Deus, quumq; ille in vnum locum ſacrificia illa concluſerit:

nimirũ propheta dicens, ꝙ in omni loco incenſum adolendum ſit & ſacrificium purũ, aduerſatur ac repugnat Moſi. Verũ nulla eſt inter eos pugna neq; diſſenſio. Ille de alio loquutus eſt ſacrificio, & hic de alio poſt vaticinatus eſt. Vnde hoc declaratur? Tum ex his quæ dicta ſunt, tum ex alijs plurimis ſignis. Ac primum ex ipſo loco. Non enim in vna ciuitate, quemadmodum ſub Iudæis, ſed ab ortu ſolis vſq; ad occaſum prædixit hãc culturam eſſe celebrandam. Præterea ex ſacrificij modo, ſiquidem puram illam appellãs, declarauit de qua loqueretur. Deniq; à perſonis offerentium. Non enim dixit Iſrael, ſed in gentibus. Ac ne putares, quod in vna duabuſue aut tribus ciuitatibus, hoc culturæ genus inſtaurandum eſſet, non ſimpliciter dixit in omni loco, ſed ab ortu ſolis ad occaſum, demonſtrans, quod quantum ſol terræ aſpicit, tantundem Euangelium eſſet occupaturum. Purum autem dicit ſacrificium, quaſi prius illud fuiſſet impurum, non quidem ſuapte natura, ſed iuxta voluntatẽ offerentium. Et ideo dixit, incenſum abominatio eſt mihi. Quanq̃ & alioqui, ſi quis hoc ipſum ſacrificium conferat cum illo, ingens diſcrimen inueniet, vt iuxta comparationis rationem, ſolum hoc purum dici mereatur. Quodq; de lege & gratia dixit Paulus: ne glorificatum quidem fuit quod erat glorificatum, propter eminentẽ gloriam. Idem & hic iure dixerimus, videlicet quod hoc ſacrificium cũ illo collatum, ſolum debeat dici purum. Non enim per fumum ac nidorem, non per ſanguinem ac redemptiõis prętia, ſed per ſpiritus gratiam offertur.

| Fo. | Pa. | Verſu. | Pro | Lege |
|---|---|---|---|---|
| 123 | 2 | 7 | *uincere* | *uincire* |
| | | 9 | *domino* | *domine* |
| 124 | 1 | 3 | *cui:Potuiſſet* | *ne cui:potuiſſe* |
| | 2 | 2 | *uocati cane* | *uocat carnẽ:de* |
| | | 3 | *Idcirco* | *idcirco (le:&* |
| | | 4 | *ac* | *Ac* |
| 125 | 1 | 5 | *cõmendandẽ* | *Cõmendandũ* |
| | | 23 | *Quam(tatem* | *quam* |
| | 2 | 2 | *multiplicaci=* | *multiplicitatẽ* |
| | | 3 | *propter* | *præter* |
| | | 9 | *ide* | *idem* |
| 126 | 1 | 8 | *quæ paſſa* | *quam paſſa* |
| | | 19 | *recollens* | *recolens* |
| | 2 | 9 | *Quando* | *quando* |
| | | 25 | *Quantam* | *quantam* |
| 127 | 1 | 3 | *perit* | *per id* |
| | | 6 | *reffecti:perit* | *refecti: per id* |
| | | 27 | *Grimundum* | *Guimundum* |
| | 2 | 2 | *Thugonem* | *Hugonem* |
| 128 | 1 | 2 | *ſcilicet* | *Scilicet* |
| | | 9 | *Qui* | *qui* |
| | | 23 | *quodqđ* | *quotquot* |
| | 2 | 2 | *intermiſſe* | *intermiſiſſe* |
| | | 10 | *anteponendũ* | *anteponẽdus* |
| 129 | 2 | 1 | *in margine:Contra aduerſa=riũ legis & ꝓphe,li:2: ca: 8.* | |
| | | 4 | *diſcernit* | *diſcerni* |
| 130 | 1 | 10 | *neq;* | *Neq;* |
| | | 23 | *non qđ* | *non quæ* |
| | | 27 | *habere* | *haberet* |
| | 2 | 8 | *non* | *Non* |
| 131 | 1 | 15 | *ad ea aut* | *adeant* |
| | 2 | 12 | *aliqđ:uereq;* | *aliquot:ueriq;* |
| | | 13 | *Meßzargẽſis* | *Merſburgẽſis* |
| | | 24 | *cõmendatus* | *cõmendatos* |
| | | 25 | *Cum* | *cum* |
| 132 | 1 | 9 | *cum* | *Cum* |
| | | 14 | *ante ea* | *antea* |
| | | 16 | *quẽ admodũ* | *quemadmodũ* |
| | 2 | 2 | *longum* | *Longum* |
| | | 26 | *deprecare* | *deprecare=mur* |
| 153 | 1 | 8 | *ſic* | *Sic* |
| | | 12 | *uicium* | *utrium* |
| | | 13 | *poſt hæc uerba:Implorare o=porteat. deſunt hæc ex Ioanne Chriſoſtomo.* | |

*De incomprehenſibili Dei natura contra Anomeos. homilia 13.*

¶ Libet hic adſcribere verba quæ fecit ad populum hac de re Ioannes Chriſoſtomus. Ingentem & pene inauditam hanc populi multitudinem, quæ modo affluxit, tantaq; cum attentione ſermonem audit meum, ſepenumero tempore illo perhorrendo requiſiui, & tamen nunq̃ videre potui, atq; ita me vehemẽs cœpit ſuſpirium, quod cum ego diſputo veſter conſeruus, ſtudium adhibetis & ingenium, contenditis animum, alter alterum impellit & iactat, vt ipſe propius adſit, frequentes ad finem vſq; dicendi pacientiſsime perſeueratis. Cum autem ipſe Chriſtus comunis magiſter & Dominus, ſemet in ſacris my=

ſterijs oſtenſurus eſt, vacua deſertaq; Eccleſia redditur.
Proh fidem hominum Chriſtianorum quo pacto iſthęc
veniam conſequātur? Facit profecto veſtra iſta ſiue de-
ſidia, ſiue negligentia, vt laudem ſtudij auſcultandi illi-
us omnem amittatis. Quis enim non tam vos q̄ me dā-
net ac reprobet, cum fructum omnem audiendi dela-
pſū cernat & vanidum? Nam ſi cum diligentia his quæ
docuiſſem attenderitis facto palam ſtudium faceretis
veſtrum, non verbis tenus, corde habere monſtraretis.
Sed quod ſtatim cum audiſtis diſceditis, & fugam quaſi
vos hoſtis inſectaretur arripitis, coniectari omnino licet
nihil vos recepiſſe & recondidiſſe animo vtilitatis. Nam
ſi quæ propoſita ſunt, recondita in animis veſtris ſerua-
rentur: prorſus vos illa in templo tenerent, & ad rē hor-
ribilem maiore cum deuocione hortarentur & mouerēt.
Nunc vero quaſi fidicinam audiretis aliquam, ſic omni
vtilitate vacui, ſimul ac factus finis dicēdi eſt, diſceditis.
Sed o frigidam excuſandi rationem, quam à compluri-
bus reddi audio: Orare vel domi poſſumus, dicunt, ſed
homiliam doctrinamq; audire, nō niſi in Eccleſia poſſu-
mus. Te homo decipis, & magno in errore verſaris. Nam
ſi & domi quoq; datur orandi facultas, tamen fieri non
poteſt, vt domi tam bene ores q̄ in Eccleſia, vbi tot pa-
tres, vbi clamor fœlici ſocietate excitus, ad Deū immor-
talem refertur: non pariter exoras cum ſolus dominum
obſecras, atq; tuis cū fratribus. Eſt enim in hoc plus ali-
quid, videlicet concordia, conſpiratio, copula amoris &
charitatis, ſacerdotum clamores, præſunt enim ob eam
rem ſacerdotes, vt populi orationes, quæ infirmiores per
ſe ſunt, validiores illas complexæ, ſimul in cœlum euehē-

tur.Adde quod nihil fructus capi ex homilia poteſt,niſi
oratio adiungatur.Porro ſermoni oratio debet anteire.
Sic Apoſtoli dicunt:Nos in oratione & ſermonis doctri
Actuũ 1.& 2. na perſeuerabimus.Sic Paulus facit, cum in exordijs ſu=
arum Epiſtolarum oret:vt perinde quaſi lumen lucernę,
lux ipſa orationis tegat ſermonem ac dirigat.Profecto ſi
orare cum diligentia inſueſcas,nihil eſt quod doctrinam
tui cõſerui deſideres,cum ipſe Deus ſine vllo interprete,
mentem tuam abunde luce afficiat. Quod ſi omnis ora=
tio tantam vim habeat,longe magis eam,quæ ore mul=
torum proueniat valere conſentaneum eſt. Plus enim
neruorum in ea eſt,& multo audientia maior,q̃ in do=
meſtica illa & priuata. Vnde id conſtet Paulum ipſum
2.Corin.1. dicentem audi:Qui ex tãtis periculis eripuit nos, & eru=
it,etiam ſperamus ꝙ adhuc eripiet,vobis quoq; in ora=
tione pro nobis ſubuenientibus,vt dono in vos collato,
Actuum 12. à multis perſonis gratiæ agantur pro nobis. Sic etiã Pe=
trus carcerem euaſit. Oratio enim pro eo ab Eccleſia ſe=
dulo agebatur ad Deum.Quod ſi Petro oratio Eccleſiæ
profuit,& columnam illam ac ſtabilimen noſtræ religi=
onis carcere liberauit,cur eius vim tu contemnis & ne=
gligis? qua te poſsis purgare ratione? Deum quoq; dicẽ=
tem audi,q̃ populo cum beneuolentia inuocante place=
Ione ultimo. tur & parcat.Quippe qui ſe excuſans apud Ionam pro=
phetam,fruticis argumento cucurbitæ, verba ad hunc
modum faciat.Tu doles ſuper cucurbita in qua non la=
boraſti,neq; feciſti vt creſceret.Ego non parcam Niniue
ciuitati meæ magnæ,in qua habitant plures,q̃ centũ vi=
ginti millia hominum.Non ſine re,amplum populi nu=
merum proponit;ſed vt intelligas plurimũ eam pollere

orationem,quæ cum conſenſu agitur, & iugi concordia plurium hominum. Quod exemplo quoq; rei humanæ libet explanare. Nam decem ante hos annos capti nō=nulli ſunt,Tyrannidem appetentes,cuius rei vos etiam meminiſſe arbitror. Fuit inter eos quidam, dignitate ac principatu præditus:qui cū damnatus capite ad ſuppli=cium duceretur,populus motus miſericordia, vniuerſus prætorem adijt,& deprecandi communi opera efficere potuit,vt reus ille venia nulla dignus liberaretur ab ira imperatoris. Quod ſi cum iram terreni imperatoris veli=tis extinguere,vniuerſi cum liberis & vxoribus feſtina=tis,cur quoties ad cœleſtem illum imperatorem placā=dum,reddendumq; propitium re pergitis, vt eius ire e=ximatis non vnum,vt tunc:nec duos aut tres,aut centū, ſed omnes orbis terrarum peccatores,omnes dęmone a=gitatos,à flagello liberetis,diaboli:foris ſedetis,non vni=uerſi concurritis,& Eccleſiam penetratis, vt Deus ve=ſtram reueritus atq; exoſculatus concordiam,& illis pœ=nam dimittat,& vobis peccata abſoluat? Si in negocijs neceſſarijs nō omni leone vehemētius,diſruptis omnibus vinculis,curriculo is & te cōfers,ad ſupplicationem cō=munem,quam ſpem habere poſsis ſalutis ni ita facias? Tempore illo mi frater chariſsime, non ſolum homines clamorem illum horribilem reddunt, ſed etiam angeli domino genu flectunt,& archangeli rogant,habent ſibi tempus id idoneum,habent ſacram illam oblationem in fauore. Itaq; vt homines ramos olearum gerētes, moue=re reges conſueuerunt:eoq; genere miſericordiam com=memorant & humanitatē,ſic angeli tūc pro ramis olea=ginis corpus domini ipſum protendentes, rogāt pro ge=

nere humano, quaſi dicant: Pro his domine rogamus, quos tu adeo dilexiſti, vt pro eorum ſalute mortem obires animam cruce efflares, pro his ſupplicamus, pro quibus ipſe tuum largitus es ſanguinem, pro his oramus, pro quibus corpus hoc imolaſti. Agitatos quoq; ob eam rem Diaconus tempore illo adducit, & iubet caput inclinare. Cum eos vnà cum fratribus orare non liceat, adducit eos, vt tu miſeratus, & quia tam acerbe vexantur & quia vocem reddere nequeunt, tua facultate ad eorũ vtaris defenſionem & auxilium.

| Fo. | Pa. | Verſu. | Pro | Lege |
|---|---|---|---|---|
| 133 | 1 | 16 | Quod | quod |
| | 2 | 4 | ſaciati | ſauciati |
| | | 11 | conferetur | confertur |
| | | 12 | conſequemur | conſequimur |
| 134 | 1 | 21 | iſtutius: ut qui | iſtud: ut quæ |
| | 2 | 7 | conſiſteri | conſiſtere |
| | | 9 | ad | Ad |
| | | 11 | Reus | reus |
| | | 14 | iudcium | iudicium |

| Fo. | Pa. | Verſu | Pro | Lege |
|---|---|---|---|---|
| | | 20 | uiu9 panis & | Vn9 panis & |
| | | 22 | iudicia (uiuũ | indicia (unũ |
| 135 | 1 | 4 | Hæc | hæc |
| | | 5 | Si | ſi |
| | | 13 | Ipſum | ipſum |
| | | 20 | Ex quibus | ex quib9. |
| | | 26 | adeſt | Adeſt. |
| | | 27 | caput huius | corporis Chriſtus. |

*Hoc loco plurima & maxime neceſſaria ſunt omiſſa: que ſequuntur.*

¶ Chriſtus, vnum cum illo manens cui offertur, vnũ ipſe faciens pro quibus offertur, vnus ipſe qui offert & quòd offertur, ipſe & ſacerdos & ſacrificium. Cuius paſſio & mors in altari repreſentatur, quam ille propterea dignatus eſt oppetere, vt filios Dei qui erant diſperſi cõ-
Ioan. 11.
gregaret in vnum. Eſt itaq; inter alios fructus, quos nobis attulit Chriſti mors etiam hic, quod per illam congregamur in vnum. Quamobrem congregantur in hoc ſacrificio, non modo qui corporibus præſentes adſunt, et hac vita mortali fruuntur, verum & ij qui iam in cœlis cum Chriſto triumphãt, & qui purgatione adhuc opus

habent,ſuperſtitum præcibus adiuuantur, quo celerius
ad illorum ſocietatem peruenire poſsint. Terribilis eſt
hæc quaſi caſtrorum acies, ordinata Satanæ. Videt em̃
præſentem in altari Chriſtum cum omnibus corporis
ſui membris,cuius ipſe caput eſt,quare cum aperto mar
te,nihil ſibi profici poſſe intelligat, quibuscunq; poteſt
artibus & inſidijs,vt ſolui poſsit hæc acies contendit &
elaborat.Ac primum quidem caput ipſum petit, quod
quamuis adeſſe in altari non ignoret, aliud tamen per-
ſuadere membris ſuis conatur, vt aut eſſe omnino ne-
get,aut non alio tempore,q̃ quo manducatur eſſe con-
cedat:oblationis etiam nomen ipſum ferre non poteſt.
Deinde vero nec membris parcit, quæ & ipſa grauiter
oppugnat. Diximus hoc antea quoq;,ꝙ nihil obſtat æ-
que conatibus eius, atq; vnitas. Quare ſicut Chriſtus o-
mnia fecit,ac mortẽ etiam acerbã & ignominioſam ope-
cijt,vt congregaret diſperſos.Sic iſte contra nihil nõ fa-
cit, vt congregatos diſpergat. Vult ab iſto corpore,
quod in terris adhuc militat,diuiſos & ſegregatos eos,
qui cum & ipſi membra ſint eiuſdem corporis, deuictis
hoſtibus noſtris ſempiternis,carne, mundo, & diabolo
iam cum Chriſto triumphant in cœlis. Vult & eorum
memoriam prorſus abolitam,qui quamuis in fide & cõ-
feſsione Chriſti nominis obdormiuerint, non ita tamen
in hoc ſeculo vixerunt,vt ſtatim ex eo migrantes, ad ſe-
des beatorum recipi mererentur. Atqui non heri, quod
aiunt, & nudius tertius,ſed iam inde ab ipſis Apoſtolo-
rum temporibus,vt & ſanctorum martyrum, & aliorũ
in Chriſto defunctorum,in ſacrificio miſſe fieret memo-
ria,per manus nobis traditum accepimus. Meminit hu-

Homi. 71. de uerbis Apli. ius conſuetudiuis Auguſtinus his verbis. Habet Eccleſiaſtica diſciplina, quod fideles nouerunt, cum martyres eo loco recitantur ad altare Dei, vt non pro ipſis oretur pro cæteris autem commemoratis defunctis oretur. Iniuria eſt enim pro Martyre orare, cuius nos debemus orationibus commendari. Et rurſus alio loco. Ideo quippe ad ipſam menſam non ſic eos commemoramus, quẽadmodum alios qui in pace requieſcunt, vt etiam pro eis oremus, ſed magis vt orent ipſi pro nobis, vt eorum veſtigiȷs adhereamus, quia impleuerunt ipſi charitatem qua dominus, dixit non poſſe eſſe maiorem. Et clarius etiam cõtra Fauſtum ſcribens, Populus, inquit, Chriſtianus memorias martyrum religioſa ſolennitate concelebrat, & ad excitandam imitationem, & vt meritis eorum conſocietur, atq; orationibus adiuuetur, ita tamen vt nulli martyrum, ſed ipſi Deo martyrum, q̃uis in memorias martyrum conſtituamus altaria. Quis enim antiſtitum in locis ſanctorum corporum aſsiſtens altari aliquãdo dixit: Offerimus tibi Petre, aut Paule, aut Cypriane? Sed quod offertur, offertur Deo, qui martyres coronauit, apud memorias eorum quos coronauit, vt ex ipſorum locorum admonitione, maior affectus exurgat, & in illos quos imitari poſſumus, & in illum quo adiuuante poſſumus. Colimus ergo martyres eo cultu dilectionis & ſocietatis, quo & in hac vita colũtur ſancti Dei homines, Quorum cor ad talem pro Euangelica veritate paſsionem paratum eſſe ſentimus. Sed illos tãto deuocius, quanto ſecurius poſt incerta omnia ſuperata, quanto etiam fidentiore laude prædicamus, iam in vita fœliciore victores, q̃ in iſta adhuc vſq; pugnantes,

Tracta. 84, in Ioannem.

Ioan. 15.

Libro 20. capite 21

Et illo cultu,qui græce λατρεία dicitur,latine vno verbo dici non poteſt,cum ſit quædam diuinitati proprie debita ſeruitus,nec colimus, nec colendum docemus, niſi vnum Deum.Cum autem ad hunc cultũ pertineat oblatio ſacrificij: vnde idololatria dicitur eorum qui hoc etiam idolis exhibent, nullo modo tale aliquid offerimus,aut offerendum præcipimus, vel cuiq̃ martyri, vel cuiq̃ ſanctæ animæ, vel cuiq̃ angelo. Neq; diſsimilia ſcribit in libris de ciuitate Dei. Atq; ijs verbis abũde declarat,quod ſit diſcrimẽ inter cultum qui ſanctis tribuitur,& eum qui Deo ſoli debetur.Illos enim vt pro nobis intercedant orare poſſumus & debemus, ſacrificiũ autem,præterq̃ ſoli Deo offerre fas non eſt.

*Lib.8.ca.27. & lib.22.capite 16.*

| Fo. | Pa. | Verſu. | Pro | Lege |
|---|---|---|---|---|
| 135 | 2 | 2 | *uerõ* | *uero* |
| | | 10 | *dicitis* | *dicatis* |
| | | 12 | *Panis: ſed* | *panis: Sed* |
| | | 23 | *Tollens* | *tollens* |
| 138 | | 14 | *membrum* | *mẽbrũ factus* |
| | 2 | 11 | *fed* | *ſed* |
| 139 | 1 | 20 | *Etſi: Ego ( ſit* | *etſi: ego ( fit* |
| | | 27 | *Cuius uirtute* | *cuius uirtute* |
| | 2 | 9 | *Conuerrimi* | *Conuertimini* |
| 140 | 1 | 21 | *Et* | *et (actu eius* |
| | 2 | 10 | *Alia uero in* | *alia uero in* |
| | | 11 | *hæc (actionis.* | *hoc* |
| | | 16 | *Nam* | *nam* |
| 141 | | 18 | *Ego* | *ego* |
| 142 | 2 | 11 | *ad cõmunem* | *ad nouam* |
| | 2 | 13 | *ſatis factionis* | *ſatisfactioni* |
| | | 19 | *De* | *de* |
| | | 20 | *Sacro* | *ſacco* |
| | | 21 | *Illa* | *illa* |
| | | 24 | *& iungere* | *& mugire* |
| 143 | 1 | 3 | *Ephreni* | *Ephrem* |
| | | 7 | *Neq;* | *neq;* |
| | | 18 | *Exepectat* | *expectat* |
| | 2 | 19 | *Celeſtinus* | *Cæleſtinus* |
| 144 | 1 | 25 | *tantummodo* | *Tantũmodo* |
| | 2 | 17 | *Hanc* | *hanc* |
| 145 | 2 | 8 | *exigerit* | *exegerit* |
| | | 20 | *Cuius* | *cuius* |
| 146 | 1 | 4 | *præceptum* | *præceptam* |
| | | 1 | *Si* | *ſi* |
| | | 5 | *ſacramentale* | *ſacramentali* |
| | | 7 | *exſtimauerũt* | *exiſtimauerũ* |
| | | 9 | *excelens* | *excellens* |
| | | 27 | *Quos* | *quos* |
| | | 28 | *dominum* | *dominus* |
| 147 | 1 | 14 | *Nã. aut puer* | *nam. ut puer* |
| | 2 | 7 | *abſolutam* | *abſolutum* |
| | | 9 | *ipſa* | *ipſe* |
| 148 | 2 | 2 | *uiuum* | *unum* |
| | | 14 | *ora e tiones* | *orationes* |
| 149 | 1 | 1 | *quanto* | *Quando* |
| | 2 | 7 | *etgo* | *ergo* |

# ERRATA

| Fo. | Pa. | Verſu. | Pro | Lege |
|---|---|---|---|---|
| | | 8 | Si | ſi |
| | | 11 | uelet | ualet |
| | | 12 | Adeundum | Ad eundem |
| | | 20 | noſtra ſũt ſed | noſtra magis |
| | | 28 | aſolum | aſylũ (ſũt quã |
| 150 | 2 | 2 | Suis | ſuis |
| | | 4 | Nam | nam |
| | | 19 | flectibus | ſletibus |
| | | 26 | ut quam uis | ut quamuis |
| 151 | 1 | 12 | mortis | meritis |
| | | 13 | de rogari | derogari |
| | | 18 | totus | tocius |
| | | 19 | anteponant | anteponunt |
| | | 26 | iudex | index |
| 151 | 2 | 7 | reperire | reperiri |
| | | 8 | Homoſion | omouſion |
| | | 9 | ac | Ac |
| | | 12 | atq; | Atqui |
| | | 15 | conuerterent | conuerterẽtur |
| | | 26 | placare | nũc beneficijs placare |
| 152 | 1 | 9 | ſcripturæ li- querunt. | ſcriptum reli- querunt. |
| | 2 | 7 | diffidentium | diffidentiæ |
| | | 22 | Hic | Sic |
| | | 25 | Tamen | tamen |
| | | 28 | Quia | ,quia |
| 153 | 1 | 10 | Eduxit | eduxit |
| | 2 | 5 | peperceremus | pepercerimus |
| | | 7 | parcat | parcet |
| 154 | 1 | 15 | & | Et |
| | 2 | 3 | Hoc | hoc(quet loco. |
| | | 24 | Luet | Abluet.dele.li |
| 155 | 1 | 6 | Peccatum | peccatum |
| 156 | 2 | 7 | paſsiones | Paßiones |
| 157 | 1 | 12 | Non | non |
| | | 26 | Certe | certe |
| 148 | 1 | 7 | ac | Ac |

| Fo. | Pa. | Verſu. | Pro | Lege |
|---|---|---|---|---|
| | | 9 | ſed | Sed |
| | 2 | 12 | hic | ſic |
| | | 27 | aliud | aliud ſit |
| 149 | 1 | 4 | uincti | inuncti |
| | | 19 | nam | Nam |
| | | 27 | ſanitatis | ſanitas |
| | 2 | 4 | unde | Vnde |
| | | 17 | ungentes | ũgentes eum |
| 160 | 1 | 5 | uerbum | Verbum |
| | | 26 | nulle | nullo |
| | 2 | 24 | niſi | ſi |
| | | 27 | cum | eum |
| 161 | 1 | 4 | dicemus | dicimus |
| | | 5 | ordinata | ordinato |
| | 2 | 8 | quemcunq; | quæcunq; |
| | | 21 | Multis | multis |
| 162 | 1 | 4 | Non | non |
| | | 19 | nominis.Sicut | nouimus.ſicut |
| | 2 | 17 | refectio | reſectio |
| 163 | 1 | 28 | officium | officio |
| 163 | 2 | 12 | uocem | urceum |
| | | 18 | oneſimi | Oneſimi |
| | | 20 | ſecuti | ſicuti |
| | | 26 | Et | & |
| 164 | 1 | 7 | dele tandẽ ẽ: | eſt,ut |
| | | 7 | ſicut | Sicut |
| | 2 | 8 | Extremo | extremo |
| | | 25 | In | in |
| 165 | 1 | 3 | æquum | Aequum |
| | | 22 | matricæ | matrice |
| | | 25 | Si | ſi |
| | 2 | 3 | ſacrificia | ſacrificio |
| | | 9 | Sicut | ſicut |
| | | 10 | cum | eum |
| | | 14 | quamuis | Quamuis |
| | | 26 | excellentiſsi- | omniũ excelle |
| 166 | 2 | 1 | mus | tiſsimus eſt |
| | | 14 | fungemur | fungimur |

# ERRATA

| Fo. | Pa. | Verſu. | Pro | Lege |
|---|---|---|---|---|
| | | 4 | noli | Noli |
| | | 6 | dele & | |
| 188 | 1 | 1 | non | Non |
| | 2 | 7 | melior | Melior |
| | | 14 | in nũera eiuſ- | înumera eiuſ- |
| | | 14 | neq; (modi | Neq; (modi |
| | | 16 | Sed | ſed |
| | | 17 | acuſando | accuſando |
| | | 21 | ãmites | amittes |
| | | 27 | ommiſſa | omiſſa |
| 189 | 1 | 4 | Non quid | Nunquid |
| | | 4 | referens | referrens |
| | | 11 | ne | Ne |
| | | 17 | Etſi | & ſi |
| | | 18 | longe | Longe |
| | | 22 | & | Et |
| | | 25 | nunquid | Nunquid |
| | | 27 | Neq; enim | Neq; enim |
| | 2 | 2 | non | Non |
| | | 28 | qui | Qui |
| 190 | 1 | 16 | una:quorum | Vna: Quorũ |
| | 2 | 1 | uiuimus: Hoc loco omiſſa ſunt iſta: Verum uiuit in nobis Chriſtus,quem in baptiſmo ſumus induti;quod autem uiuimus, | |
| 190 | 2 | 6 | dolet | Dolet |
| | | 7 | Quãobrem | quamobrem |
| | | 12 | ſigna mur | ſignamur |
| | | 17 | oſtendimus | Oſtendimus |
| | | 28 | inſtamur | inſlãmamur |
| 191 | 1 | 6 | patre | patre |
| | 2 | 5 | refocililari | refocillari |
| | | 7 | adn iti | audiuti |
| | | 10 | perſauerantes | perſeuerantes |
| | | 15 | dedit | Dedit |
| | | 16 | dedidiſſe | dediſſe |
| 192 | 1 | 3 | philipus | Philippus |

| Fo. | Pa. | Verſu. | Pro | Lege |
|---|---|---|---|---|
| | 2 | 3 | ſemetipſum | & ſemetipſũ |
| | | 19 | referentur | referrentur |
| | | 6 | Magiſtri | magiſtri |
| | | 20 | Grece | Græce |
| | | 21 | quaſi | Quaſi |
| 193 | 1 | 3 | ante ea | antea |
| | | 4 | Nam | nam |
| | | 5 | õnium | Omnium |
| | | 9 | præterite | præteritæ |
| | | 15 | dimſit | dimiſit |
| | | 21 | præterite | præteritæ |
| | | 22 | admonet | Admonet |
| 193 | 2 | 1 | quoq; | quæq; |
| | | 4 | tolleret | toleret |
| | | 16 | ſit | fit |
| | | 18 | reddunt | redduntur |
| | | 25 | propter | Propter |
| 194 | 1 | 7 | ante ea | antea |
| | | 10 | Expenſis | expenſis |
| | | 18 | fecunditatis | fœcunditatis |
| | | 19 | pudicitie | pudicitiæ |
| | | 19 | uniculum | uinculum |
| | | 21 | uiri | Viri |
| | | 23 | Cuius | cuius |
| | | 25 | coniuctio | coniunctio |
| 195 | 1 | 4 | quidem | quiddam |
| | | 11 | ne | nec |
| | | 14 | ſolum | Solum |
| | | 18 | concubatur | concumbatur |
| | | 23 | enin | enim |
| | | 28 | Ego :onẽs | ego:omnis |
| | 2 | 1 | mechari | mœchari |
| | | 4 | ſint | ſunt |
| | | 10 | lectores | doctores |
| | | 12 | uiuentem | uiuente |
| | | 13 | mechatur:ne (q; | mœchatur: (Neq; |
| | | 19 | prebeat | præbeat |

c

# ERRATA

| Fo. | Pa. | Verſu | Pro | Lege |
|---|---|---|---|---|
| | | 21 | *ſit* | *ſic* |
| 169 | 1 | 18 | *religioſe* | *religioſæ* |
| | | 21 | Raguelem | *Saram* |
| | 2 | 8 | Et | & |
| | | 28 | *conubia* | *connubia* |
| 197 | 1 | 11 | *refferri* | *referri* |
| | | 17 | *proffeſi* | *profeßi* |
| | | 18 | *iuſiurandi* | *iuriſiurādi* |
| | | 25 | *tulliſſe* | *tuliſſe* |
| | | 27 | Matrimoniū | Martinorum |
| | 2 | 18 | Chilo | Philo |
| | | 27 | *adferrunt* | *adferunt* |
| 198 | 1 | 1 | *eiuſdem eſt* | *infidelem &* |
| | | 3 | De | *de* |
| | | 5 | *fœmine* | *fœminæ* |
| | | 16 | *redetis* | *reddetis* |
| | | 27 | *onēconfidant* | *omne,cōfidāt* |
| | 2 | 1 | *magne:tue* | *magna: tua* |
| | | 4 | *huc* | *hoc* |
| | | 8 | *uerum* | *Verum* |

| Fo. | Pa. | Verſu | Pro | Lege |
|---|---|---|---|---|
| | | 9 | *difficille* | *difficile* |
| | | 10 | Nihil *quod* | Nihil ē quod |
| | | 12 | *difficille: facil* | *difficile:facile* |
| | | 28 | Nonne (le | *:nonne* |
| 199 | 1 | 4 | *cumulandæ* | *cumulande* |
| | | 9 | *locata;quo* | *beata:Quo* |
| | | 13 | *quibus* | *Quibus* |
| | | 15 | *ſeruarent* | *frenarent* |
| | | 17 | *o bona* | *O bona* |
| | | 18 | *ſeccurus* | *ſecurus* |
| | | 21 | *quo* | *Quo* |
| | | 23 | *locatus* | *beatus* |
| 199 | 2 | 3 | *quis* | *Quis* |
| | | 14 | *fœminas* | *fœmineas* |
| | | 16 | *ſtimulus* | *ſtimulis* |
| | | 21 | *motus* | *metus* |
| | | 24 | *fœmine* | *fœminæ* |
| | | 26 | *operatur* | *operetur* |
| | | 28 | *facere nō poßimus:* | *Hoc loco deſunt ea quæ ſunt hic adiecta.* |

*In ſermone de martyribus* Tomo 3.

¶ Cum præſertim ipſe ſit, qui in pugna noſtra congreditur, quemadmodum à Chriſoſtomo præclare ſcriptum eſt. Conſidera præſente Deo, te cum hoſte pugnare, fauet ille vt vincas, fauet vt obtineas. Ac paulo poſt. In tua pugna dominus congreditur, dominus dimicat, dominus præliatur, & victoria tibi adſcribitur. Certamē tuum Dei certamen eſt, prælium tuum Chriſti prælium eſt, quid trepidas? quid formidas? quaſi tua virtute deuincas, prehende arma, procede in bellum, fortiter dimica, vt dimicanti adſit ille, qui vinci non nouit.

# ERRATA

| Fo. | Pa. | Verſu. | Pro | Lege |
|---|---|---|---|---|
| 200 | 1 | 5 | iubes | Iubes |
| | | 9 | ſi | Si |
| | | 11 | omnia | Omnia |
| | | 12 | miles | miles |
| | | 13 | ſimulut | ſimul ut |
| | | 15 | mulier | Mulier |
| | | 16 | dele illum | |
| 200 | 1 | 17 | Laconia | Laconicā |
| | | 22 | unicat | uincat |
| | | 25 | idq; | Idq; |
| | 2 | 2 | hac | hoc |
| | | 18 | adeo | Adeo |
| | | 20 | fuiſſe | feciſſe |
| | | 24 | colocemus | collocemus |

25 *uera fide:* Hoc loco deſunt ea, quæ ſunt hic adſcripta.

¶ Si præterea præſtiterimus omnia, quæ ad obtinendū & conſeruandum caſtitatis domini pertinere videntur. Quæ autē ſint illa, docuit ante mille annos, vir pius Cheremon. Qui interrogatus quanto tempore poſsit acquiri & perfici caſtitas. Temerarium eſt, inquit, ſuper cōſumatione caſtitatis, in tanta præſertim, vel voluptatū diuerſitate vel virium, certā temporis definire menſuram: Rationem tamē obſeruant & temporis modū, quomodo eius poſsibilitas agnoſcat, conſtātiſsime poſſumus præfinire, Quiſquis abſtractus à cunctis otioſis cōfabulationibus, & mortificatus ab omni ira & ſollicitudine curaq́; mundana, duobus tantum paximacijs, fuerit quotidiana refectione contentus, & aquæ ſacietate ſubtracta, quietē ſomni trium, vel vt alij ſtatuerunt, quatuor horarum ſpacio terminauerit, nec tamen laborum aut continenciæ huius merito, ſed miſeratione domini, eam ſe crediderit adepturum: quia ſine hac fide, vana eſt omnis laboris humani intentio: non amplius q̄ ſex menſibus perfectionem ipſius, impoſsibilem ſibi eſſe cognoſcat.

*Caſsianus in collationibus patrum. Col. 12. Cap. 15.*

| Fo. | Pa. | Verſu. | Pro | Lege |
|---|---|---|---|---|
| 200 | 2 | 26 | ut ſi | ut ſe |
| 201 | 1 | 10 | querunt | quærunt |

13 *uidere licet:* Hoc loco deſunt hæc ſequentia.

¶ Apud eos etiam qui euangelici appellari malunt q̃ Chriſtiani, quotũquenq; reperire licet, qui gratis prædicet Euangelium: Quorundam ex ĳs tanta fuiſſe fertur cupiditas, vt expleri nó poſſet, quam inflãmauit magis vxorum & qui ſunt ex incæſto cóiugio ꝓcreati, liberorum frequentia.

| Fo. | Pa. | Verſu | Pro | Lege |
|---|---|---|---|---|
| 201 | | 11 | *ſi omnes* | *ſe. Omnes* |
| | 2 | 2 | *imperat* | *impetrat* |
| | | 8 | *præuaricationes* | *præuaricatores* |
| | | 11 | *ſumus* | *ſimus* |
| | | 20 | *acuſes* | *accuſes* |
| | | 23 | *incœſte* | *incœſtæ* |
| | | 26 | *acuſa* | *accuſes* |
| | | 28 | *precatus* | *præcatus* |
| 202 | 1 | 5 | *Præſtat* | *præſtat* |
| | | 21 | *ſuplicatur* | *ſuſpicatur* |
| | | 25 | *quicunq;* | *quenq̃* |
| | | 25 | *utrumq;* | *utcunq;* |
| | 2 | 3 | *Authotitas* | *authoritas* |
| | | 4 | *ſi* | *Si* |
| | | 16 | *ſentencia: què* | *ſentẽciã. Què* |
| | | 23 | *mundũ:qui* | *nondum:quæ* |
| | | 28 | *dicate* | *dicatæ* |
| 203 | 1 | 20 | *cam* | *eum* |
| | | 25 | *ſit* | *ſi* |
| | | 12 | *repellit* | *repetit* |
| | | 13 | *:ad Titũ: Hoc loco deſunt ea quæ ſunt hic adſcripta.* | |

Hereſi 18. ¶ Quum & Epiphanius ſcribens de Antidicomarianitis, Num, inquit, inhoneſtæ ſunt nuptiæ? num impurum cubile? num eſt lectus impollutus? nũ obliterantur nuptiæ? At à prophetis & pontificibus cohibentur, propter maius miniſterium. Nam poſtq̃ prophetauit Moiſes, nó amplius vxori coniunctus eſt, nó amplius liberos genuit, non amplius gignit talis, habebat enim vitam domino vacantem.

| Fo. | Pa. | Verſu | Pro | Lege |
|---|---|---|---|---|
| 203 | 2 | 14 | *ſunt* | *ſint* |
| | | 20 | *quoat* | *quoad* |
| | | 25 | *ſed* | *Sed* |
| 204 | | 1 | *relinquimus* | *reliquimus* |
| | | 2 | *Largius* | *Clarius* |
| | | 26 | *Oecumenus* | *Oecumenius* |
| | | 27 | *de coniugatis intelligunt: Hoc loco deſunt hic adſcripta uerba.* | |

Here: 78. ¶ Epiphanius quoq; verba hæc Pauli dicta eſſe ſcribit in condemnationem quorundam, qui non volunt vacare Deo, poſt vitam ſecundum legem, & poſtq̃ honeſte cognouerunt vas ſuum ad liberorum generationem.

# ERRATA

| Fo. | Pa. | Verſu. | Pro | Lege |
|---|---|---|---|---|
| | | 28 | indicat | indicant |
| | 2 | 2 | aut | autem |
| | | 6 | uel | :Vel |
| | | 13 | unaquecꝫ | unaquæqꝫ |
| | | 18 | ijs | is |
| 205 | 1 | 16 | quod | Quod |
| | | 17 | Proch | Proh |
| | | 28 | adoleſcentia | in adoleſcẽtia |
| | 2 | 8 | Præcipue | , præcipue |
| | | 10 | in margine | Hereſi 59. |
| | | 13 | præcatio | prædicatio |
| | | 14 | hac | hæc |
| 205 | 2 | 26 | Elephanus | Stephanus |
| | | 27 | copulati | copulari |
| 206 | 1 | 7 | Cutus | cuius |
| | | 12 | dele tamen | |
| | | 26 | poſt | poteſt |
| | 2 | 7 | præſtat | præſtant |
| | | 15 | Cum | cum |
| | | 15 | in margi; | Canone 25 |
| | | 20 | hypodiacon9 | hipodiaconis |
| | | 27 | ſexto: quam | ſextæ: Quam |
| 207 | 1 | 7 | Philipi | Philippi |
| | | 18 | alijpes | aliptes |
| | 2 | 24 | dele nõ uolũt | |
| | | 25 | cum | eum |
| 208 | 1 | 11 | oportet | Oportet |
| | | 16 | unius | unis |
| | | 19 | ordinalem | ordinate |
| | | 19 | conſtituerant | conſtituerunt |
| | | 21 | matrimoniũ | ſacerdotum |
| | | 22 | dele ſolita | |
| | | 25 | cum | eum |
| 208 | 2 | 13 | ficut | ſicut |
| | | 17 | uxor | Vxor |
| 29 | 1 | 3 | unq̃ | nunquam |
| | | 16 | &: unius | Et: Vnius |
| | 2 | 7 | Etſi | & ſi |
| | | 11 | adulterium | adulterum |
| | | 19 | afferant | atferant |
| 210 | 1 | 2 | ſic | Sic |
| | | 13 | non | num |
| | | 14 | urri | uri |
| | 2 | 7 | preſcripto | præſcripto |
| | | 10 | Philipus | Philippus |
| 211 | 1 | 22 | nihil | Nihil |
| | 2 | 4 | dubitauit | dubitabit |
| | | 18 | preceptum | præceptum |
| | | 23 | cecus | cœcus |
| | | 24 | comenta | commenta |
| | | 6 | reduci | deduci |
| 212 | 1 | 7 | ſecte | ſectæ |
| | | 12 | demoueri | dimoueri |
| | | 18 | neqꝫ | Neqꝫ |
| | | 19 | in margine | de ſimplicitate prælatorum |
| | | 23 | in mar: | Lib.1.Epiſt. 6 |
| | 2 | 5 | ſeparat | Separat. |
| 213 | 1 | 3 | preditus | præditus |
| | | 7 | quod | Quod |
| | | 27 | comunionem | cõmunionem |
| | 2 | 4 | Conſtat | conſtat |
| | | 10 | caput | Caput |
| | | 16 | cuius | Cuius |
| | | 24 | 1Cor. 11. | 1.Cor. 15. |
| 213 | 1 | 12 | puſillum | Puſillum |
| | | 16 | ſua | Sua |
| | | 21 | amenitas | amœnitas |
| | | 21 | fetuum | fœtuum |
| | | 27 | precedent | procedent |
| | 2 | 2 | in margi: | Danielis 12. |
| | | 4 | unda | Vnda |
| | | 7 | Et | & |
| | | 12 | æquæ | æque |
| | | 12 | æternũhabe- | æternã habe- |
| | | 15 | neqꝫ (bunt | Neqꝫ (bunt |

# ERRATA

| Fo. | Pa. | Verſu. | Pro | Lege |
|---|---|---|---|---|
| | | 20 | in mar: | Eſaiæ 64 |
| | | 20 | in mar: | 2.Cor:3. |
| 214 | 1 | 27 | Quod | quod |
| | | 28 | precipuum | præcipuum |
| | 2 | 1 | Ita | ita |
| | | 6 | iactam | iacta |
| | | 14 | heſitemus | hæſitemus |
| | | 18 | Cum | cum |
| | | 19 | ſi | Si |
| | | 22 | poſt dubitemus, deſunt hæc uerba: quin præſtare queat, ea que petiuerimus. | |
| | | 26 | quo | Quo |
| 214 | 1 | 1 | deprӕcemur | deprecemur |
| | | 5 | Sic | ſic |
| | | 8 | fœliciſsimæ | fœliciſsimè |
| | | 19 | Facere | facerē |
| | | 21 | Præces | Preces |
| | 2 | 4 | adhuc ſolliciti | adhuc eſſe ſol- (liciti |
| | | 9 | quin | Quin |
| | | 17 | Nos | nos |
| | | 26 | ſua | ſuam |
| 215 | 1 | 9 | dtgnatus | dignatus eſt |
| | | 10 | Quos | quos |
| | | 12 | indutns | indutus |
| | | 15 | Quod | quod |
| | | 22 | autem | aiunt |
| | | 23 | ſcriptum | Scriptum |
| | | 24 | Quamobrem | quamobrem |
| | 2 | 4 | Quod | quod |
| | | 5 | Quod | quod |
| | | 9 | contrarea | contraria |
| | | 14 | Adſit | Abſit |
| | | 15 | Non | non |
| | | 16 | Cum | cum |
| | | 24 | precepta | ppæcepta |
| | | 26 | Non | non |
| 216 | 1 | 2 | noluerit | uoluerti |

| Fo. | Pa. | Verſu | Pro | Lege |
|---|---|---|---|---|
| | | 4 | Quid | quid |
| | | 4 | idololatria | idololatriam |
| | | | docuiſſe | Paulū docuiſſe |
| | | 7 | ſed | Sed |
| | | 12 | Quæ | quæ |
| | | 13 | traditū ab illis hoc loco ōmiſſa ſunt iſta uerba. legimus, cū tamen id non trecentis iis annis (quod iſti uoluut) ab illis excogitatum | |
| | 2 | 1 | dicimus | didicimns |
| | | 8 | inteligat | intelligat |
| | | 13 | Libet | libet |
| | | 17 | ex | Ex |
| | | 18 | Deo | Deos |
| | | 28 | Verum | :uerum |
| 7 | 1 | 2 | Neq; | neq; |
| | | 6 | Verum | uerum |
| | | 22 | hoſtiū & ho- | oſtiū et oſtiari |
| | | 26 | hoſtiū (ſtiari9 | oſtium (us |
| | 2 | 1 | imitare | inuitare |
| | | 9 | hoſtium | oſtium |
| | | 11 | & dicis | & tu dicis |
| | | 12 | uolo | Volo |
| | | 26 | imitatores | :Imitatores |
| 218 | 1 | 1 | Verum | :uerum |
| | | 6 | quos cū imitari iubemur: hæc uerba deſunt. nihil aliud quā Chriſtum in ſanctis imitari iubemur. | |
| | | 7 | hoſtium | oſtium |
| | | 12 | incēdam | incedam |
| | | 16 | Neq; | :neq; |
| | | 23 | dicit | Dicit |
| | | 22 | ueratione | ueneratione |
| | | 27 | Sed | ſed |
| | 2 | 1 | Sicut | ſicut |
| | | 6 | Viriutem | uirtutem |

# ERRATA

| FO. | PA. | Verſu | Pro | Lege |
|---|---|---|---|---|
| | | 14 | quod | Quod |
| | | 16 | ſanctæ | ſecundæ |
| | | 17 | oſtendatur | Oſtendatur |
| | | 23 | debetur | debebitur |
| | | 24 | ſanctimonia | ſanctimoniā |
| | | 26 | cōmendata | cōmendatam |
| | | 27 | obſcuretur | obſcurctur |
| | | 28 | cæ | ea |
| 219 | 1 | 2 | Non | non |
| | | 9 | hoſtium | oſtium |
| | | 19 | illic | illud |
| | | 28 | immunem | imminui |
| 219 | 2 | 10 | cuius | cuiuis |
| | | 11 | quæ | Quæ |
| | | 13 | queritantur | quiritantur |
| | | 16 | Verum | uerum |
| | | 17 | incautionis | inuocationis |
| | | 19 | & | ut |
| | | 23 | quicq̄ | quidq; |
| | | 27 | nobis: ōmiſſa ſunt hæc: Fili redemptor mundi Deus, miſerere nobis. | |
| 220 | 1 | 2 | ſancta | Sancta |
| | | 3 | ſanctæ | ſancte |
| | | 4 | Paulo | Saulo |
| | | 7 | Ne | :neq; |
| | | 11 | inceßio | interceßio |
| | | 13 | preter | præter. |
| | | 25 | talem | Talem |
| | 2 | 1 | Chriſtus | homo Chrūs |
| | | 8 | Quod | quod |
| | | 9 | uoluiſſet | ualuiſſet |
| | | 22 | tum | tu |
| | | 28 | atqui | Atqui |
| 121 | 1 | 5 | precipit | præcipi |
| | | 9 | Quid | quid |
| | | 11 | à | A. |
| | | 15 | ne | Ne |
| | | 18 | quando iqt | Qn̄,inqt inter |

| Fo. | Pa. | Verſu. | Pro | Lege |
|---|---|---|---|---|
| | | 22 | ſatui | ſatur |
| | | 26 | anguſtiora | anguſtiora |
| 221 | 2 | 5 | cuis | cinis |
| 222 | 1 | 11 | Maria | Mariam |
| | | 11 | aloquens | alloquens |
| | | 12 | inquie | inquit |
| | | 17 | præcibus | precibus |
| | | 19 | Paule | Paula |
| | | 19 | in mar: Pauli | Paulæ |
| | | 22 | orate | Orate |
| | | 23 | & | Et |
| | | 24 | Iaurētium | Laurentium |
| | | 25 | poeta | poetam |
| | | 26 | indignus | Indignus |
| | 2 | 2 | letatur | lætatur |
| | | 3 | duceret | duret |
| | | 4 | quos | Quos |
| | | 5 | ijs | is |
| | | 7 | apoſito | depoſito |
| | | 8 | ſcenarum | ſcænarum |
| | | 10 | idolatras | idololatras |
| | | 14 | idolatras | idololatras |
| | | 26 | Priſcis | priſcis |
| 223 | 1 | 1 | tum uitam | tum ubi uitā |
| | | 2 | præſeqtur cu | perſeqtur: Cu |
| | | 7 | etiam (ius | Etiam (ius |
| | | 8 | pelionis | pellionis |
| | | 12 | hoſtiarij | oſtiarij |
| 123 | 2 | 1 | uoluerit | noluerit |
| | | 4 | heretcis | hæreticis |
| | | 5 | præcibus | precibus |
| | | 10 | quorum | Quorum |
| | | 19 | Offerimus | offerimus |
| | | 22 | exurgit | exurgat |
| 124 | 1 | 9 | queue | quęue |
| | | 10 | propriæ | propriè |
| | | 18 | Et | et |
| | | 14 | propriè | propriè |
| | | 25 | non | nos |

# ERRATA

| Fo. | Pa. | Verſu. | Pro | Lege |
|---|---|---|---|---|
| | | 26 | faciat | faciant |
| 6 | | 28 | Deinde | deinde |
| | 2 | 6 | præcatur | precatur |
| | | 9 | Geſi | Geiſi |
| | | 26 | petent | petant |
| | | 27 | cum primis | cumprimis |
| | | 28 | ſolicitos | ſollicitos |
| 225 | 1 | 2 | præcentur | precentur |
| | | 7 | ſerenus | Serenus |
| | | 8 | anime | animæ |
| | | 11 | premiſſuros | præuiſuros |
| | | 15 | reſurectione | reſurrectione |
| | | 16 | præcentur | precentur |
| | | 17 | afferre | offerre |
| | | 27 | quid | quod |
| 225 | 1 | 27 | quid | quod |
| | 2 | 9 | rediturus | redditurus |
| | | 20 | uenturi | uenturi |
| 226 | 1 | 10 | | |
| | | 24 | | huic quæſtiōi |
| | 2 | 19 | hic queſtioni | tps adhuc mo |
| | | 27 | tpūs modicū | dicum |
| 227 | 1 | 2 | ſed ad | Sed hæc ad |
| | | 27 | præcę | prece (trem |
| | 2 | 1 | patrem | adorarēt pa- |
| | | 5 | Que | Quæ |
| | | 14 | Et eum | :& cum |
| | | 23 | impudens | impudentis |
| 228 | 1 | 10 | Quia | :quia |
| | | 11 | Nec | :nec |
| | | 17 | præcabatur | precabatur |
| | | 22 | ueſtris & | ueſtris |
| | 2 | 28 | uoluit | noluit |
| 229 | 1 | 7 | unum ſumus:Hoc loco omiſſa ſunt iſta:Deus pacis & cōcordiæ magiſter,qui docuit unitatē,ſic orare unum pro omnibus uoluit,quomodo in uno omnes ipſe portauit | |

| Fo. | Pa. | Verſu | Prō | Lege |
|---|---|---|---|---|
| | | 19 | ſepelliant | ſepeliant |
| 230 | 1 | 2 | Ille | ille |
| | | 6 | Agnouit | Agnouit |
| | 2 | 2 | quia | qui |
| 231 | 1 | 4 | apudeum | apud eum |
| | | 24 | Filij | filij |
| | 2 | 5 | quo | quod |
| 232 | 1 | 5 | factu | factam |
| | | 11 | queſtione | quæſtione |
| | 2 | 3 | idolatria | idololatria |
| | | 16 | cæperint | cæperunt |
| 233 | 1 | 2 | ſipliciteri ntel | ſipliciter intel |
| | | 18 | cōminēte (ligi | cōminā te (ligi |
| | 2 | 23 | cogitabit | cogitabat |
| 234 | 1 | 12 | ſunt | ſint |
| | 2 | 22 | ſortius | fortius |
| 235 | 1 | 7 | præcibus | precibus |
| | | 12 | In | im |
| | | 13 | Innocenter | innocenter |
| | | 17 | martyrum | martyrum |
| | | 19 | delc:tales in die iudicij a domino coronantur | |
| | | 21 | btus | beatus |
| 235 | 2 | 1 | neceſſariæ | neceſſarię |
| | | 4 | promiſerit | permiſerit |
| 236 | 2 | 9 | depræcans | deprecans |
| 137 | 1 | 4 | præces | preces |
| | | 12 | præces | preces |
| | 2 | 1 | noc:præcibus | nec :precibus |
| | | 11 | hinc | huic |
| 238 | 1 | 2 | no | non |
| | | 5 | promiſit | promittit |
| | | 6 | dixit | dicit |
| | | 18 | debebat | habebat |
| | 2 | 16 | re,pbauerūt | re pbauerunt |
| | | 17 | & admirabi | & eſt admira |
| | | 25 | alterius (lis | alterius (bilis |
| | | 27 | ſinæ | ſine |

# ERRATA.

| Fo. | Pa. | Verſu. | Pro | Lege. |
|---|---|---|---|---|
| | | 14 | cōmonefaciēd' | cōmonefaciēs |
| | | 15 | et | ut |
| | | 17 | uelet | uelit |
| | | 18 | 21.hoc: Dnūm | hoc:dnūm |
| | | 25 | tocius | terrarum |
| 167 | | 5 | per id | Per id |
| | | 7 | quæ imolatur | qui īmolatur |
| 168 | 1 | 18 | Solus | ſolus |
| | 2 | 16 | Ita | ita |
| | | 17 | ac | Ac |
| 169 | 1 | 6 | Nam | nam |
| | | 11 | Huic | Hinc |
| | 2 | 2 | neq; | Neq; |
| | | 11 | nos | uos |
| | | 12 | nos | uos |
| 170 | 1 | 3 | umbræ | Vmbræ |
| | | 13 | anguſtius | Auguſtius |
| | | 27 | abrogata | de abrogato |
| | 2 | 1 | offendit | offundit |
| | | 16 | rurſum | ſurſum |
| | | 20 | curæ | curæ & |
| | | 25 | carnificis | carnifici |
| 171 | 1 | 4 | Habraam | Abraam |
| | | 5 | Cum | cum |
| | | 8 | Sacerdotis | ſacerdotis |
| | | 12 | ac | Ac |
| | | 13 | ſcribere | adſcibere |
| 171 | 1 | 17 | Non | non |
| | | 21 | De | de |
| 172 | 1 | 17 | Gandano | Gandauo |
| | | 19 | uerum | uirum |
| | 2 | 1 | linguas | & linguas |
| | | 6 | cacaugelium | cacangelium |
| 173 | 1 | 3 | Eſse.quod | eſse. Quod |
| | | 9 | Auguſtinus | auguſtius |
| | | 12 | antiquitus | antiquius |
| | | 18 | quin | Quin |
| 174 | 1 | 3 | quod | Quod |
| | | 6 | ἥμεϛφὶ | ἥμεϛαϊ |
| | | 8 | pontifices | Pontifices |
| | | 12 | quamq; | quanquam |
| | 2 | 5 | imparteri | i mpartiri |
| | | 13 | qui | Qui |
| | | 28 | ſacerdotes | quā ſacerdotes |
| 175 | 1 | 6 | nam | Nam |
| | | 9 | Auguſtim | Auguſtini |
| | 2 | 2 | Intelligēdo aūt | In eligēdo aūt |
| | 2 | 6 | hoc | hæc |
| | | 11 | ſignum | Signum |
| | | 15 | nam | Nam |
| | | 20 | Accedente | accedente |
| | | 21 | nam | Nam |
| 176 | 1 | 1 | integritati | integritate |
| | | 18 | Charus | charus |
| | 2 | 2 | fuerint | fuerit |
| | | 9 | quatenus | Quatenus |
| | | 13 | quam | quem |
| | | 27 | ac | Ac |
| 177 | 1 | 5 | ut adiunctos | uel adiūctos |
| | | 9 | reſeruauatio | reſeruatio |
| | | 12 | quod | Quod |
| | | 17 | mu!ti | Multi |
| | | 21 | uero | uere |
| | | 25 | de | De |
| | | 27 | promiſsum | prouiſum |
| | 2 | 10 | non | Non |
| | | 18 | hoc | Hoc |
| | | 20 | retinere | retineri |
| 178 | 1 | 1 | diuina | diuinæ |
| | | 5 | Si | ſi |
| | | 7 | ſe deniq; | ſi deniq; |
| | | 20 | nunc | Nunc |
| | 2 | 2 | ercte | recte |
| | | 3 | phetias:m | prophetias:In |
| | | 11 | neq; | Neq; |
| | | 11 | tameſtatim | tamen ſtatim |

# ERRATA

| Fo. | Pagi. | Verſu. | Pro | Lege |
|---|---|---|---|---|
| | | 21 | cõficiendum | conficiendũ et |
| | | | & offerrndũ | offerendũ |
| | | 24 | profectus | perfectus |
| | | 28 | utrum | Futurum |
| 179 | 1 | 3 | ſcriptuas | ſcripturas |
| | | 10 | miſerandam | Miſerandam |
| | | 12 | fidelibus | fidibus |
| | | 15 | itapreclarũ | ita præclarũ |
| | | 18 | Es | es |
| | | 16 | dnõ | dijs |
| | | 21 | ſic | Sic |
| | 2 | 3 | non | ne |
| | | 25 | At | ad |
| 180 | 1 | 5 | ijs | tum |
| | | 19 | cõmutaria | cõmutata |
| | | 21 | adhibetur | adhiberetur |
| 181 | 1 | 8 | inſtituit | inſtruit |
| | | 11 | ſi | ſit |
| | | 14 | admouetur | admonetur |
| | | 18 | proficiendum | præficiendum |
| | | 26 | ſic | Sic |
| | 2 | 10 | ac | ad |
| | | 12 | quod | quot |
| | | 13 | cum | Cum |
| | | 16 | uocant | uacant |
| | | 19 | nõ eorum tã | nõ tam eorũ |
| | | 21 | ſcripſerunt | ſcripſerint |
| | | 26 | capiunt | cupiunt |
| | | 28 | quid | Quid |
| 182 | 1 | 1 | nihil | nihil non |
| | | 5 | Dei | Deo |
| | 2 | 4 | chriſtianũ | chriſtianam |
| | | 6 | curaſſe | iuraſſe |
| | | 10 | qui nos | Qui uos |
| | | 16 | ſibi | tibi |
| | | 17 | aut | haud |
| 184 | 1 | 22 | fuerit | fuerint |
| | | 26 | nolit | nolent |

| Fo. | Pa. | Verſu. | Pro | Lege |
|---|---|---|---|---|
| | 2 | 9 | et idololatria | Idolatria |
| | | 13 | uel:conſtrigãt | Vel:obſtingãt |
| 185 | 1 | 1 | Ac | ac |
| | | 5 | Quæ | que |
| | 2 | 2 | ac | Ac |
| | | 12 | conſcindemus | conſcindimus |
| | | 14 | Intelligis | Intelliges |
| | | 25 | qui | Qui |
| 186 | 1 | 3 | inſtitute bene | inſtituti boni |
| | | 5 | hereticos | hæreticos |
| | | 9 | quedam | quædam |
| | | 12 | irreteri | irretire |
| | | 14 | mihi | Mihi ipſi |
| | | 15 | ſepe | ſæpe |
| | | 16 | confundam | confundat |
| | | 21 | ut ea | & ea |
| | | 22 | comentatur | cõmentatur |
| | | 23 | hereticorum | hæreticorum |
| | | 28 | præcceptum | præceptum |
| | | 28 | agit | ait |
| 186 | 2 | 1 | quecumq; | quæcunq; |
| | | 11 | Deſcripti | deſcripti |
| | | 15 | emulandum | æmulandum |
| | | 22 | obedite | Obedite |
| 185 | 1 | 4 | aſsumpſi | Aſſumpſi |
| 187 | 1 | 2 | noſtri | Noſtri |
| | | 7 | non | Non |
| | | 13 | contempſære | contempſere |
| | | 25 | quecunq; | quæcunq; |
| | | 27 | non:ſi | Non. Si |
| | | 28 | un de | unde |
| | 2 | 4 | miniſteriorum | myſteriorum |
| | | 18 | ſupernis | ſuperius |
| | | 19 | infernis | inferius |
| | | 19 | audi: mihi | Audi: Mihi |
| | | 21 | iudicio | die |
| | | 21 | tu | Tu |
| | | 24 | præſumere | præſumere |